Il sepolcro G (= VI) *conservava, oltre l'ipogeo, anche il secondo piano e, per quanto mi riferisce il sig. Lanciani, perfin tracce del terzo. La stanza del secondo piano presentava le pareti adornate tutte intorno di nicchie, di edicolette e di pitture. L'edicola g rivestita di bella decorazione marmorea portava come fregio l'iscr. n* 6064. *A botte era fatta la volta. Il sig. Lanciani è d'avviso che la camera non sia stata in origine costruita per l'uso di sepolcro, ma fosse un luogo, ove solevansi radunare gli amici ed i parenti per celebrare i conviti nelle feste parentalia. Infatti tutt' intorno alla stanza correva un podio alto m. 0,33 e largo 0,64 . . . Ridotta in seguito l'ambiente a colombario, i podii stessi servirono a deposito di urne, tanto che al punto f si rinvenne l'ossuario n.* 6066 (*come asserisce Gagliardi* add. Lanc.). *Nel piano sottoposto a questo stava l'ipogeo, nel quale discendevasi per l'angusta scaletta situata lungo la parete nord. Urne, vasi ed iscrizioni erano per maggior parte al loro posto. Nella parete di fondo stava il cinerario n.* 6065. *Parecchie iscrizioni si raccolsero cadute al suolo, fra cui n.* 6059 BRIZIO. Similia dicit LANCIANI addens: *al posto era l'iscrizione n.* 6063. Is ut in hoc monumento repertos exhibet titulos n. 6058—6067, praeterea n. 6331, quem infra exhibuimus inter titulos monumenti Statiliorum, in quo antiquitus videtur fuisse.

6058 LVCRETIA
AMARYLLIS
ISIDIS · SACROR

Edidi ex exemplo Bruzzae huius vol. n. 2245.

6059 (547) T · CAESIVS
BATTVS · SIBI · ET ·
CAESIAE · OECORI · L
POSTERISQVE · SVIS · ET
C · FANTVLEIO BOLO

6060 |VS LVCRETIA
|ARBSCVSA

6061 O · M
MAECIAE · CAPRATIN
AE·MACIVS·EVTYCHVS *sic*
L · FECIT ·

6062 L·MARCIVS
L·F·VOT·MINOR

6063 OCTAVIA · C·L·PYTHIAS · OL·III
Q·CAECILIVS·Q·L·SCAMANDER
CAECILIA · Q · ET · Ɔ · L · HELENA

Non vidimus.

6064 (541) tabula marmorea fastigio ornata alta m. 0,20, lata 0,58.

caput Medusae

A·POBLICIVS·ALCIMVS·SIBI·ET
SVIS · POSTERISQVE · EORVM

6065 (546) vas magnum ex lapide Tiburtino.

in operculo:

OSSA

in vase:

MARCIAE · Ɔ · L
REGILLAE
C·P·V

C·P·V significant tria nomina mariti.

6066 (545) ossuarium marmoreum.

DIS · MANIBVS
SACRVM
L · PVBLICIO · HELENO
VIXIT · ANN · II · DIEB · XII
SPANIVS·EVTVCHI·AVG·L·ET
PVBLICIA·FORTVNATA
FILIO

6067 tabula lapidea.

M·SERTORIO
M·L·PASIO|

N. 6068—6148 tituli effossi a. 1871, qui non constat in quibus sepulcris reperti sint. Sunt in tabellis marmoreis incisi n. 6069—6145.

6068 fragmentum lapidis Tiburtini repertum in muro quo obstructum erat monumentum n. 6 SAVZZA.

SE*pulcrum*
LEIB*ertorum*
ET·FA*miliae*

6069

S · FELIX ·
CVR · IDEM
. . . *s*OCIORVM

6069 *a*

]ARIS COC·S

Fuit fortasse *Caes*]*aris*.

6070 tabella litteris parum alte incisis.

L · VALERIVS · L · *l*
ALEXIO AVTHE *sic*
MATICVS

6071 (564)

C · AEMILI · LEPIDI
LAECCAE · NOMEN
CLATORIS · OSSA · HIC
SITA · SVNT · VIXIT
ANN · XXXV

Non vidimus.

C. Aemilius Lepidus praeterea nobis nullus innotuit. [Potest fieri ut intellegatur Paullus Aemilius Lepidus cos. a. 720; qui cum praenomen illud ad libertos certe non transmiserit, fortasse aliud quodcumque iis imposuit. Th. M.]

6072 (555)

CORRLIA · QVINTA *sic*
*l*ENTVLI·CETHEGI·NVTRIX

1 in. ante O videtur superesse vestigium litterae C. — 2 *Lentulus Cethegus* videtur mortuus esse infans; observavit autem Mommsenus, cum constet ex Corneliis patriciis qui primo saeculo aerae nostrae soli fere superfuerunt Lentulos extinctarum familiarum cognomenta adscivisse, ut Cossorum, Maluginensium, Scipionum (cf vol. I p. 15), id ex hoc lapide intellegi ad Cethegos quoque pervenisse.

6073

C · ANNI · C · L ·
DAMAE · OSSA ·

6074

dis MAN[
*an*TÔNIA*e*
*e*VOCHIA

2 secunda littera est aut T aut I.

6075

M · ANTVLLIVS ·
M · L · PHILEROS ·

6076

ARRVT[*ia*
THETI[*s*
VIX · ANN

6077

P · CALESTRO
P · L · THARSVS

6078

L · CALPVRNIVS · L · F
RVFVS
CALPVRNIA · L · L
/////////////

Non vidimus.

4 scalpro abrasus.

6079 (556)

CALPVRNIA · L · L · CHRESTE
CALPVRNIA · L · L · ZENIS

Non vidimus, nec Brizio.

6080

CLODIA M · L
PHILVMENA

6081

*c*OELI
*a*CIS
A
LA · L

6082

CORDIA
L · L · EPIGONE

6083

CORDIA · FELIC
CORDIA · MA
PATRONO ·

6084

*cor*NEL
LEC
*vi*XIT

6085 (553)

L CORNELIVS · L · L · ADELPHIO
HIC · SITVS · EST ANNORVM XXV
SIT · TIBI · TERRA · LEVIS

6086

L · CORNELÎ · L · L
SELEVCI OSSA
VÎXIT · AN · L · *x*

6087

CORN*ELIA*
AVGE

Inclinatis dedi litteras quae iam perierunt.

6088 (560)

PVER COSMIO
TI · CAESAR SER

6089 (549)

C · CVPIENIVS
C · F · ANTHIOCVS

Non vidimus; nec videtur vidisse Brizio.

6090

LA · CYC
LIA
ANN XII

6091 (554) alta m. 0,04, lata 0,45.

]AETIVS · DIABOLVS · COIVNX · D · S · F [*VIXIT*]

VIXIT litterae nunc desunt.

6092

vi
dia]*DVMENO*[

6093 (559) tabula maior supra rotunda.

Q · FABIVS · Q · L
RVFIO

6093 *a*

*f*ELICLA
*t*IIS

6094

FVLVIA
M · L · CHIA

Non vidimus.

6095

C · FVRIVS · Ɔ · L
EROS

Non vidimus.

6095 *a*

GRATTI[

6096

C · HERENNI · C · L · SPAERÎ *sic*
RVBRIAE · M · L · CRESTENIS ·
C · HERENNI · C · L · ERONIS ·

6097

HIRTIA · T · L
STRATONICE

6098

IVCVNDA · MRI · RMA
SVÎS · VÎVA · ET · MORTVA
HAVE · OSSA · HÎC · S · S ·

6099

IVLIA
AVCTA

Non vidimus.

6100

*i*VLIA ·
SVAVI*s*

6101

ÎVNIA · CN · L · FELIX

6102

LABERIA ·
Q · L · TERTIA ·
M · TONNIVS · M · L ·
TERTIVS ·

6103

Q · LAENI · Ɔ · L · HILARI

6104

CVS
VIS · PATR*o*
DINI · LÎVIAE
CTRICI

4 fuit fortasse *le*]*ctrici*.

6105 MA
Ↄ I
CALLICI

Non vidimus.

6106 mAECEN

6107 ·MARI
CELERIS·LIBEI

6108 L·MVNATIVS
L · L
DIODORVS

Non vidimus.

6109 ROM · NIGER
EIA· V · A · XX
A R I O
·V·A·XIV

2 in. videtur superesse vestigium litterae C aut S aut T.

6110 (447) O R C I V I A ·
M·L·HOSPITA·V·A·X

Brizius inter titulos in monumento Statiliorum repertos errore refert, cum viderit Bruzza a. 1871.

6111 PACCIA·SEX·L
EVNERVSA

6112 T · PACIVS · L · F · ANI
ANTISTIA·Ↄ·L·CALLISTE

1 ex. non superest nisi A.

6113 OSSA · SITA
P·PETRONI·ALBAN

6114 (552) M PNTIO ·Ↄ·L·APELA· *sic*
OSSARI · MOMENTI ·
FECIT·SIBI·ET·FRATRI
EVO·M·PONTIO·Ↄ·L
HERCLIDA *sic*

1 lapicida primum incidit CI, tum ex his litteris fecit O. — 2 litterae lineis saeptae in litura repositae sunt.

6115 R A I A C · L
P R I M A
THALLVSA·L·DE SVO

6116 RVFA V A
XRXV

Non vidimus.

6117 C·RVNTIVS·
C·L·FELIX·

6118 SALVE
·SABINVS
·RVFV

6119 Q· SALVIVS · L
RVFVS· V · A · XII
PATER SALVI·NI

6120 Q·SALVIVS·Q·L·SA
VS
DOMITIA·CN·L·DEME
TRIA

6121 SATVRNINA

6122 M · S A V*pius*
M·SAVFEI*o*
M·SAVFEI *o*

6123 SECVNDA·PRESIDIA
VIX·AN·XXX

6124 (548) C·SENTIVS·SATVRNIN
L·PRIMVS

Non vidimus, nec videtur vidisse Brizio.

6125 OCRIVS CN·SENTI
SATVRNINI SER·
*fec*T·EGLOGENI
*co*N·SERVAE

[1 in. fuit fortasse *Locrius*. TH. M.]

Supra p. 982 diximus patronos C. et Cn. Sentios Saturninos videri esse consules a. 757.

6126 SENTIA · C · L
EYMBIVEA

6127 DIS·MA
SERTILI
TETHI

6128 M·TANNIVS·ZETA
VS ·

6129 L · TARVTILIVS
L · L ·
SATVRNINVS
V·AN · II ·MENS·IV

Non vidimus.

6130 CN · TREMELIVS
EPAPHRODITVS

6131 TREMELIA
Ↄ·L·TRYPHERA

6132 (561) TVCASIVS
TI · CLAVDI
NERONIS

Non vidimus, nec Brizio. 1 Mommsen conicit fuisse fortasse LVCASTVS = Λύκαστος.

6133 OSSA
VARI
DOM

6134 (551) C·VATICIVS·V
SOSTRATVS
VATICIA·C·L
NAPE·VIXIT
AN·XVIII

6135 (550) T·VELINVS·T·L
PHILARGVRVS

6136 VERONIA · L ·
L·CALLVTVCHE

6137 P·VEBI·POLLI
ONIS·

1 antea scriptum erat VESI, inde factum est VIBI.

6138 L · VIBIV
PHILOC

6139 A·P·ET·VIXI
L · GLA'CR *sic*

6140 FRVS
AESAR E
VIII

6141 ARCHIA
CVIAS

6142 *v*IX · AN · XX
*be*NE QVIESCE·DV*m ad te*
VENIO
*me*MORIAE·NO*strae*
.....

Supplevit Mommsen. — V. ult. videtur esse posse DORM aut SORORIS.

6143 *epaphro*DITO C
ONO·BEN
·A·LXXX

6144 IANI
NO·FRATRI
VIII

6144 *a* CRENTINO
CVRA·EGIT

6145 tabula maior fastigio ornata.

d m
*au*LERI
*epa*LONI
*va*LERIA
*deme*TRIA

6146 cippus litteris magnis et bonis.

POMPEI
EVPHRA
VALERIA
VAL

6147 vas rotundum marmoreum.

in operculo: OSSA
in ipso vase: C·IVLI·AGATHONIS

6148 cippus marmoreus.

serra scriniumi? instrumentum pilei Phrygii simile

D · M
DONATO ·
CORNELIA·CAS
TA·CONIVGI
B·M·F·VIX·ANN
XXX·VIII·M VI

IV. TITVLI REPERTI IN SEPVLCRIS FORMAE I. K. L. M. AVT PROPE EA.

Composuimus n. 6149—6212 titulos quos Brizio testatur repertos esse a. 1875 in sepulcris formae I. K. L. M vel prope ea. Is sepulcra descripsit et titulos in iis repertos edidit l. l. p. 8—37; inter ea est L ornatum picturis ad origines urbis Romae pertinentibus. Tituli aliquamdiu fuerunt in museo societatis quae dicitur *fondiaria italiana*, nunc sunt in museo Kircheriano; descripsi omnes cum amicis. — Tituli cum fere omnes reperti sint loco moti, in quo sepulcro antiquitus fuerint raro constat; itaque eos non separatos exhibuimus, ut praeter n. 6149 primo loco poneremus in tabulis marmoreis incisos (n. 6150—6186), tum in cippis (n. 6187—6206), denique in urnis sive ossuariis (n. 6207—6212). Numeros Brizii nostris addidimus uncis inclusos. Item addidimus mensuras ex libro Brizii desumptas, ut quinam fere tituli sub ollis prostitisse videantur, indicari possit.

In tabulis memorantur liberta *M. Agrippae* n. 6184 et servus *Ti. Caesaris Germanici*, id est Claudii imperatoris, n. 6152, item *Ti. Claudius Aug. l.* n. 6189, *T. Flavius* n. 6181 et *M. Ulpii* n. 6185. 6186. — In cippis memorantur *Ti. Claudii* n. 6187. 6188, *T. Flavi* n. 6191 (*Aug. l.*). 6194, *M. Ulpius Aug. l.* n. 6190. — Ossuarium n. 6208 fortasse ablatum est ex monumento Statiliorum.

6149 (9) tabula e lapide Tiburtino litteris vetustis. *Al cippo n. 6200 vuoto nell' interno faceva da coperchio un pezzo di lastra in travertino con iscrizione capovolta di data più antica lung. m. 0,55, alt. m. 0,20* BRIZIO.

C·VALERIVS·C·L·PLVI *sic*
TVS·VALERIA·C·L·
PAMPHILA·

Intellegendum videtur *Plutus*.

6150 (1) alta m. 0,215, lata 0,165 *estratta da uno de' sepolcri I—L* BRIZ.

M · ANTONIVS · M · L
PHILOMVSVS
POMPEIA · CN · L · ZOSIMA
SIBI·ET·SVIS·OLLARV
DECEM · SEPVLCHRVM
PARTEM·TERTIAM·DECV
MAM·EMIT·AB·SOCIEIS
XII

Gori *archivio storico artistico archeologico e letterario della città e provincia di Roma* I p. 129, 45.

6153 (58) tabella alta m. 0,24, lata 0,11 *raccolta ai piedi della scala del sep.* M BRIZ.

OLLAS·
Q·AELI·Q·

6154 (39) tabella alta m. 0,13, lata 0,12 *dall' interno dei sepolcri* (I—L) BRIZIO.

D · M
M·ALLIO·AMA
RANTHO
ALLIA·PRIMA
PATRI·P
OLV

6155 (42) tabella alta m. 0,10, lata 0,26 *dall' interno dei sepolcri* (I—L) BRIZ.

·L·ARESCVSA·SIT·TIBI·
*terr*A·LEVIS·VIXIT·ANN· XX·

1 potest esse aut *A(uli)* aut *M(arci) l(iberta)*.

6156 (30) tabula alta m. 0,28, lata 0,28 rep. prope podia BRIZ.

D M
BAEBIAE · AMAN
DA NEPOS DVLCIS *sic*
SIMA·QVE·VIX·AN·
NIS·III·MEN·V DIB *sic*
X·A·BI·A·FE·CIT·

6 intellegendum *avia fecit*.

6151 (6) alta m. 0,28, lata 0,35. *Era il sepolcro* L *ed i podii, affissa a quanto pare al podio stesso* BRIZIO.

D · M
VESIAE · IVCVNDAE
TI·CLAVDIVS·VICTOR
MIL · COH · II · VIG·
7·VALERI·ET·C·IVLIVs
ABASCANTVS · FILI
MATRI · DVLCISSI
MAE · B · M · F ·

Gori I p. 128, 41. Edidi n. 2962 *a*.

6157 (34) tabula alta m. 0,37, lata 0,37 rep. prope podia BRIZ.

D M
CALPVRNI
AE · PSYCHENI
VIX · AN · LI
CN · CLAVDIVS
SAGARIS · MARI
TAB·B·MER·FECIT

Gori I p. 128, 42.

6158 (38) tabella alta m. 0,17, lata 0,09 *dall' interno dei sepolcri* I—L BRIZ.

OSSA
C · CORNELI·
C · L
ABASCANTI ·

Gori I p. 59, 1.

6159 (55) alta m. 0,14, lata 0,18 litteris parum bonis rep. prope sepulcra I—L BRIZ.

L·CORNVFICIVS·
NICANOR·
VIXIT·AN·XXV

6152 (40) tabella alta m. 0,14, lata 0,13 *'dall' interno dei sepolcri* (I—L) BRIZ.

ANTER*os*
TI·CAESA*ris*
GERMA*nici*
SX·HC*rtis*
MAIAN*is*

4. 5 de hortis Maianis Brizio confert Plin. n. h. 35, 51; *vilicus* eorum commemoratur apud Grut. 602, 3, *procurator hortorum Maianorum et Lamianorum* ibid. 589, 3.

6160 (26) tabula marmorea alta m. 0,20, lata 0,32 litteris pulchris rep. prope sepulcrum L *'era al di sotto dell' urna fittile'* BRIZIO.

D · M
COSIA · PROCVLA
FECIT·MATRI·SVAE
B·M·V·A·LXXXXII

6161 (27) tabella marmorea alta m. 0,10, lata 0,20, rep. prope podia BRIZ.

COSSVTIA
CN · L
NYMPHE

6162 (28) alta m. 0,16, lata 0,24 rep. prope sepulcra I—L BRIZ.

*co*SVTIA·M·E·TERTVLLA *sic*
*co*SSVTIVS·PARATVS·L
*coss*VTIA · SEVERA · L

6163 (41) tabula marmorea alta m. 0,28, lata 0,43 *dall' interno dei sepolcri* I—L BRIZ.

D · M
FARSVLAEIAE · PEVCE · LIBERT *sic*
SANCTISSIME · C · FARSVLEIVS
CTETVS ET·SIBI FECIT·LIBERTIS
LIBERTABVSQ ET POSTERISQ
EORVM

6164 (43) tabula alta m. 0,44, lata 0,25 *dall' interno dei sepolcri* I—L BRIZ.

ΦΙΛΙΣΚΟΣ
CΑΚΕΡΔΩΤΙ
ΑΔΕΛΦΩΙ
ΜΝΕΙΑC ΧΑΡΙΝ
ΖΗCΑΝΤΙ·ΕΗ·ΚΓ
ΧΑΙΡΕΤΩ

in aversa:

Θ ✦ Χ
ΚΑΙ ΦΛΑΟΥΙΑ ΤΗΙ
ΙΔΙΑ CΥΜΒΙΩΙ ΕΥΦΗ
ΡΟC ΜΝΕΙΑC ΧΑ
ΡΙΝ Ƥ *sic videbatur*

Non vidimus nisi aversam.

6165 (60) alta m. 0,22, lata 0,22 *raccolta ai piedi della scala del sepolcro* M BRIZ.

D · M ·
C · GABINIVS ·
DAPHNVS·PATEr
ET·SCANTIA·NE
REIS·C·GABINIO
EVTYCHO·F·B·M
EVC *Cariamo*

Gori I p. 60, 14.

6166 (57) litteris bonis alta m. 0,14, lata 0,325 *raccolta ai piedi della scala del sepolcro* M BRIZ.

GAVIDNA
Q·L·PARHESIA

Gori I p. 60, 10.

6167 (44) *dall' interno dei sepolcri* I—L BRIZ.

/DIS · MAN ·
GENNIAE · Ɔ · LIBER
NATALI · C · VALERI
VS · SEQVENS · FECIT
CONIVGI · CARISSI
MAE · BENEMERENTI
DE SE·SIBI ET·SVIS·LIBERT
LIBERTABVSQ·POSTERISQ·
EORVM FECIT

in aversa:

Θ ✦ Κ ✦
ΦΙΛΙΠΠΗ · ΤΗ ΙΔΙ
Α CΥΜΒΙΩ ΜΟΥ
CΑΙC ΜΝΙΑC
ΧΑΡΙΝ
☉

6168 in latere tabellae marmoreae.

HELLAS·VIX·ANN·III

Gori I p. 59, 4, qui sepulcro picturis ornato L tribuit. Omittit Brizio.

6169 (31) tabula alta m. 0,15, lata 0,20 rep. prope podia BRIZ.

—HELPISTO—
DOMITIA
CALLIRHOE *sic*
PATRONO
BENE·MERENTI

6170 (49) tabella marm. *raccolta presso il colombario attiguo al sepolcro* L BRIZ.

ICONIVM·PROCILIAE

6171 (29) tab. marm. alt. 0,25, lata 0,38 rep. prope podia BRIZ.

D M
IVNIAE · FORTVNATAE
QVAE·V·AN·XXXV·M·VII·D·VIII
\ P·POPILIVS · MELIPTHONGVS
*con*IVGI·B·M·FEC·ET SIBI POSTERISQ
SVIS

4 in. praenomen potest fuisse CN aut L aut T aut TI; L Briz.

6172 (56) alta m. 0,15, lata 0,18 prope sepulcra I—L BRIZ.

LALA · M · MVMMI ·
M·C·L·ANTIOCHI·
VXOR·VIXIT·ANN·XXV

6173 (46) litteris pessimis alta m. 0,06, lata 0,17 rep. *oltre la linea del sepolcro* L BRIZ.

LATINVS·M·AE
EVTI·F

6174 (36) tabella alta m. 0,09, lata 0,20 *dall' interno dei sepolcri* I—L BRIZ.

LIVIA · HELPIS
VIXIT A·XXV

6175 (54) tabella marmorea alta m. 0,10, lata 0,17 *verso destra dal colombario incastrato in un podium* BRIZ.

C · MARCIVS C L
FELIX·
VIXSIT AN·XII

6176 (47) tabula rep. *oltre la linea del sepolcro* L BRIZ.

MATIA·Ɔ·L·ALC
VIXIT·SANCTE
ANN· ·XL·

6177 (59) alta m. 0,16, lata 0,21 *raccolta ai piedi della scala del sepolcro* M BRIZ.

MENCILIA·
RVFA·

in aversa:

/ / CANVLEIVS·Ɔ·L

Descripsi adversam; aversam non vidi.

6178 (51) tabella alta m. 0,25, lata 0,18 *nella parte posteriore del sepolcro* K *in mezzo alle terre* BRIZ.

L·QVINTIVS·L·F
Ɔ·L·SECVNDVS

6179 (37) tabella alta m. 0,06, lata 0,15 *dall' interno dei sepolcri* I—L BRIZ.

QVINTIA
NEBRIS

Gori I p. 59, 5.

Idem nomen NEBRIS QVINTIA graphio exaratum est supra loculum alterum ordinis tertii in pariete lateris sinistri monumenti picturis ornati (L); cf. Brizio l. c.

6180 (52) tabella alta m. 0,07, lata 0,23 *nella parte posteriore del colombario* K *in mezzo alle terre* BRIZ.

V · Q · RVBRIVS
FVLVAE·L·FELIX
EVLATIA·Ɔ·L·ANTHVSA

6181 (48) tabula alta m. 0,32, lata 0,60 rep. *oltre la linea del sepolcro* L BRIZ.

D ✦ M ✦
SCRIBONIA·Ɔ·L·
TERTIA · FECIT · SIBI · ET·
TERTIO·FIL·KAR·ET T FL·
CARPO CONIVGI·ET
LIBERTIS · LIBERTABVS
POSTERISQ · EORVM·ET
C · SCRIBONIO · CARPO
VIXIT · ANNIS·
XXVIIII · DIEB · XIX

in aversa:

D ✦ M ✦
L · VISELLIVS · L · L ·
SVCCESSVS · FECIT · SIBI ·
ET·T·FL·ATHENAEO·FRAT
ET·LIBERTIS·LIBERTABVS·
POSTERISQ·EORVM·

Gori I p. 60, 7. 8.

6182 (35) tabula marmorea litteris pessimis alta m. 0,35, lata 0,45 *dall' interna dei sepolcri* I—L.

· D · M ·
C·VETTIO CAPITOLINO FILIO PIENTIS
SIMO PLOTIA CAPITOLINA MATSS IN
FELICISSIMA FECIT VIX ANNIS·XIII·
QVI DIE NATALI EVO HORA QVA NATVS
EST OBIIT · TAN CITO PICTOR ACV STY *sic*
GIA DELATVS AD VMBRAS QVAM PVER INGENIO NOTVS
IN ARTE EVA QVOT SI FATA VELINT ALIA PRO SPIRITO *sic*
VITAM HOC · MATER TITVLO MALVIT ANTE LEGI ❯
SIBI R ET S SVIE❯ POSTERIS·QVE · EORVM ❯

C. L. Visconti *bull. arch. municip.* 1875 p. 157; Gori I p. 129, 60.

V. 10 in. videtur quadratarius voluisse scribere SIBI FEC, sed deinde correxisse. — 6—9 sunt duo disticha dactylica:

ta[m] cito pictor acu Stygia[s] delatus ad umbras,
quam puer ingenio notus in arte sua.
quot si fata velint alio[m] pro spirit[u] vitam,
hoc mater titulo maluit ante legi.

In versu secundo Mommsenus conicit quadratariam errasse incidentem QVAM pro IAM.

6183 (62) alta m. 0,17, lata 0,29 *raccolta ai piedi della scala del sepolcro* M.

D · M
VICTORIAE
CONSERVAS
SENE·MEREN
TI · PARAMO
NVS · FECIT

6184 (53) tabella alta m. 0,13, lata 0,26 *parte posteriore del colombario* K *in mezzo alle terre.*

VIPSANIA
AGRIPPAE·L
MARTHA

Gori I p. 60, 11.

6185 (22) tabula marmorea litteris pessimis parum alte incisis alta m. 0,28, lata 0,23 rep. haud procul a sepulcro L.

D · M
M VLPIVS EVTYCHVS VLP CALLITVCHE
CON B M FECIT
MANC ACT OLLARVM II

C. L. Visconti *bull. arch. municip.* 1875 p. 160; Gori I p. 130, 64.

4 Mommseno in mentem venit intellegendum esse fortasse *mancipio ac(cepi)t (ius) ollarum II.*

6186 (21) rep. haud procul a sepulcro L.

D · M
M · VLPIO · FELICI
MINICIA · ASTERIS · E
M · VLPIVS · EVANGE
LVS · PATRONO
S·M·FEC·ET·SIBI

Gori I p. 60, 9.

6187 (2) cippus ex lapide Tiburtino altus m. 0,19, lat. 0,40 *raccolta all' esterno presso il sepolcro* K.

.. CLAVDIVS
.. LIB·CERDO
HIC · S·S·
V · A · LII

Gori I p. 128, 39.

6188 (3) *cippo bisomo di travertino, le cui pietre si raccolsero disposte ancora fra loro a capanna, legate con perni di ferro nella parte superiore, raccolte all' esterno presso il sepolcro* K BRIZ.

a
TI CLAVDIVS
PHOEBVS
ET

b
PLOTIA
VENVETA
FILIS·FECIT

Gori I p. 62, 25. 26.

6189 (4) tabula marmorea *raccolta in vicinanza di n.* 6188.

IMMERITO · ABDVCTAS · PHOEBI · D
NICEN · ET · PHOEBEN · ARCVLA · ACE*rba tenet*
VNA · ANNOS · SEPTEM · COMPLEVIT · ET ALTERA *quinque* (?)
AD · SPEM · NON · PATRIA · SVPPLICE · VOCE · IACENT
TI · CLAVDIVS · AVG · L · PHOEBVS · PATER
PLOTIA · VENVSTA · MATER · FECERVNT
FI*lis* SVIS

Gori I p. 127, 38.

V. 4 falso Brizio interpretatur *ad Spem (veterem), non (in) patria;* videtur interpungendum esse post *non*, ut sit *contra spem, voce patris supplice.*

6190 (20) cippus marmoreus altus m. 0,45, lat. 0,35, crass. 0,25 rep. prope sepulcrum L.

aquila
D M
M · VLPIO · AVG · LIB
LALETO
urceus A CODICILLIS *patera*
M · VLPIVS CALVINVS
PATRI · B · M · F · ET · SIBI
POSTERISQVE · SVIS

C. L. Visconti *bull. archeol. munic.* 1875 p. 162; Gori I p. 128, 40.

6191 (11) cippus marmoreus alt. m. 0,75, lat. 0,25 rep. prope sep. K.

· D · M ·
T · FLAVIO · AVG · L ·
ALCIMO · CVBIC
FECIT · FLAVIA IRIS
urceus PATRONO · INDVL *patera*
GENTISSIMO ·
ET · PIENTISSIMO
CVM · QVO · VIXIT ·
ANN · XXIIII · FIDE
LISSIME · ET · SIBI ·
· ET · SVIS ·

C. L. Visconti *bull. arch. municip.* 1875 p. 161; Gori I p. 62, 21.

6192 (50) cippus marmoreus altus m. 0,94, lat. 0,41, crass. 0,37 *alla parte posteriore del secondo colombario* (K) *s' incontrò giacente a terra* BRIZ.

DIS · MANIB
SACRVM
C · TERENTIO PIETO
MEDICO OCVLARIO
urceus PATRONO OPT SENS MER *patera*
ET IVLIAE SECVNDAE CONIV
EIVS C TERENTIVS HELIVS
ET TERENTIA IANVARIA LIB
FECERVNT ET SIBI POSTERYSQ *sic*
EORVM VIX ANN LXXXVII MEN
V DIES XXIIII HORAS X

Gori I p. 61, 15.

6193 (45) cippus marmoreus altus m. 0,76, lat. 0,22 rep. *oltre la linea del sepolcro* L.

D · M
AEMILIAS · M · L
CALLISTE · HREDES
EIVS S · M · P · FECERVNT
HOC · M · HEREDEM
EX · NOMINE
AEMILIOSVM
SEQVETVR · ALIO
NOMINE · HREDEM
NON ·· SEQVETVR
IN · FRONT · P · V
IN · AGRO P · V
C · AEMILIVS · SVARISTVS
C · AEMILIVS EXTRICATVS
PATRONAS · FECERVNT

Gori I p. 133, 91.

6194 (19) cippus marmoreus litteris pulchris saeculi, ut videtur, primi, alt. m. 0,73, lat. 0,34, crass. 0,25 rep. prope sepulcrum L.

corona
DIS · M
L · AFINIO · FELICI
VIXIT · ANN · LXXX
urceus AFINIA · TYCHE patera
FECIT · PATRONO
ET · T · FLAVIO · NICOMEDE
CONIVGI CARISSIMO
SVO · B · M · B · FECIT

Gori I p. 62, 23.
3 extr. de numeris non plane constabat: LXIV Gori, Brizio.

6195 (14) cippus marmoreus alt. m. 0,58, lat. 0,23 rep. prope sep. K.

corona
DIS M
ASSESTO ·
FELIX · AMICVS
FECIT ·

6196 (13) cippus marm. alt. m. 0,50, lat. 0,25 prope sep. K.

· D · M · S ·
G · AVIDIVS · S
PAPHRODITV
S · IVLIAE · ROM
ANI · COIVGI · S
ASISSIMAE · FECIT ·
VIX · AN · XVI · MEN · XI D · V ·

6197 (5) cippus marmoreus.

dis man]IBVS
ciu]dI QVIS
s]ECVLARIS
urceus v]IX · ANN · XVII patera
FECIT · MATER
FILIO · DVLCISSIMO

IN · FR · P · II
IN · AGR · P · II

2 AVDI/ Briz.

6198 (25) cippus marmoreus altus m. 0,60, latus 0,34 *in vicinanza a n. 6211 stava conficcato al suolo* BRIZ.

corona
D M
DELIDI · DOMITIAI sic
LIB · FECIT · ELASTVS ·
CONIVGI · BENE · MER ·

Gori I p. 128, 41.
1 DOMITIAE Gori, DOMITIAN Brizio. Diligenter examinavimus Mau et ego.

6199 (7) cippus marmoreus altus m. 0,55, latus 0,30 litteris bonis paullo maioribus prope sep. K.

corona
D M
FASIAE
SYNESOSAE
L · CLAVDIVS
HARMONIVS
AVIAE SVAE
S · M · P

Gori I p. 62, 24.

6200 (8) cippus marmoreus altus m. 0,60, latus 0,42 litteris magnis et pulchris rep. prope sep. K.

OCTAVIAE
THEOGENIDI
urceus L · OCTAVIVS patera
PRIMIGENIVS
CONIVGI
BONAE

IN · F · P · III · IN A · P · IV ·

Gori I p. 61, 18.

6201 (15) cippus marmoreus alt. m. 0,52, lat. 0,22 rep. prope sep. K.

PLAVTIA
CALYBE
Q · PLAVTIO
TROPHIMO
CONIVGI · SVO

6202 (10) cippus marmoreus alt. m. 0,58, lat. 0,38, crass. 0,21 rep. prope sep. K.

D · M
POMPEIAE
FORTVNATAE
urceus V · A · XXXX patera
T · COELIVS
EVTYCHES
CONIVGI · S · M
FECIT · ET SIBI · ET
LIB LIBERTQ · POSTQ
EORVM
IN F · P · II IN AGR · P · II

6203 (32) cippus marmoreus alt. m. 0,52, lat. 0,22 rep. prope podia.

· · STERTINIO
CAPITONI rosa
CLAVDIA FAVSTILLA
OPSEQVENTISSIMO
CONTVBERNALI

6204 (61) parvus cippus marmoreus litteris bonis altus 0,65, latus 0,23 *racc. ai piedi della scala del sepolcro* M.

D · M
L · VALERIO
MALCHONI sic
AEMILIA
EPICTESIS
BEN · MER · FEC

6205 (17) cippus marmoreus alt. m. 0,75, lat. 0,32, crass. 0,18 rep. prope sepulcrum L.

corona
D · M
C · VIPSTANO THALAMO
VIPSTANA · TROPHIME
urceus ET · C · VIPSTANVS patera
AGATHANGELVS
PATRONO · S · M · FEC

Gori I p. 61, 20

6206 (12) cippus altus m. 0,30, lat. 0,25 prope sep. K.

corona
DIS · MANIB
L · VITELLIVS
CLYMENVS · VI
ANNOS · XVIII
MEN · VII

6207 (565) urna marmorea ossuaria alta et lata m. 0,30 litteris bonis, ut videtur, saeculi primi. *Fu trovata poco lungi dal colombario dipinto* L BRIZIO p. 133 not.

ANCHARENAE
PHAEDRAE
CELER · LIBERTVS

Gori I p. 59, 6; Brizio imaginem tab. III, 5.

6208 (16) ossuarium rotundum marmoreum alt. m. 0,31, crass. 0,29 rep. prope sepulcrum L; *senza ceneri e senza coperchio, ma fissato alla terra mediante tre piuoli che trapassavano per tre fori praticati sotto la base stessa dell' ossuario.*

GELLIA · AETIATICE sic
T · STATILI · CHRESTI ·
CONIVX · FIDA · VIRO

Exhibet Brizio imaginem tab. III, 6.
Titulus integer est. — Cf. infra n. 6401.

6209 (18) ossuarium marmoreum alt. m. 0,55, long. m. 0,47, crass. 0,32 rep. prope sepulcrum L.

D · M
IVLIAE · CAPRIOLAE
V·A·XXXV·M·III·D·XXVI
T · FLAVIVS
CHRYSIPPVS
CONIVG · CARISSIMAE
ET · SANCTISSIMAE
FECIT · ET · SIBI · ET
LIBERIS·POSTERISQ
EORVM

femina in lecto recumbens, d. sustinens ova, adstat mensa tripes

Exhibent Brizio tab. III, 3 imaginem; Gori I p. 61, 16

6210 (23) urnula marmorea alta m. 0,27, lata 0,36 rep. haud procul a sepulcro L.

in latere: *il Tempo con ali aperte seduto dinanzi la porta di un sepolcro ed in atto di leggere un papiro* (BRIZ.)

genii alati tabellam sustinent, in qua legitur

PROTAR
CHI

in latere: *genius facem inversam tenens ante portam*

Exhibent Brizio tab. III, 4 imaginem et Gori I p. 128, 43.

6211 (24) ossuarium marmoreum quadratum altum m. 0,28, lat. 0,51, crass. 0,40; in operculo corona; rep. haud procul a sepulcro L.

TERPVSA ATLANS	ATLANTIS	ISIAS · ET HELPIS SOROR ISIADIS

Gori I p. 61, 17.

6212 (33) ossuarium quadratum marmoreum, rep. prope podia BRIZ.

VOLVMNIAE
OMPHALE
urceus CONIVGI *patera*
C · CESTIVS
ONESIMVS
ET·SIBI·

Gori I p. 60, 13.

V. MONVMENTVM STATILIORVM n. 6213—6640.

1. Monumenti pars primaria n. 6213—6594.

Monumenti Statiliorum, quod constabat ex tribus partibus (formae N. O. P.), pars primaria (formae N) effossa est a. 1875 a societate quae dicitur *fondiaria italiana.* Titulos eius edidit Brizio in libro supra scripto p. 49—117 cum indicibus p. 143—152 et tabulis I et 3. Idem ita describit monumentum p. 49: *Il colombario resta attiguo a quel grande ipogeo descritto più sopra* (formae X, cf. infra ad n. 6681—6718) *e presenta la stessa forma di una galleria a pianta quasi quadrangolare di circa 80 mr. q., con una camera nel centro destinata per le sepolture. Al colombario era aggiunto un piano superiore, consistente di parecchie camere, ognuna delle quali con più file di loculi incavati nelle pareti. Sembra che fra le due parti del monumento non esistesse una comunicazione diretta, ma che invece si accedesse a ciascuna per due ingressi differenti, ambedue sulla fronte di un diverticolo interno della via Prenestina. L' uno venne assicurato mediante la scoperta della scala, che conduceva al piano superiore, dell' altro invece si potè determinare soltanto il corridoio o passaggio interno* (formae o), *il quale partendo probabilmente dalla strada, riusciva alla piccola apertura che immetteva nel sepolcro* (formae m). *In questo sorprendente è il numero dei loculi distribuiti sulle singole pareti. Mentre nella prima galleria essi non corr方evano che sopra tre ordini, qui invece salgono fino al quinto e si mostrano anche più fitti. Tutte assieme le dodici pareti che compongono il colombario comprendono un numero di oltre 700 loculi.*

Tituli in hoc monumenti parte reperti (n. 6213—6591) omnes incisi sunt in tabellis marmoreis affixis sub loculis, sed cum translati sint primum in museum societatis, ubi contulimus Gatti Mau ego cum apographis Brizii, tum in Kircherianum, sub quibusnam loculis singuli fuerint non constat. Nos mensuras ex libro Brizii addidimus in iis tabulis, quae solito maiores sunt. Numeros editionis Brizii nostris adscripsimus uncis inclusos.

Gentis Statiliae, cuius familiae hoc monumentum erat, satis certo hoc statui potest stemma:

T. Statilius Taurus
cos. a. 717 et 728

(T. Statilius) Taurus
IIIvir monetalis a. fere 742 — Cornelia
filia L. Cornelii Sisennae

M. Valerius Messalla
orator
|
Messallina — T. Statilius Taurus
cos. a. 11

Sisenna Statilius Taurus
cos. a. 16
|
Sisenna

T. Statilius Taurus
cos. a. 44

Taurus Statilius Corvinus
cos. a. 45

Statilia Messallina
(Neronis uxor)

De hominibus autem in titulis huius monumenti memoratis subiecimus quae composuit Mommsenus:

[Sepulcrum Statiliorum ad quosnam homines potissimum revocandum sit et cuius sit aetatis, anceps quaestio est. Videamus de singulis.

1. *Taurus Statilius Corvinus* is, qui consul fuit a. 45, appellatur in actis Arvalium perpetuo, Τίτος Στατίλιος Ταῦρος ὁ Κορβῖνος ἐπικληθείς apud Phlegontem fr. 35 Muell., *Taurus Statilius* in titulo Pompeiano Orell. 2466 = vol. X n. 825, [*T.*] *Cor*(*vinus*) in tessera eph. epigr. 3 p. 204 (quibus tribus locis hunc intellegi constat ex addito nomine collegae), *Statilius Corvinus* apud Suetonium Claud. 13 et Dionem 60, 25. Hinc intellegitur proprium huic nomen fuisse Corvini; id enim nusquam omittitur excepto solo titulo Pompeiano, qui in aliis quoque erravit. Quam

ob rem ad hunc non pertinent loci ubi Statilius Taurus vel Taurus tantum legitur. — Hunc satis certum est *esse Corvinum* titulorum n. 6244. 6273. 6373 (?) 6417. 6473. 6559 libertos habentem T. Statilios; nam primus in domo Statilia eo cognomine usus est utpote a matre ducta filia Messallae oratoris (Sueton. l. c.), et quantum scimus solus. Quod liberti eius Titi praenomine utuntur convenit cum loco Phlegontis supra relato. Addiscimus ex n. 6244 eum XVvirum fuisse.

2. Saepius longe in hisce titulis legitur *T. Statilius Taurus* (n. 6243) vel *T. Statilius* (n. 6466. 6493) vel *Taurus* nude (n. 6214. 6221. 6288. 6301. 6303. 6307. 6308. 6342. 6365a. 6372. 6378. 6390=6402. 6437. 6467. 6490. 6522. 6528. 6548. 6550. 6558); item invenitur semel *T. Statilius Taurus pater* n. 6213, semel *Taurus pater* n. 6256 et ita quidem, ut illo loco appareat huius potissimum familiae sepulcrum factum esse (nam ibi *familia T. Statili Tauri patris* ex decreto decurionum suorum alienae cuidam mulieri ollam donat), hoc *cub(icularius) Tauri pat(ris)* aperte opponatur *cubicular(io) Tauri adulescentis*, cuius item olla superest n. 6257, ut in altera n. 6229 invenitur *armiger Tauri f(ili)*, in tertia n. 6382 *unctor Tauri f.* Eius nominis vir consul a. 719. 728 postquam domum fundavit, et filium cognominem habuit, qui tamen ad summos honores non pervenit, et nepotem consulem a. 11 et pronepotem cos. a. 44, neque in eo familia desiit, nam eiusdem nominis vir ordinis senatorii reperitur in albo Ostiensi (Wilmanns n. 1744) anni p. Chr. 140. Quinam eorum intellegendus sit eo magis dubium est, quod ne hoc quidem constat eiusdem aetatis omnes hos titulos esse et semper eundem significari. Immo quamquam primo adspectu tituli eandem fere aetatem prae se ferre videntur, huic sententiae obstat orthographia. Scilicet antiquioris usus vestigia adsunt in *ei* pro *i* (*heic* n. 6346. 6412. 6448. 6452. 6496. 6501. 6514; *horteis* n. 6241. 6299; *Preima* n. 6507; *quei* n. 6423; *veicarius* n. 6388); in forma *quoius* non tantum in carmine n. 6593, sed etiam in pedestri oratione n. 6215. 6276; in *cubucularius* n. 6262; in evitatione u geminatae (*servos* n. 6467, *suos* n. 6443 casu primo, *avonculus* n. 6469, *Iovincae* n. 6477 pro Iuvenca; cf. *Emnochis* n. 6442); in *conlegio* (vide ad n. 6215—6219); in praenomine muliebri (*Plebeia Statilia* n. 6381). Sane quamquam in ea quoque re fortuitis casibus et ingeniis hominum diversis aliquid tribuendum est, negari non potest formas illas ducere ad ipsam aetatem Augusti neque eam extremam. Itaque cum Corvini tituli ante extremos Tiberii annos scripti esse nequeant, sepulcrum per complures annos in usu fuit, potueruntque secundum aetatem diversam Tauri plures in titulis eius nominari. Mihi tamen probabile est in plerisque certe intellegi consulem a. 44 Corvini fratrem maiorem. Nam cum ad domum Tauri, non Corvini monumentum pertinuisse constet, Corvini autem in eo nomen quinquies certe legatur, probabile est Taurum monumenti dominum ad Corvinum cum et aetate et necessitudine proxime accedere. Deinde ipsi illi tituli, qui habent formas illas aetatis magis remotae, Tauri nomen non habent nec quicquam in his quidem inest quod quarto quintove primi saeculi decennio non recte conveniat. Quam ob rem plerosque eorum puto esse consulis a. 44. Is *T. Statilius Taurus* appellatur in fastis Antiatibus vol. I p. 327 et in titulo Gallico Henzeni n. 5214, *T. Statilius* apud Dionem 60, 23, *Statilius Taurus* apud Tacitum ann. 12, 59. 14, 46, ubi narrat eum Agrippina instigante accusatum a. p. C. 53 ante sententiam sponte mortem sumpsisse et recte adnotavit Nipperdeius eo loco cogitari non posse de fratre Corvino. Nam cum Suetonius (Claud. 13) Corvinum narret coniurasse contra Claudium itaque periisse, Taurum Tacitus scribat accusatum esse repetundarum adiecto praeterea magicae superstitionis crimine, nec crimina plane conveniunt et nomina, ut supra dixi, differunt. Propter ipsam eam domus ruinam a. 53 fieri potest, ut sepulcrum hoc in usu esse desierit; nam nullum in tanto titulorum numero invenitur indicium aetatis posterioris neque ullus eorum monstrat litteraturam Claudianam, quae introducta est a. 47; nam IVDICAFID pro *iudicavit* in n. 6592 argutius quam verius est referre ad hominem qui novam legem imperfecte noverit. Sane cum Taurus morte damnationem anteverterit in iudicium vocatus propterea quod Agrippina hortis eius[1]) inhiabat, sine dubio bona eius amplissima heredibus eius erepta sunt, quo facto monumentum libertorum eius et familiae claudi necesse fuit. Sed tamen cum in camera proxima huius sepulcri quodammodo continuatio inveniatur aetatis Neronianae, monumentum magis iudicabimus aetate Claudiana in usu esse desiisse propter eam causam solam quod eo tempore loculi nulli amplius vacabant.

3. De Tauro filio indicandum est ex iis quae de Tauro patre diximus; neque enim dubium est utrumque vocabulum adscriptum esse, ut duo cognomines viri distinguerentur; id quod maxime patet in titulis duorum cubiculariorum. Tauri filii tituli ita comparati sunt, ut adulescentulo omnes optime conveniant. Quam ob rem hunc crediderim filium esse consulis a. 44 eum, a quo descendit senator a. 140.

4. Avus, cuius meminit unus titulus n. 6372: *T. Statilius Dasius Tauri l. ad vestem avi*, si quidem huius patronus Taurus et ipse est consul a. 44, amicus est Augusti, qui cum diem obiisse videatur c. a. u. c. 740 (*Staatsrecht* 2² p. 1011), vestiarius eius nihil impedit quominus advixerit ad initia principatus Claudii.

5. *Messallina Tauri f.*, cuius paedagogus nominatur n. 6327, ut eo tempore ipsam tenerae aetatis fuisse probabile sit, aut femina est praeterea ignota aut ipsa illa quae a. 65 quinto suo matrimonio Neroni nupsit, cuius item crediderim titulos esse Henzeni n. 5411 (cf. Borghesi opp. 5, 528) et Grut. 995, 6. Quod si ita est, iam diremta est quaestio, utrum filia fuerit Tauri cos. a. 44 an Corvini cos. a. 45; huac enim praeferunt viri docti (ut Borghesi opp. 5, 529; Nipperdey ad Taciti ann. 15, 68) sine idonea causa, cum ex altero utro eam natam esse utpote *abneptem Tauri bis consulis* (Sueton. Ner. 35) constet. — *Messallina* nude quae nominatur n. 6300. 6335 utrum eadem sit an Tauri mater Valeria Corvini oratoris filia, parum constat; officia tamen si non pedisequae, certe lanipendii matronae magis apta sunt quam puellae. *Messallina Tauri* tituli eius, qui affertur ad n. 6231, si ita recte legitur, omnino mater est.

6. *Sisenna Statilius* nominatur n. 6358, *Sisenna* n. 6217. 6312. 6328. 6352. 6543. 6570, *Sisenna filius* n. 6324. Liberti utuntur praenomine Titi. Intelleguntur opinor aut Sisenna Statilius Taurus consul a. 16 (cf. de eo Borghesi opp. 2, 325) Tauri consulis a. 44 patruus aut filius cognominis frater Tauri patruelis. Filii est non tantum qui id adscriptum habet n. 6324, ubi cum nutricis et conlactei eius mentio fiat, aetas eius infantilis diserte indicatur, sed item n. 6328 *paedagogi* eius, n. 6352 *stratoris paterni*, denique n. 6570, ubi ipse *negur* appellatur, nam id puero recte convenit et distinguitur ita a patre, quem pontificem dicit titulus Parentinus vol. V n. 332. Contra cum n. 6217 orthographia ad aetatem Augusti vocet (v. ad n. 6215—6219), hunc patris esse probabile est. Reliquos n. 6312. 6358. 6543 utrum patri an filio tribuas perinde est.

7. *Cornelia* quae nominatur n. 6264. 6322. 6371. 6424, quocum componemus item *Cornelianos* (n. 6356. 6365), fortasse etiam libertinos dictos *L. Cornelios* (n. 6428) vel *C. Cornelios* (n. 6588), coniuncta est sine dubio cum avia Tauri ex familia Sisennarum oriunda; nam recte Borghesius (opp. 2, 325) effecit ex praenomine consulis a. 16 Sisennae Statilii Tauri eum fratremque eius maiorem matrem habuisse eius familiae, filiam scilicet L. Cornelii Sisennae noti ex auctoribus titulisque eius aetatis. Ceterum fortasse non tam ipsa intellegitur quam filia ex ea nata Statilia Cornelia; nam gentilicia pro cognominibus maxime in mulieribus hac aetate vulgo usurpantur potueruntque hic eo magis locum habere, quod Sisenna cognomen difficulter ad mulierem formatur. Quo item ducit *Statilius Phileros Corneliaes cubicularius* (n. 6264); nam eum ab ipsa Cornelia manumissum esse ut non certum, ita verisimile est.

8. *Vedusia Tauri soror* (n. 6214) uterina omnino praeterea ignota est. Cf. Γάιος Οὐεδούσ[ιος] n. 6225.

9. *Statiliae maior* (n. 6325: *opstetrix*) et *minor* (n. 6323: *fili nutrix*), *Statilia* (n. 6330: *paedagogus*; n. 6331: *paedagoga*; n. 6272. 6336. 6351), *Statilia filia* (n. 6451) determinari non potuerunt. Th. M.]

1) Hortos eos ipsos esse, quos aliquando Cn. Pompeius possedit, eo defuncto M. Antonius habuit, ex n. 6299 colligi posse videtur; neque absimile veri est Antonio devicto eos ad Taurum pervenisse. Ubi siti fuerint, quod sciam non traditur; ad campum Martium ducit, quod ibi Taurus amphitheatrum aedificavit a familia Statiliorum etiam postea custoditum. Postea quod sciam non memorantur; nam horti Neronis in Vaticano diversi videntur fuisse.

6213 (107) alta m. 0,31, lata 0,31.

FAMILIA · T · STATILI · TAVRI
PATRIS · EX · D · D
ANTONIAE · M · L · CHRYSE · IN
HONORE · STATILI STORACIS
OLLAM · DEDERVNT

parte sepulcri opere anaglypho expressa

Gori *archivio stor. arch.* I p. 124, 3.
Idem Storax videtur esse n. 6446.

6214 (226) tabula marmoris Carystii adhibita ad claudendos loculos duos, alta m. 0,40, lata 0,76.

T · STATILIVS · TAVRI · L
DIODOTVS
MAG · Q · IN FAMILIA
VÍVOS SIBÍ · ET · AVGENI
CONIVGI · SVAE · FECIT

VEDVSIA · TAVRI
SORORIS · L
AVGE · VÍXIT · ANNOS · ⊥ *sic*
BONITATEM · SVAM · ET
FIDEM BONAM · SECVM · APSTVLIT

os loculi — *os loculi*

HAVE · ET · TV · MEMINERIS

Gori I p. 137, 129.
Cf. *mag. quaest.* n. 6316.

6215 (175)

STATILIA · AMMIA · HIC ·
SEPVLTA · EST · QVOIVS · SEPVLT ·
CVRAM · EGERVNT · CONLEG ·
COMMORIENT CERDO · INSul
VIR · EIVS · BATHYLLVS · ATRIENSis
MVSAEVS · OST · EROS · INS · PHILOCALus
VNCTOR ·

Gori I p. 134, 100.

6216 (239)

PHILOLOGVS
CELLARIVS
EX · CONLEGIO
COMMORIENTES

6217 (125)

CHIVS · L · SISENNAE
SILENTIARIVS
EX · CONLEGIO · HIC · SITVS · EST
CVRATORES
MVSAEVS · OSTIAR · DEC
AMARANTHVS · COLORAT · L
EROS INSVLAR · DEC
DE · SVO · DANT

Gori I p. 127, 37.

6218 (170)

ANTIOCHVS
LECTICARIVS
DE · CONLEGIO

6219 (255)

T · STATÍLIVS
ANOPTES
PISTOR · DE CONLEG

Gori I p. 134, 98; Fiorelli *notizie* 1876 p. 9.
Idem videtur esse *T. Statilius Anuptes* n. 6524.

De nomine *commorientium* collegio funeraticio indito cf. Plutarchus (Anton. 71) αὐτοὶ δὲ (sc. Antonius et Cleopatra) *τὴν μὲν τῶν ἀμιμητοβίων ἐκείνην σύνοδον κατέλυσαν, ἑτέραν δὲ συνέταξαν . . . . . ἣν συναποθανουμένων ἐκάλουν κτλ.* Item noti sunt versus Terentii in prologo Adelphorum 6. 7: *Synapothnescontes Diphili comoediast; | eam Commorientes Plautus fecit fabulam.* — *Musaeus ostiarius* et *Eros insularius* curatores sunt et in n. 6215 et n. 6217, dubium num sit idem curator Musaeus n. 6220. Illius Erotis potest esse titulus sepulcralis n. 6299 (*Eros insularius ex horteis Pompeia.*). — *Amarantus colorat(or)* est etiam n. 6250.

[Observandum est in his titulis perpetuo scribi *conlegium*, scilicet n. 6215. 6216. 6217. 6218. 6219, quam orthographiam in eph. epigr. I p. 79 demonstravi obtinuisse usque ad Augusti excessum, revixisse sub Claudio et Nerone. Hos titulos nos illi tempori potius quam huic tribuimus. Th. M.]

6220 (466)

ANTIOCHI · L · HIC · OSSA · SITA
SVNT AMICI CONTVLERVNT
CVRATORIBVS · PANSA · L
CISSO · L · HERACLEONE · L
THEOPHILO · MITHRIDATE
SALVIO · NICARCHO · AGATHONE
PHILOTIMO · MVSAEO ·
CONSVMPTVM · EST · IN · FVNERE
ET · IN · OSSIBVS · E · / / NNDVLNDIN
S CCCCLXXXX ·

9 Brizio supplet probabiliter *e[t i]n novendi[alibus]*, quamquam vestigia, quae in fine supersunt, videntur potius pertinere ad litteram N. — Ex hominibus hoc in titulo memoratis tres *Theophilus, Agatho, Musaeus* videntur redire in titulo n. 6306. Idem Pansa est fortasse n. 6326 (*Optata Pansae ostiaria*) et 6393 (*Helena Pansae vicaria*); idem Cissus videtur esse n. 6567 (*Statilia Hilara Cissi*), eidem fortasse Cissus et Theophilus n. 6477 (*iovineae Theophili et Cissi*); idem ut videtur Heracleo n. 6543 (*T. Statilius Heracleo [S]isennae l.*), dubium num sit idem *Musaeus ostiarius* n. 6215 et 6217.

6221 (465)

DONATVS · TAVRI · GERMAN
HIC · SITVS · EST · SODALES · EI FVNVS
FECERVNT · NOM · CXXR · S CCXXV
CVRATORIBVS · MARIMO · HELICONE · DAPNO ·

Gori I p. 126, 26.
Cf. n. 6229.

6222 (441)

M · IVNIVS · VEIENTO
EX · D · D · V A · XIII
IN · FELIX · PARENTIBVS

6223 (464) epistylium marmoreum aediculae, ut videtur, altum m. 0,15, lat. 0,40. Eodem fere loco reperta sunt capita tria ex lapide Tiburtino viri et mulieris et adulescentis.

| O · PRÍMO · ET · CN · FVLV |
im| AGINES · POSVIT · ET · COLOR |

Gori I p. 137, 131; imaginem et tituli et capitum exhibet Brizio tab. 3, 18.
V. 1 nomina videntur esse scripta casu ablativo, in v. 2 extremo fuisse *color[e volentibus]* vel simile quid.

6224 (293)

SAOTIS · ACTARÎ · HÎC · OSSA
SITA SVNT
VRBANA · SOSICRATIS · VÎCAR
POSVIT·TITVLVM

Gori I p. 129, 49.

6225 (179)

EROS·LIBERTVS
AD·AEDIFICIA·

in aversa litteris pessimis:

ΓΑΙΟϹ ΟΥΕΔΟΥ ΘΙϹ
ΚΑΙΔΑ ΜΕ ΠΕΝΤΑΕΤΗ ΟΛΙΓΗ ΕΚΡΥΨΑΤΟ ΚΡΟϹϹΟϹ
ΚΑΛΛΙϹΤΟΥ ΤΑΧΕΩϹ ΑΝΤΙΑϹΑΝΤ ΑΙΔΕΩ · Ϲ
ΟΥΝΟΜΑ ΔΗ ΔΙΖΗϹΑΙ ΕΝΙ ΠΡΩΤΟΙϹΙ ΜΕΜΗϹ
M·SPES·ES·EXTERNÎS·SEMPER·COMMITTIMVS·ORÎS

Gori I p. 129 solam aversam.

Post nomen primum legitur distichon:

Παῖδά με πενταετῆ ὀλίγη ἐκρύψατο κρ[ω]σσί[ς
Κα]λλίστου ταχέως ἀντιάσαντ' Ἀίδεω.

Hexametrum qui sequitur Wilamowitzius sic constituit:

Οὔνομα δ' εἰ δίζηαι ἐπὶ πρώτοισί με ...

denique hexametrum Latinum Buecheler apud Kaibelium epigr. Graec. p. 530 n. 697*a* ita:

iam spes externis semper committimus oris.

6226 (148) in latere angusto tabulae marmoreae longae m. 0,52.

CHARITO CVSTOS·DE·AMPITHEAT *sic*

Amphitheatri a. 725 (Dio 51, 23) a T. Statilio Tauro in campo Martio aedificati ex titulis n. 6226—6228 apparet custodiam conditoris posteris hereditario iure mansisse.

6227 (146)

MENANDER · L ·
OSTIARIVS
AB·AMPHITHEATR

Gori I p. 124, 2

6228 (147)

EVENVS · CHRESTI
AVCTIANI · VICAR
DE·AMPHITEATRO *sic*
V A XXV

Gori I p. 134, 97; Fiorelli *notizie* 1876 p. 10.

Eiusdem Chresti Auctiani vicarius alter est n. 6385 et vicaria n. 6398, appellatus autem videtur a *T. Statilio Aucto dispensatore*, cf. n. 6266. Eundem Chrestum esse putat Brizio sine idonea causa *Chrestum Tauri* n. 6390 et 6402 et *T. Statilium Chrestum* tituli n. 6406, diversum recte *T. Statilium Chrestum Barbianum* n. 6561.

Praeter hunc Chrestum Auctianum reperiuntur in titulis huius monumenti servi cum agnomine a cognomine derivato hi: *Astragalus lectik. Afrianus* n. 6306; *Faustus Basian(us)* n. 6444, *Eros Boeotianus* n 6436, *Antigonus atriensis Canidianu(s)* n. 6239, *Philargyrus librarius Catullianus* n. 6315, *Teucher Hilarianus* n. 6584, *Zena Sutorianus mag. quaest.* n. 6316 et 6317 (*Anthus Zenae Sutoriani*), *Eros Philerotianus* n. 6435, *Potestas Salviana* n. 6382, *Crhesimus Teucrhianus* n. 6430 et *Eros Teuc(rianus)* n. 6281, *Donatus fullo Tironianus* n. 6287. Hos observavit iam Brizio p. 93 appellatos esse ab eiusdem familiae Statiliorum homine aliquo, cuius servi fuerint. Videtur autem eiusmodi homo non servilis condicionis fuisse sed libertinae, cf. quae adnotavimus modo et ad n. 6315. 6382. 6435. 6444. 6584.

6229 (119) FELIX · GERMAN
ARMIGER·TAVRI·F
HÎC · SITVS · EST

Gori I p. 134, 93.

Subiunximus n. 6230—6237 ceteros Germanos praeter n. 6221. — Observavit Mommsenus *Staatsrecht* 2³ p. 797 not. 7, domum Statiliam, quod haberet Germanos, usurpasse aliquid, quod more soli domui Augustae reservatum esset. Cf. n. 6375, item Sueton. Aug. 49: *dimissa manu Germanorum, quam .... inter armigeros circa se habuerat.*

6230 (455) litteris malis.

OSSA
CASTI GERM

6231 (456) CIRRATVS
GERMANVS
HÎC·SITVS·EST

Gori I p. 136, 124.

Brizio eundem putat Cirratum tituli urbani Grut. 597, 10.

6232 (457) CLEMENS
GERMANVS
HÎC·SITVS·EST

Gori I p. 137, 141.

6233 (458) NOTHÎ
GERMANVS

6234 (459) POTHVS
GERMANVS
HÎC·SITVS·EST

Gori I p. 134, 96.

6235 (460) STRENVVS
GERMANVS
V·A XXX

6236 (462) SVEBVS
GERMANVS
HÎC·SITVS·EST

6237 (461) VRBANI · GERMANI
OSSA·HIC·SITA·SVNT

6238 (266) PAMPHILVS·
ASTVRCONARIVS·

6239 (236)

ANTIGONVS
ATRIENSIS
CANDIN· *sic*

Gori I p. 129, 55.

6240 (229)

FELICI · ATRIESI
HILARVS
MAG·SVO

6241 (152)

LENTISCVS·EX·HORTEIS
ATRIENSIS

Gori I p. 137, 139.

6242 (237)

PRIMVS
ATRIESIS

6243 (245) tabella marmorea ansata.

NEO·T·STAT...
TAVRI · SER·
BALNEATOR ·

Gori I p. 134, 95.

6244 (134)

T·STATILIVS CORVIN
LIB · EPAPHRA
CALATOR · XV · VIR

6245 (246) titulus parvulus marmoreus altus m. 0,12, latus 0,12 adplicitus ad sarcophagum coctilem columellis et sertis ornatum.

EPAPHRA·
PVER
CAPSA

Gori I p. 135, 108.

6246 (204)

EROS·COCVS
POSIDIPPI · SER·
HIC · SITVS · EST

Gori I p. 134, 103.

Idem Posidippus est in titulis n. 6261. 6262. 6274 (ubi dicitur *T. Statilius Posidippus*). 6277. 6278. 6279 6410. 6415. 6426. 6475. 6476. 6479. 6493 (*Posidippi T. Statili*). 6498. 6590; in pluribus autem additur *libertus*; liberti eius dicti *T. Statilii* vel *Statilia* memorantur n. 6525. 6535. 6574.

6247 (251) litteris pulchris.

HILARO
COCO
BARBIANO

Alter Barbianus est n. 6561.

6248 (252)

NIREVS·
PHILEROTIS · L · COCI SER
VIX · ANN V

6249 (250)

Z E N A
COCVS

Gori I p. 130, 62.

6250 (182 *bis*)

S T A T I L I A E · T · L · H I L A R A E
A M A R A N T V S · C O L O R A T
PHILOLOGVS · ATRIESIS · CONIVGI · POSVER
BENE · ADQVIESCAS · HILARA · SI QVID · SAPIVNT · INFERI
TV·NOSTRI·MEMENTO·NOS NVMQVAM OBLIVISCEMVR·TVI

Gori I p. 125, 23.

Similia v. 4 sunt in titulo urbano (Bormann progr. gymn. Berol. 1871 p. 14 = Wilmanns I p. 169 n. 607 *f*) a Kiesslingio recte lecto ita: *bene adquiescas frater Aucte Tulli(i) | sei quicquam saipiunt inferi.* — Idem est *Amaranthus colorat. l.* n. 6217; dubium num sit idem n. 6391.

6251 (183) tabula marmorea fastigio ornata, ad claudendum loculum adhibita alta m. 0,52, lata 0,38.

OSSA · SITA
LICINI
COLORATORIS

6252 (267)

HIC · SITVS · EST
MILANIO COMOEDVS
CALLISTE·FECIT

Gori I p. 127, 34.

Idem nomen est n. 6452 (*Callista*), 6303 (*Caliste*), 6308 (*Callista*). Ex his titulis n. 6303 et 6308 videntur pertinere ad eandem mulierem, de reliquis incertum est.

6253 (475) litteris pessimis.

ΤΥΡΑΝΝΟС · ΚωΜωΔΟС
ЄΖΗСЄΝ · ЄΤΗ · · Ι · Ν
ΤΗС · ΕΙСЄΝ · ΦΙΛΙΗС
ΧΡΥСЄΡωС · ΚΑΙ ΠΑΙ
ΔΟС·ΑΡЄΤΗС·ΤΗΝΔЄΠΙ·ΤΩ ΜΝΗ
ΜΗС·ЄΙΝЄΚЄΘΗΚЄ ΠΑΡΟΝ

Wilamowitzius proponit intellegendum esse:

ἧς ε[ἵνεκ]εν φιλίης Χρυσέρως καὶ παιδὸς Ἀρ[η]της
τήνδ' ἐπὶ τῷ μνήμης εἵνεκ' ἔθηκε Πάρον

ut dicatur Chryseros hunc lapidem Parium posuisse propter amorem in se et in filiam Areten.

6254 (227)

ALTER · CVBICVL
DVLCISSIMVS
V·A·XIIX · OSSA·HIC·SITA
V SVNT·ASTER MAG

Sunt duo tituli sepulcrales eiusdem hominis.

6255 (228)

ALTER · CVBICVL
V·A·XVIII
ASTER MAG

6256 (108) tabula ad loculum claudendum adhibita alta m. 0,24, lata 0,34.

APTHONVS·CVB
TAVRI · PAT
os loculi

porta sepulcri hic sculpta est

6257 (121) tabella litteris pessimis ad claudendum loculum adbibita.

CLARVS CVBICVLAR
TAVRI ADVLESCENTIS

os loculi

Gori I p. 125, 21.

6258 (231) alta m. 0,30, lata 0,20.

E V T Y C H V S
CVBICVLARIVS
APHRODISIO · FRATRI
SVO· FECIT
VELARIÓ



Gori I p. 136, 128.

Instrumenta, quae Brizius diverse appellaverat, idem p. 123 Bruzzae concessit videri esse acum, cultrum, mensuram, fortasse pedis.

6259 (234)

FELICIS
CVBICVLARI
OSSA·H·S S·n

6260 (235)

GLYCONIS · CVBICLARI·
HÍC·OSSA·SITA·SVNT
DONATA · FECIT

6261 (194)

NILARIONIS
POSIDIPPÍ · CVB ·
OSSA·HÍC·SITA SVNT
VÍXIT · ANN · XX

6262 (195)

IVCVNDVS
POSIDIPPI · SER·
CVBVCVLARIVS ·
VERNA·ANNOR·XRI·

6263 (232) tabula marmorea columellis ornata, qua loculus clausus erat, alta m. 0,40, lata 0,24.

MENOPHILVS
CVBIC VIX·AN·XRX
ex loculi
PHIL | VNCT
FI

Fiorelli *notizie* 1876 p. 9.

3 est fortasse *Philocalus unctor* tituli n. 6215 vel *Philadelphus unctor* n. 6380.

6264 (109)

STATILIVS·PHILEROS
CORNELIASS
CVRICVLARIVS

Nobis probabile videtur ad eandem Philerotem pertinere titulum n. 6328 *ossa Iaculius Philerotis lib. Sisennae paedagogus* et ab eodem appellatum esse *Erotem Philerotianum* tituli n. 6435.

6265 (233)

TERES
CVBICVL

6266 (212) T·STATILI·
AVCTI·D

6267 (214) APHIA · MATER
AVCTI L
DISPENSATORIS

Fiorelli *notizie* 1876 p. 9.

6268 (213)

T · STATILIVS · EPICRATES
AVCTI·DISP·FRATER

6269 (215)

T·STATILIVS·T·L
MENA·AVCTI·FRATER
DISPENS·AN·RIIX

Fiorelli *notizie* 1876 p. 10.

6270 (449)

STATI*lia*
FAVST*a*
AVCTI · D*isp*

Titulus n. 6266 est sepulcralis T. Statili Aucti dispensatoris ipsius, n. 6267 matris eius, n. 6268. 6269 fratrum, n. 6270 coniugis ut videtur. Ab eodem videtur appellatus esse *Chrestus Auctianus* (n. 6228. 6385. 6398) et liberta eius videtur esse n 6474.

6271 (217)

CEBES
DISPE *sic*
VIX·AN·XXXV·

6272 (143)

FALERNVS
DISP
STATILIAS

6273 (138)

T·STATÍLIVS IVCVNVS *sic*
T·L DISP
OPTATVS CORVINI
Á MANV
S V·A·XXVI

C. L. Visconti *bull. arch. munic.* 1875 p. 149; Gori I p. 124, 8.

6274 (203) EROS · T·STATILI·
POSIDIPPI ·SER·
DISP

6275 (211) tabula ad claudendum loculum adhibita alta et lata m. 0,40.

HÍC · EST · ILLE · SITVS
QVI · QVALIS · AMICVS
AMICO · QVAQVE · FIDE
FVERIT·MORS EVIT·INDICIO *sic*
5 F *rosa* *os loculi* *rosa* F
rosa *tintinabulum* *tintinabulum* *rosa*
FAVSTVS·EROTIS
DISPENSATORIS · VICARIVS

Gori I p. 135, 105.

1 seqq. eidem fere versus sunt in titulo urbano (Bormann progr. gymn. Berol 1871 p. 11) *hic est ille situs, qui qualis amicus amicis quaque fide vixit, mors fuit indicium.* — 5 Brizio p. 104 recte puto legit *f(unus) f(ecit)* collatis titulis n 6221. 6486.

6276 (210) tabula ad claudendum loculum adhibita.

SVAVIS·EROTIS DISPENSATORIS·VERN
ANNOR·XII QVOIVS OSSA · HIC
SVNT *o os loculi o* SITA
corona *corona*

6277 (208)

GRATVS
POSIDIPPI
DISP

Fiorelli *notizie* 1876 p. 10.

6278 (209) tabula fastigio ornata ad claudendum loculum adhibita.

PHILEMO·POSIDIPPI·
DISPENSATOR·VIXIT·AN·II
os loculi
figura pueri

6279 (205)

STABLIO *sic*
POSIDIPPI L·
DISP·

6280 (151)

FELIX·SX
ALBANO
DIOGAES · F ·

Gori I p. 135, 111.

6281 (150)

EROS·TEVC·EX
HORTIS
SCATONIANIS

Brizio p. 59 Mommseno auctore hortos appellatos esse statuit a Vettiis Scatonibus, ex qua familia est P. Vettius Scato dux Marsorum in bello sociali et esse videtur Vettius, quem Cicero de domo 44, 116 in Marsis natum esse dicit. — V. 1 videtur esse *Teucrianus*, cf. n. 6430.

6282 (154)

HECTOSIS·EX ORTIS
OSSA·HIC·SVNT

6283 (190)

BASSVS
FAB

6284

GRATVS·FABer
H · O · | s. e.

Deest apud Brizium.

6285 (189)

ZABDA
FABER
Descripsi. Edidit Caietanus Migliore in *Effemeridi letterarie di Roma* 1774 p. 18 (inde Donati 457, 12, ex eo Orelli 325); habet praeterea Visconti cod. Paris. Lat. 9697 f. 28.
7—10 de itineribus Hadriani cogitat Migliore, approbante Orellio.

In monumento Liviae est *libr(arius)* n. 3979; librarii addita ratione sunt n. 843 *a*, 8450 *b*.

8884 in vinea nobilium de Cavaleriis ad D. Balbinae.

D · M
PRIMIGENIO·LVSTRALI
AVGG · N
ALFIA · VERECVNDINA
PATRI · PIENTISSIMO

Fabretti 326, 458 (inde Orelli 2452).

8885 tabella marmorea litteris parvis. Senae Gallicae in aedibus Baviera.

AMATIA · L · L · CALLISTE · PIA
ITVT·E PATRIA·EXIT·SVI·EAM
BREVPERARVNT MATER
BATHYLLI · CAESARIS · SER · QVI
PROXIME·MANVM·CAESARIS·EST

Descripsi ex ectypo cum Bormanno. Amati sched. Vatic. 9736 f. 57'; des Vergers *lettre de l' Ombrie et du Picenum* p. 21.
2 in. littera quarta non plane constat utrum pro T, an E habenda sit. [Fortasse: *pia it* (id est *decessit* opinor, quamquam etiam de *ita* cogitari potest), *ut e patria exit*, (id est ne in urbe quidem corrumpi se passa est): *sui eam exsuperarunt; mater Bathylli Caesaris ser(vi), qui proxime manum Caesaris est.* TH. M.]

8886 tabula marmorea. In domo Romani Casalis SAB., supra portam, addit MAZ., in campo Martio supra ostium domus Romani Casalis SMET. — In monte Aventino apud DD. de Casalibus BARB. — Apud equ. Borromino PTOL. — Apud archiepiscopum Petrensem MAB. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* Off. II).

sopra

DIS · MANIBVS
QVARTIONIS
DECVMI · AVG · LIB
EVPNEMIANI
A MANV
FIDELIS · CONLIBERTVS
FRATRI BENE
MERENTI

IN FRONTE PEDES DVO
IN AGRO PEDES DVO

Descripsi. Exhibent P. Sabinus Marc. f. 128 (inde Iucundus rec. 3 Cicogn. f. 136 et Mazochius f. 81, corrigitur in emendationibus; ex hoc Smetius 103, 6, unde Grut. 584, 8); Valerianus in Aen. 11 p. 183; Valvasson f. 62 n. 295; cod. Barberinius 30, 182 f. 70; Ptolemaeus sched. Senens. 2, 321; Spon 210 e schedis Fabretti; Marini Vatic. 9121 f. 123'.

8887 in ecclesia vulgo *S. Passera* via Portuensi in limine portae.

AIANAE · L · L · MATRI
RIANAE · SP · F · SECVNDAE SORORI
IOVIANO C·F·CLV·PROCVLO·SECVN
BLAEO · DIVI · AVGVSTI · A · MA

Descripsit de Rossi.

8888 in museo Ciampino.

LYCORIS·AVGVSTAE·LIB
OLLAM · DEDIT
PHAEDONTI·AVGVSTAE·LIB
A MANV · CONIVGI · E

Fabretti 248, 13.

8889 tabella marmorea. Ravennae in museo Classensi SPRETI; ibi adhuc extat. Urbanam indicavit BORM.

PRIMIGENIVS · NERONIS
AVG·A MANV·VIXIT·ANNIS·XI
CLAVDIA·MNEME·FILIO·FECIT
ET · SIBI · ET · EVI

Descripsit Bormann. C. Spreti *Ravenna* 1, 95 p. 222; Marini sched. Vat. 2 extr. XI ut integrum Spreti; sed videtur fuisse XX.

8890 tabula marmorea. Penes lapicidam ad Caetanos FABR., similiter PTOL. — Romae SPON. — *Appo Gio. Francesco Troiani scarpellino alla via de' Condotti* 1705 BIANCH. 353. — Apud Alexandrum Albani a. 1716 IDEM 348 — In museo Capitolino GVASCO, ubi adhuc extat.

THELYCO
EVTYCHI
ACTES · AVG · L · L
ALVMNO A MANV
VIXIT · ANN · XX

Descripsi. Ptolemaeus sched. Senens. 2, 439; Spon 210; Fabretti 125, 38; Bianchini Veron 348 f. 29', 353 f. 65; Guasco M. C. 275.
Cf. n. 8760.

Alii a manu sunt in monumento Liviae n. 3966/67. 3980. 4242. 4243, in monumento Marcellae n. 4448. 4449 (*ad manum*), et tres ex familia Augusta n. 5197.

8891 tabula marmorea. In museo Vaticano (*Gall. lap.* omne genus IV).

D · M
VLPIO · TYRANNo
AVG·LIB A MAPPIS
VIXIT · ANN · XXXII
5 VLPIA NICE PATRONO

Descripsi.

8892 in museo Vaticano FIOR., ubi adhuc extat (*Gall. lap* coniug. III).

D · m
FLAVIAE·GRAPT*es*
IMP·AVG·DOM·*itiani* a
MAPPIS · CONIV
5 ITEM·FLAVIA·AT . . . . . *de*
SE·B·M

Descripsi. *Novelle lett. Fiorentine* 1772, 678; Marini sched. Vat.

8893 in domo quondam Iulii Tamarozii MAZ., *nel rione di S. Eustachio* LIG. — In aedibus Fabii Crescentii, praecedit apud MAN. 5241 — S. l. CETERI.

C·IVLIVS·DIVI AVG·L· HILARVS
MANCEPS·HVIVS·MONIMENTI
ANTEROS · MARMOR · VEDIAN
C·IVLIVS·DIVI·AVG·L·ELAINVS

Brunelleschi f. 54; Bellievre Paris. f. 196; Mazochius f. 125; Manutius Vatic. 5241 p. 279, idem 5253 f. 379 manu ignota; Ligorius Bodl. f. 145 deletam, Neap. l 39 p. 312 (inde Panvinius Vatic. 6036 f. 43'). Ex Maz. Cittadinius Marc. p. 187, Vatic. 5253 f. 296' et Grut. 614, 10.

V. 1. do Brunelleschii, Mazochii, Manutii, Ligorii. — 1. 4 litteras extantes desumpsi ex emendationibus ms. in Mazochio Leblantii. — 1 HILARIVS Lig. — 2 MONVMENTI Brun. — 4 extr. LAVINVS ms. Metelli apud Grut.

8894 tabella marmorea. *In via Appia* LIG. — 'Apud me' VRS. — Inter monumenta Farnesiana BIANCH. — Nunc in museo Neapolitano MOMMS. FIOR.

SPINICVS · CAESAR · SER
AMYNTIAN · MEDIAST
IVLIA·NYSA·DE·SVO·FECIT

Descripsit Mommsen I. N. 6869. Ligorius Neap. l. 39 p. 293 (inde Panvinius Vatic. 6035 f. 101 et Mur. 934, 2); Ursinus ad Columellam 1 c. 9 p. 147, ed. 1587 (inde Grut. 577, 5); Bianchini *cam. sep.* p. 70 n. 14; Fiorelli catal. n. 310.

8895 via Nomentana prope S. Agnetis aedem SIRM. GVD. — S. l. FABR.

L·ARRVNTIO
SEMPRONIANO
ASCLEPIADI
IMP · DOMITIANI
5 MEDICO · T · P · I
IN FRONTE·P·XX·IN AGR·P·XX

Sirmondus Paris. suppl. Lat. 1419 n. 64 et 196; inde Reinesius ad Rupertum p. 287; ab eo et Langermanno idem inscr. 3, 11 (inde et ex Sirmondo Spon *recherches* p. 428, miscell. 145; ex illis Donati 308, 5). Item videtur pendere ex Sirmondo Gudius ms. 123, 5, ind. suppl. p. V. Habet denique Fabretti 301, 280 e schedis Barberinis, nescio quibus.

2 SEMPRONIO Gud. — 5 T·FL Reines. ad Rupert., T·F·L Gud. — 6 AG Reines. Spon. Fabr., AGE· Sirm. Gud.

8896 in claustro coenobii S. Laurentii in agro Verano.

D M
ATIMETO
MEDICO
BASILEVS
5 ET PARTHENO
PARVS
FAVSTINAE
AVG SERVI·
AB ORNAMEN
10 TIS · AMICO
BENE MERENTI
FECERVNT

Descripserunt de Rossi et Zangemeister; edidi syllog. 6331.

8897 tabula marmorea. In aedibus olim Rondininiis.

· D · M ·
CASSIO · CAESERIS · N *sic*
SERVO · MEDICO · VLPIA·
SABINA·COIVGI·B·M·FECIT·
5 ET·SIBI ET·SVIS·LIB·LIBERTA
BVSQ·POSTERISQ·EORVM·

Descripsit Reifferscheid. Marini sched. Vat et *I. A.* p. 65.

8898 cippus marmoreus. In repositis musei Laterani.

D · M
TI · CLAVDIO
ATHENODORO *sic*
AVG·L·MEDICO
5 VLPIA·IOTATE *sic*
CONIVGI

Descripsit Detlefsen.

8899 Florentiae *nella mia villa di Montughi* STROZZA; in eadem villa CETERI, ubi frustra quaesivimus.

CYRVS
LIVIAE·DRVSI·CAES
MEDICVS

Cod. Caroli Strozzaemus. Florent. f. 72' (inde Gudius ms. 846, 7); Spon *voyage* III p. 92, *recherches* p. 447, miscell. p. 142 (inde Fabretti 59, 345); Fabretti 301, 281; Gori I. E. 1, 396, 175 (inde Mur. 896, 3). Ex prioribus Orelli 653.

8900 tabula marmorea. In repositis musei Laterani.

EPITYNCHANus
IVS ANONIAE C
L· MEDICVs
IV VIXIT·ANN
M · V 5

Descripsit Detlefsen.

2 ex. fortasse fuit *C*[*aes*(*aris*) *f*(*iliae*)].

8901 in vinea cardinalis Carpensis SMET. TORR. — S. l. MAN.

a *b*
EEOS IVLIA
AVGVSTAE CONSTANS
MEDICVS V·A·XXII
SPOSIANVS

Smetius ms. Neap. p. 228 (inde, ut videtur, Panvinius Vatic. 6035 f. 104 et 120'); Torrentius Brux. f. 6; Manutius Vatic. 5253 f. 359.

In extremo *b* apud Smetium adiectus est manu alia v. 4: M·III·D·VI *a*; deest apud ceteros, etiam Panv.

8902 tabella. S. l. GRVT. — In palatio Mapheiorum WINGH.

DIS · MAN
T·FLAVIO·AVG·LIB·MAGNO
MEDICO · ET · FLAVIAE
MYRTALE·LIBERTIS
5 POSTERISQVE · EORVM

Grut. 581, 6 ex Ursinianis; Winghius Brux. 2 f. 9.

Vv. aliter divisit Grut. — 1 MA Wingh. — 4 MYRTALAE Grut. omissis iis quae sequuntur.

8903 tabella columbarii. Romae REIN. Florentiae apud Guicciardinios advecta Roma DON., olim apud Guicciardinios GORI 2, apud Corsinios MVR. errore. In aedibus Corsiniis ut videtur GORI 1 de parte tituli *b* (in museo Andreisi MVR. errore).

a

HYGINVS LIVIAE
MEDICVS

b

CALLI|TYCHE LIVIAE
SA|RCINATR

Doni Vatic. 7113 f. 59' descriptam ab Alexandro Donio (inde Fabretti 301, 282 'ex schedis Barberinis'); Reinesius 9, 76 et 77 *b* ex schedis Ligorianis a Langermanno; Gori I. E. 2, 445, 41 (inde Mur. 905, 1) ex schedis Donii. — Partem tituli *b* Gori I. E. I, 461, 28 (inde suppletam Mur. 917, 12).

a 1 HYCINVS Don. Vat., HYGINIVS Fabr. — *b* CALLILICHE·LIVIS Don. Vat. — SARCINATRIX Fabr. — Gori 1 habet TYCHE·LIVIAE | RCINATR

8904 nunc in museo Despuig in insula maiore Balearium.

D · M
STEROPS·LIVIAS·L
MEDICVS·DEC·DAT
POLYDEVCE·SVO
OLLAM·L

Descripsit Huebner. Visconti sched. Paris. 7 f. 271; Bover mss. Despuig n. 11.

8905 tabula marmorea. In museo Vaticano (*Gall. lap.* Off. 1).

COSMIAE
C·STERTINI·XENOPHONTIS
MEDICI · AVGVSTI
VIX · ANN · XVISI
BLASTVS·CONSERVOS·D·S·ET

IVLIAE
THYMELE
MATRI

Descripsi. Visconti cod. Par. Lat. 9697 f. 180.

Hirschfeld observavit C. Stertinium Xenophontem esse alterum ex Stertiniis fratribus, quos medicos Claudii Augusti vel principum ante eum fuisse tradit Plinius h. n. 29, 7 (ubi praenomen alterius fertur *Q(uintus)*), eundem autem Xenophontem, qui cum esset medicus Claudii eum veneno interemit (Tacit. ann. 12, 61. 67).

8906 urna cineraria in museo Vaticano (*Pio Cl. Gall. de' Cand.*).

DIS · MANIBVS
M · VLPI · AVG · LIB
ALCIBIADIS
M·VLPIVS·AVG·LIB
DORYPHORVS
MEDICVS

Descripsi.

8907 in domo d. Petri Astalli MAZ. — Camilli Stalli sub Capitolio SMET., infra Capitolium in quadam domo MAN., *nella casa di M. Ieronimo Stalla nella via nova Capitolina* LIG. (Bodl.), *alle radici del Capitolio nella casa della montata* ID. (Taur. 4), in aedibus Astalliorum PTOL. — *Nel museo del card. Carpense, poscia venduta* LIG. (Taur. 15) fraude. — Ad portam Gabinsam BOISS. — S. l. LIG. (Neap.) VRS. CAR.

DIS · MANIBVS
CLAVDIAE · EVTYCHIAE
CONIVGI · SANCTISSIM
BENE MERENTI · ET · Q
DOMITIO · HELICI · TI · CLAVDIVS
AVG · L · HYMENAEVS · MEDICVS
A BYBLIOTHECIS·ET·DOMITIA PANNYCHIS
SIBI · ET · SVIS · POSTERISQVE · EORVM

Mazochius f. 180, corrigitur in emendationibus; Smetius ms. Neap. p. 228, ed. 102, 11 (inde Grut. 584, 4, ex quo Orelli 2929) qui vidit; a Smetio Panvinius Vatic. 6035 f. 98'; Ligorius Bodl. f. 150', Neap. l. 39; Manutius orth. 104, 5 (inde Ligorius Taur. 4 s. v. biblyotheca, 15 f. 96, et vv. aliter divisis Taur. 26); Ursinus imag. et elog. p. 99; Boissard ms. p. 664, ed. 6, 143 parum accurate; Ptolemaeus sched. Senens. 2, 351 (inde Mur. 893, 7). Habent denique Panvinius Vatic. 6035 f. 97 in scheda singulari manu ignota, parum accurate et Caryophilus de marmoribus antiquis p. 104 (ed. Traiect. 1743) verba TI·CLAVDIVS—A BIBLIOTHECIS (inde Donati 327, 6).

V. l. do Smetii, Panvinii (98'), Ligorii, Manutii, Ptolemaei. 1 litteram extantem Smet. (ms.) Panvin. Ligor. (Bodl.) Manut. — 5. 6 TI·CLAVDIVS·AVG·L om. Smet. (ed.) cum Grut. — 6 LIB Lig. (Neap.). — 6 HYMENAEVS Lig. (Bodl.). 7 PANNYCHIS Smet. (ms.) Panv., PANNYCHIS Smet. (ed.) Lig. (Neap.) Man., PANNYCHIS Lig. (Bodl.), recte puto, PANNYCI Ptol. — 8 Q Lig. (Neap.).

8908 tabula marmorea litteris non bonis. S. l. GHEZZI. — Ex olim collectis a Fr. Blanchinio MAFF. (ibi praecedit: 'in hortis Casaliis', unde hanc tabulam quoque apud Casalios fuisse censuerunt MAR. MOMMS.). — *Presso il sig. Pagliarini* COL. FEA. — Velitris in museo Borgiano MAR. (Vat. et Arv.). — Nunc in museo Neapolitano MOMMS. FIOR.

D M
T AELIVS AMINIAS *sic*
AVG LIB · MEDICVS
AVRICVLARIVS FE
CIT SIBI ET ASII
AE LEXI CONIVGI
ET FI LS LIBVSQV·E·
POSTERISQVE
EORVM

Descripsit Mommsen I. N. 6836. Exhibent Ghezzi in exemplo Angelicano libri inscr. antiqu. basilicae S. Pauli p. 37; Maffei M. V. 275, 6; Annales ms. soc. Columbarinae 1 (1747) p. 183 (inde Donati 308, 4; inde et ex Maffeio Orelli 4227); Marini sched. Vatic.; Fea sched. p. 139 manu ignota; Fiorelli catal. n. 256. Cf. Marini Arv. 635 not. 647.

Littera L plerumque exarata est ita ut litterae I omnino similis sit. — 2 debuit esse AMINTAS. — 7 *f(iliis) l(ibertis) li(berta)busque.*

8909 cippus Tiburtino lapide SIRM. Recens (a. 1602 GRVT.) effossus via Latina SIRM. cum GRVT. — Prope collem hortulorum PIGN. — In vinea Bosii DON. BIANCH., in villa Caesarini SPON. MALVAS. — In hortis Iustinianeis FABR. errore

TIIYRIVS · TI · CAESARIS
AVG · SER · CELADIANVS
MEDICVS · OCVLARIVS
PIVS · PARENTIVM · SVORVM
VIXIT · ANNOS · XXX
HIC · SITVS · EST · IN · PERPET

Sirmond Paris. suppl. Lat. 1418, 139 (inde Grut. 1111, 6); Pignoria de servis a. 1613 p. 40 qui descripsit, cod. Lugd. Papenbr. 6 f. 100'; Donius sched. Marucell. A 293 f. 199, ed. 8, 59 (inde Mur. 957, 5); Gudius ms. 378, 2, ed. 202, 12; Spon *recherches* p. 423 (inde Donati p. 320, 2), miscell. 143; Malvasia 219; Fabretti 300, 274; Bianchini Veron. 347 f. 18, 7 qui descripsit.

1 TIRRRIVS Sirm. (Grut.) qui addit: al. TI·LVSIVS, item Gud., TI·LIRIVS Pign. (de serv.), TI·LYRIVS id. (Papenbr.), ILLYRIVS Don. Spon (*rech.*), ILLVSTRIVS Spon (misc.) Malvas. Fabr., TIIYRIVS Bianch.; estne *Thurius*? — TI·CAESAR Grut. Gud., TI·CAESARI Don., TI·CAESARIS Bianch., TI·CAESARIS ceteri. — 2 CELADIAN Don. (Mur.), CELADIAN Don. (ed.) Gud., CELADIANVS ceteri excepto Bianchinio qui habet CLAVDIANVS. — 4 om. Gud. — SVORV Don. Bianch., SVORVM ceteri. — 5 VIX·ANN Gud. — 6 H·S·E reliquis om. Gud — extr. PERPET Sirm. Grut., PERPE· Spon Malv. Fabr. Bianch., INDE . . . Don.

8910 fragmentum tabulae marmoreae. In museo Albano MVR. — In museo Capitolino GVASCO, ubi adhuc extat.

TI · CLAVD
MEDIC · O...
ARIO · VIX ...
L · COCEIA ...
SVO

Descripsi. Mur. 945, 2 'ex schedis meis'; Guasco M. C. 226.

Medici familiae Augustae alii inveniuntur n. 3983. 3984. 3985. 4450. 4451. 4452. 4689. 5197; *supra med.* n. 3982; *superpositus medicorum ex ratione patrimoni* n. 8504; *medicus domus Augustae* n. 8646, *domus Augustiane* n. 8647, *dom. Pal.* n. 8656; *ex hortis Sallustianis* n. 8671; *Livillaes medica* n. 8711, *Caesaris medico* .. [c]astrensi n. 8926; *medici chirurg.* n. 3986. 4350, *medic. ocularius* n. 3987.

8911. 8912 tabula marmorea. *Nella porta Latina* LIG. — In pavimento ecclesiae S. Ioannis ad portam Latinam, vel similiter CETERI, ubi adhuc extat.

8911

APAES IVLIAS AVG
STRVCTOR · POLLIAN
CALAMVS · CONSER · OLL · DAT

8912

OSSA
ELEGANTIS · AVG
L · MENSORIS
IVLIA · ASESCVSA
L · SIVS

Descripsit de Rossi. Ligorius Neap. l. 39; Manutius Vatic. 5241 p. 435; Achilles Statius Vallicell. f. 27 (inde Donius 7, 13 'ex adversariis Ach. Statii' solam n. 8912; ex eo Mur. 897, 10); Suaresius Vatic. 2140 f. 23 (inde, ut videtur, n. 8911 Fabretti 157, 273 'e schedis Barberinis'); Crescimbeni *S. Giovanni avanti a porta Latina* p. 102 n. 31 (inde n. 8911 Mur. 888, 3).

8913 in villa Corsina.

TI · IVLIVS · AVG · ET · AVG · L
PELAGIVS · MENSOR
SIBI · ET · SVIS ·
CISPIAE · C · L · MYCALE
C · IVLIO · C · L · ILISSO ·
C · CISPIO · Ɔ · L · OPTATO

Fabretti 380, 193.

In monumento Liviae est *Diadumenus Liviae mensor* n. 3968 et 4244, *Aug. l. tabul. mensorum aedificior.* infra n. 8933.

8914 tabula marmorea. In museo Ciampino FABR. — In museo Kircheriano BON. LVPI. Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* Off. II).

D · M
T · AELIO · EVPREPETI
AVG · LIB · DECVRIONI
MINISTRATORVM
AELIA · NICE · CO
IVGI · BENE · MEREN
TI · CVM QVO VIXIT
ANNIS · XXX · SINE
VLLA · QVERELLA

Descripsi. Fabretti 257, 81; Bonanni M. K. p. 104, 13; Lupi Vatic. 9143 f. 5.

8915 in urna cineraria eleganter ornata LIG. CIACC. MICH., in domo Marcelli Capo de ferro IVC., similiter SAB. MAZ. LIGOR. — S. l. POMP. CIACC. — Ex Italia a. 1764 a Palmerstonio patre allata in Britanniam extat Broadlands apud v. c. W. Cowper Temple.

T · FLAVIO · AVG · LIB
ONESIMO · MINISTRAT
DEC · III
DEC · FAVORIS
T · FLAVIVS · VITALIANVS
PATRI · OPTIMO

Descripsit Michaelis a. 1877. Iucundus Veron. f. 84 (inde, ut videtur, Mazochius f. 112' et Pighius Berol. f. 25 et 158); schedae Pomponii n. 108 apud Gammarum f. 67; P. Sabinus Marc. f. 163; Ligorius Neap. l. 39; Cicconius Raff. f. 94'. E Mazochio Smetius 168, 7 (inde Grut. 601, 4).

8916 tabula marmorea. In museo cardinalis Albani MVR. — In museo Capitolino GVASCO, ubi adhuc extat.

D · M ·
SATVRNINO
CAES · N · SER · MINISTRA
TORI · EX · D · IIII · FECIT
M · VIPSTANIVS · SILVANVS
AMICO · B · M

Descripsi. Mur. 215, 5 missam a Fr. Bianchinio; Guasco M. C. 283.

8917 tabula marmorea. S. l. FEA. — Apud Vescovalium AMAT. — Nunc in repositis musei Laterani.

D · M
TIMOTHEVS AVG
LIB · CRESCENTI CAES · N
SER VER MINISTRA
DEC · VI · FILIO PI
ENTISSIMO BENE
MERENTI · FECIT
Q · V A XX M VIII

Descripsi. Fea sched. p. 165; Amati Vatic. 9747 f. 15'.

8918 tabella marmorea. Apud Ficoronium FIC. MVR. SEG. — In museo Capitolino GVASCO, ubi adhuc extat.

ACIARIS
CAESARIS·AVG·L
MINISTRAT

Descripsi. Cod. Marucell. A, 6 f. 482' in schedis a Ficoronio a. 1733 ad Gorium missis (inde, aut ab eodem certe missam Mor. 883, 2); Seguier Paris. f. 231; Guasco M. C. 282; schedae Ficoronii apud Marinium Vatic. 9123 f. 2.

8919 cippus marmoreus. *Nela casa d'Alessandro Magno* LIG. (Bodl.), *et procuratore* addit IDEM (Viscont.), in vinea Alex. Magni procuratoris, via Portuensi repertum GRVT. — *Sta in una vigna dell' ab. Ballarini fuori di porta Portese vicino a Pozzo Pantaleo* GIORN. — Collocata a Dom. Passionei in secessu Tusculano PASS. — In museo Vaticano MAR., ubi extat (*Gall. lap.* Uff. 11).

corona
DIS · MANIBVS
ALYPI · IMP
AVG · SER
MINISTRATORIS
VERNAE
SPENDON · ET
HERMES · EMPTICI
DE SVO·FECERVNT
VIX · AN · XXIIII

Descripsi. Ligorius Bodl. f. 127', Visconti f. 41 manu tertia (ex Ligorio Grut. 1111, 14 a Pighio); *Giornale de' letterati di Roma* 1743 p. 378 ex litteris abbatis Ballarini (inde Zaccaria *istituzione lapidaria* p. 375); Passionei 25, 6 (inde Donati 309, 2); Marini sched. Vat.; ex Grut. et Zacc. Orelli 2812.

8920 collocata a Ben. Passionei in ipsius aedibus Forosempron. PASS., ubi frustra quaesivit Bormann.

D · M
T · FL · AVG · LIB · EVTYCHVS
APPOLLONIANVS·MINISTRAT·
FECIT · FLAVIAE · IDVSAE
CONIVGI · KARISSIMAE
CVM·QVA·VIXIT·ANNIS XXXV
ET·SIBI·ET·SVIS
POSTERISQVE·EORVM

Passionei 152, 6 (inde Donati 309, 11).

8921 tabula marmorea. Domo Latini Iuvenalis MORILL., in aedibus Gentilis vel Marii Delphinii SMET. PIGH. TORR. KNIBB. BOISS. WINGH. CIACC., nunc Altieriorum, addit PTOL. — S. l. LIG. PANV. — *Chez M. Ficoroni* SEG. FIC. — In museo Capitolino GVASCO, ubi adhuc extat.

D · M · S
PARIS · IMP · DOMITIANI
AVG · GERMANICI · SER
MINISTRATOR · SIBI · ET
CLAVDIAE · AGATHETYCHE
CONIVGI BENE · MERENTI
QVAE · VIX · ANNIS · XXI

Descrpsi. Morillon Amstel. f. 40' vv. 4 primos; Smetius ed. 106, 7 (inde Grut. 601, 5) qui vidit; ab eo Pighius Berol. f. 202; — porro Ligorius Neap. l. 39 p. 198 (inde Panvinius Vatic. 6035 f. 111'); Torrentius Brux. f. 23; Knibbius Berol. p. 3; Boissard ms. p. 265, ed. 5, 120; Winghius Brux. 2 f. 20, cui respondet Ciacconius Raff. f. 123; cod. Barberinius 30, 148 in schedis Holstenii; Ptolemaeus sched. Senens. 2, 235; Seguier Paris. f. 224'; Ficoronius in litteris datis ad Muratorium d. 14 Maii 1738 et Mutinae servatis (inde Mur. 912, 1), idem iam in schedis Gorio missis Marucell. A, 6 et in Muratorianis Mutin. olim XVIII, 224, quam apud Marinium Vatic. 9123 f. 2'; Guasco M. C. 284.

8922 tabula marmorea. In vinea card. Carpensis LIG. TORR. CITT. MAN. — In aedibus Barberiniis in repositis.

D ascia M
SVCCESSAE · CAESARIS · FEC
M·VLPIVS·AVG·L·FELIX·MINISTRATOR
CONIVGI·OPTIMAE·AC DE SE
BENE·MERITAE·CVM·QVA·
VIXIT·ANN·XXVI·ET·SIBI·
ET·SVIS·ET·LIB·LIBERTABVSQ
POSTERISQ·EORVM

Descripsit Bormann. Ligorius cod. Viscontii f. 41*b* manu tertia; Torrentius Brux. f. 2; Cittadinius Vatic. 5253 f. 287'; Manutius in cod. eodem f. 376.

Titulum integrum solus Ligorius exhibet.

8923 tabula marmorea. Via Labicana SMAM., in ianua vineae, addit MIL., similiter FABR. Ad turrim de Pignatara SPON. — In suburbano comitis Galletti GALL. — Apud Passioneium cardinalem in secessu Tusculano PASS.

D · M
ZOSIMO CAESARIS
VERNAE ·
MINISTRATORI
FECIT · DOMITIA
HYGIA · CONIVGI
SVO · B · M
· V · A · XXXV

Descripsi. Sirmond ms. Paris. suppl. Lat. 1419, 56 et 197; Martius Milesius Ferrar., ex cuius schedis Donius 7, 191 (inde Mur. 920, 3); Spon 213; Fabretti 312, 359; Galletti in schedis apud Rossium servatis; Passionei 32, 28 (inde Donati 313, 6).

Alii ministratores ex familia Augusta sunt n. 4351. 5200. 5351. 5751. 5858. 5873 et fortasse n. 6725.

8924 tabula marmorea reperta a. 1733 via Appia post turrem Casalem et columbarium libertorum Liviae FICOR. — In museo cardinalis Alexandri Albani MVR. — In museo Capitolino GVASCO, ubi adhuc extat. — Exemplum novicium a P. Sramacca in Siciliam delatum SCAM., extat Catanae apud Benedictinos.

caput muliebre (FIC.)
D M
CLAVDIAE
TYCHE
CONIVGI OPTIME
CHRYSAON CAES
N SER
A FRVMENTO MINIS
TRATORVM

Descripsi. Ficoronius in schedis Gorio missis cod. Marucell. A 6 f. 474'; Mur. 894, 3 missam a Bianchinio; Marini sched. Vat. — Exemplum novicium descripsit Mommsen et damnavit; habet Scamacca apud Gorium cod. Marucell. A 6 f. 81'

8925 in aedē S. Stephani in Caelio monte GAMM. MAZ. VAL.

D · M
COINTO · AVG · LIB · A
FRVM MINISTRAT · QVI
VIXIT·ANN·LXX·M·V D·XV
ALEXANDER · AVG · LIB
NVTRITORI SVO BENE
MERENTI POSVIT
PALLADI TAVTA

Gammarus f. 181'; Masochius f. 31, corrigitur in emendationibus (inde Smetius 105, 2 et Cittadinius Marc. p. 91 et 190). Ex Smet. Grut. 592, 9; ex Cittad. Winghius Brux. 2 f. 32 — Ciacconius Raff. f 134. Citat Valerianus ad Virg. Aen. 7 p. 127.

Vv. div. servavit Gamm. exceptis, ut vid., vv. 3 alt. — Secutus sum emendationes ad Masochium. 1 om. Maz., sed habent emendationes. — 4 VIX·ANN Gamm., V·A Maz. — 6. 7 B·M Gamm. Maz. — 7 POS Maz. — 8 TAYTA Gamm., TYTE Maz., TAVTA emend. Maz. (TAVTAE Citt. 190, TATTA Ciacc.).

8926 tabula marmorea. In repositis musei Laterani.

dis MANIBVS
...TI·A FRVMENTO
ministRATORVM·AVG
CAESARIS·MEDICA
cASTRENSI CONIVGI
fECIT ET·SIBI·POSTERISQVE SVIS

Descripsit Detlefsen.

8927 in museo Vaticano (*Gall. lap.* suppl. coniug. 1).

TI·IVLIO·AVG·L HILARO
NAVARCHO·TIBERIANO
CLAVDIA·RABILEA
VIRO · SVO

Descripsi.

8928 tabella marmorea. Apud Fabrettium FABR. — Nunc Urbini in aedibus ducalibus class. XXI.

CASPIVS
TRIERARCIVS
TI·CAESARIS·HIC
SITVS EST

Descripsit Bormann. Exhibet Fabretti 362, XIV.

8929 tabula marmorea. Effossa a. 1735 in vinea abbatis Manucardi ante portam Latinam intra muros GIORGI. — *Appresso il sig. Contoni in Roma 23 Marzo 1746* m. (loco alio). — Collocata a Passionei cardinali in secessu Tusculano PASS. — Nunc Florentiae in aedibus Rinuccini.

HELIOS·CAESARIS·TRIERARCHVS

Descripsimus Bormann ego. Exhibent Giorgi sched. Casanat. vol. XVI, duobus locis; Passionei p. 29 (inde Donati 331, 4).

8930 in vinea prope S. Sebastianum GVD., qui postea addidit: 'tabula illa superior marmorea longa palm. 3, lata 2½, char. bon., effossa ante portam Capenam primo ab Urbe miliari in veteri basilica inter vias Appiam et Ardeatinam 1640. Hodie integra extat ex duabus partibus composita in palatio Quirinali Barberinorum'. In aedibus Barberinis TET., 'n'esiste piu' SEG. — S. l. CETERI.

AELIA · CHRESTA · FECIT · SIBI
ET · P · AELIO · AVG · LIB · TROPHIMO
ITEM · T · AELIO · AVG · LIB · RABICO
NOMENCLATORI · FILIO · SVO · ET ·
DROMONI · ITEM · CRESCENTI · CAES · N · ET ·
LIBERTIS · LIBERTABVS · POSTERISQVE
EORVM · CVSTODIAM · MONVMENTI
INHABITANDI · CAVSA · FECIT · AELIA
CHRESTE · ET · POST · EXCESSVM · SVVM · IS
QVI · SVPRA · SCRIPTI · SVNT · HABITARE
IVRIS · CAVSA · RELIQVIARVM · SVORVM
ET · EVARISTI · FRATRIS
IN · FRONTE · PEDES · XXXX · IN · AGRO · PEDES · XX · ITEM
IVRIS · SIT · P · AELI · AVG · LIB · C · ALIPPI · ALVMNI
ITEM · CHARITVDIS · RELIQVIAS · PONENDAS

Cod. Barberinus 30, 92 f. 124' (inde, ut videtur, Fabretti 352, 45 'ex schedis Barberinis describente Leone Allatio') manu Moronii plumbo scriptam, et solam partem inferiorem eadem manu item plumbo scriptam cod. Barberin. 30, 136 f. 76; Tetius aed. Barberin. p. 232 (inde Seguier Paris. f 196); Gudius ms. 205, 1, ed. 190, 1.

3 T·ALIO Barb. (136), T·ÆLIO Gud. — 4 FILO... Barb. (136). — 5 extr. C·N·ET Tet. — 8 INHABITHANDI Barb (92). — 14 C·ALIPPI Barb. (92) Tet., ...ALLPP Barb. (136), ·A·L·L·P·P· Gud. (ms. prius), ..ALIPPI· idem in margine et ed.; scribendum fuit CALLIPPI. — 15 CHARITVDINIS Fabr. — RELIQVIAS Barb. (136) Tet. Gud., REL...QVIAS Barb. (92).

8931 Aquilae apud DD. de Alexandro (quae aedes saec. XVI fuerunt Accursii) MVR. — Extat adhuc in aedibus Accursianis, nunc baronis Ricci.

D M
M · AVRELIVS · AFRODISVS · AVG · LIB · *sic*
NOMENCLATOR · SE VIVO · AB ASCIA ·
FECIT · MONIMENTVM · MVRO · CIN *sic*
TVM · SIBI · ET · SVIS · ET · AVRELIAE · HEDO
NETI · CONIVGI · ET · M · AVRELIO ·
REGINO · AVG · LIB · NOMENCLATORI
AB AMMISSIONE · FILIO · DVLCISSIMO
QVI VIXIT · ANNIS · XXIIII MENSIBVS · XI
ET · LIBERTIS · LIBERTABVSQVE · POS
TERISQVE · EORVM · MONIMENTVS *sic*
IN AG · P · RV · IN F · P · X · ABANTE · LON ·
P · XIS · LATV · P · XIIS

Descripsit Dressel a. 1876. Mur. 537, 3 e schedis suis et missam ab Antinorio, *saggi dell' Accademia di Cortona* II p. 143 missam ab Antinorio. E Mur. Mommsen I. N. 6843. Cf. vol. IX n. 407*, 3.

8932 trans Tiberim in domo D. Michaelis de Rignano CAST. — Extra portam Salariam in vinea Crescentiorum MALV.

D M
M · AVRELIO
FACVNDO
NOMENCLATORI
CAESARIS · N
LICINIA FAVSTINA
CONIVGI
BENE MERENTI FECIT

Castellinius Zaratinius in additamentis ms. ad Smetiam bibl. manic. Veronens. f. 85', qui vidit; Malvasia p. 524 (inde Mur. 889, 7).

Malvas. vv. 4. 5 in unum contraxit. — 5 CES·N id.

8933 cippus forma putei in basi collocatus. In vinea Io. Poggii episcopi Tropiensis SMET. (ms.), *trovato in via Flaminia* addit LIG. (Neap.), 'Flam. Carp.' IDEM (Vatic.) errore aut fraude; in hortis Bosii sive Caesarini ad portam Flaminiam DON. (Marur.) GVD. PTOL. BIANCH. BALD., in vinea papae Iulii III PANV. 113, in villa Iulia SMET. (ed.); *vigna del sig. Tizzoni passato l'arco scuro, altra volta del Bosio, ritrovato 15 Decembre 1817* FEA. — In aedibus cardinalis Florentiae WINGH. CIACC. DON. (Vat.).

DÍS · MANIBVS
TI·CLAVDIO·IANVARIO
GRATIANO
NOMENCLAT · AVG
PATIENS · AVG · L · TABVL
MENSORVM·AEDIFICIOR
ASCANIVS·AVG·L·A CONMENT
BAT · HEREDITÁT
AMICO · BENE MERENTI

Smetius ms. Neap. p. 233, ed. 105, 12 (inde Grut. 599, 1) qui vidit; Ligorius Neap. l. 39 p. 141, Vatic. 3439 f. 145; Lipsius ms.; Winghius Brux. 2 f. 20; Ciacconius Raffaelli f. 123; Donius Vatic. 7113 f. 9, Marucell. A 293 f. 200; Gudius ad Grut. ed. 2; Ptolemaeus sched. Senens. 1, 254; Bianchini Veron. 347 f. 18; Baldani apud Marinium Vatic. 9126 f. 10; Fea sched. 220; Henzen 6329 missam Borghesio a Vescovalio. A Smetio videtur pendere Panvinius Vatic. 6035 f. 100' et 113.

4 NOMENCLATORI Smet. (ed.). — 5 PATIEVS Lig., TATIEVS Bald. — 7 COMMENT Smet. (ed.) Panvin. 113, COMMEAT Don. — 8 apicem in voce HEREDITÁT Smet. ms. Lipsius. — 9 MERENI Panv. 113.

8934 in urna cineraria rotunda marmorea. In Esquiliis prope S. Eudoxiae GRVT., in hortis Iuliani Cesarini prope vincla Petri WINGH., *a S. Pietro in vincola in casa del sig. Carlo Cremona* STEPH. — Florentiae apud Nicolinios GORI. — Nunc extat in museo Florentino. Quae tradit LIG. ea intellegenda sunt ita, ut fuerit aut in vinea Poggii, aut apud cardinalem Carpensem, et reperta aut in via Flaminia aut Appia aut Salaria NEAP., reperta in Appia VAT.

a

IANVARIO
AVG·L·GRATIANO
NOMENCLATORI

b in operculo:

OSSA
AMANDAE · ELENCHI
HAEC·VÍXIT·ANN·VIII

Descripserunt Bormann et Io. Schmidt. Ligorius Neap. l. 39 *a* p. 141 (inde Panvinius Vatic. 6035 f. 120), *b* p. 237 (inde Panvinius Vatic. 6036 f. 99 et 109'), Vatic. 3439 *a* f. 143, *b* f. 171' (inde Bartoli *sep.* tab. 106); Winghius Brux. f. 6' *a* et *b* distinctus; Grut. 1113, 7 acceptas a Milesio; Stephanonius Leid. f. 168, 3; Gori I. E. 1, 281, 8; Barbault *mon. anc.* tab. 36, cf. p. 29 solam *b*, parum accurate.

8935 in museo Vaticano (*Gall. lap.* Off. 1).

D · M
T · FL · ?IO CAL
LISTO·AVG·LIB
NOMENCLAT
PIDIA · TERMINA
LIS·CONIVGI·
BENE · MERENTI
vix. AN·LXX·

Descripsi. *Novelle Fiorentine* 1772 p. 708; Marini sched. Vat. 9724 f. 89; O. Iahn specimen epigr. p. 94 descriptam a Kellermanno.

Caesaris nomenclator est n. 4887, *Caesaris Aug. nomencl(ator)* n. 5352.

8936 in vinea Cimarra pone basilicam S. Sebastiani via Appia, nunc in aedibus Ioannis Bapt. de Rossi.

d · M
...S·AVG·LIB
*nomen*CLATOR ET
b. MERENTI...

Descripserunt de Rossi et Gatti.

8937 fragmentum tabulae magnae effossum in cubiculo coemeterii S. Alexandri in fundo Coazzo via Nomentana.

· M
O ACHILLEO AVG · LIB · NVMIN
clatori A CENSIBVS·QVI VIXIT ANNIS XXXV
FECIT PORCIA CRESCENTINA
*coniug*i·BENE MERENTI CVM QVO VIXI
a... *m*... II·D·XI·

Descripserunt de Rossi et C. L. Visconti.

8938 ara marmorea. S. l. MET. PANV. (Rom.). In domo Angeli Valarini MORILL., ad forum piscarium, addit SMET., similiter PIGH. MAN. (orth.), *ne la casa di Vallati* LIG. (Bodl. Taur.), in domo Alexandri Vallati, praecedit apud MAN. (Vatic.), *nel giardino di M. Tito di Vallata* KEIBB., *di ms. Gabriele Vallato* cet. STAT. BOISS., *in quella casa detto pescaria* VATIC. — In hortis Iustinianeis PTOL. MONTF. SEG. — Apud quadratarium quendam in platea Hispanica BRACCI. — Nunc Florentiae in aedibus Rinuccini.

DÍS · MANIBVS
TI · CLAVDI · AVG · LÍB
THALETIS · VINICIANI
NOMENCLATORIS
A CÉNSIBVS
THALLVS · ET · IANVARIA
LÍB·DE SVO·POSVERVNT
LOCO · LEGATO · AB
IVLIO·ALCIDE·COLL·EÍVS
CVÍVS · HERES · FVIT

Recognovi. Exhibent Metellus Vatic. 6037 f. 24'; Smetius ms. Neap. p. 217, ed. 105, 10 (inde Grut. 599, 4) qui vidit; a Smetio Pighius Berol. f. 158, Luzac. p. 220, Morillon Amstel. f. 50, Manutius orth. 398, 5; — porro Ligorius Bodl. f. 155, Taur. vol. 3 f. 49 s. v. Claudia et vol. 15; Panvinius Rom. p. 621; Manutius Vatic. 5241 p. 301; Keibbius Berol. p. 41; cod. Vatic. 7721 f. 68; Ach. Statius Vallicell. f. 191'; Boissard ms. p. 376, ed. 5, 27; Ptolemaeus sched. Senens. 1, 6; Montfaucon Paris. 1293 post f. 152 manu Hispani; Seguier Paris. f. 96; Bracci in litteris a. 1753 ad Lamium missis in Riccard. vol. XIII (inde *Novelle lett. Fior.* 1753 p. 52).

5 A' CÉNSIBVS et 7 SVÓ Smet. (ms.), fortasse recte.

8939 tabula marmorea. Effossa a. 1735 in vinea ab. Manucardi ante portam Latinam intra muros GIORGI. — In museo Kircheriano MAFF ODER. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* Off. 1).

D · M
POMPEIAE
DOCNIAE *sic*
IVSTVS·AVG
5 NOMENCLAT
A CENS

Descripsi. Giorgi sched. Casanat. vol. XVI; Maffei M. V. 257, 8; Oderici sched. Genuens. f. 81.

6 s nunc deperditam priores omnes.

8940 in templo D. Georgii ALC. CHOL., similiter RAMB.

D · M
AVRELIAE · PRIMITIVAE
CONIVGI · KARISSIMAE
VIVOS · FECIT · ZOSIMIANVS
5 AVG·LIBERT·NOMENCLATOR·A CENSIB
SIBI · SVISQ · LIBERTIS · LIBERTABVSQ
POSTERISQ · EORVM
H · M · H · N · S

Alciatus Fene f. 63, cui respondet Cholerus f. 97'; Rambertus Marucell. et Pat. 1. 139'.

Vv. div. incerta. — 4 KOSMANVS Alc. Chol. — 5 LIBER·NOMENCLATORI iid. — CENSIBVS Ramb. fortasse recte. — 6 LIBERIS id. Pat.

8941 fragmentum tabulae marmoris Numidici (*giallo antico*) rep. in basilica Iulia, nunc in museo Kircheriano amplificato.

a]E · ALCE · NVTRi[*x*
diuae f]AVSTINAE
quae uixit] · ANN · XXX
cum]PELO·VIRO·EIVS
5 [...]ONTI · F

Descripsimus Mau et ego.

8942 tabula marmorea. Domi Bellottii collocata in museo Vaticano a. fere 1772 NOV. GVASCO. Ibi extat (*Gall. lap.* Off. 1).

TATIA · BAVCYL[
TRIX · SEPTEM · LIB[
DIVI · VESPASIAN[
FLAVIAE · DOMITIL[
5 VESPASIANI · NEPTIS · A[
IVS·BENEFICIO·HOC·SEPHVLCRV[*m feci* *sic*
MEIS·LIBERTIS·LIBERTABVS·PO[*sterisq. eor*

Descripsi. Amaduzzi *novelle fiorentine* 1772 p. 676; Guasco *delle ornatrici* p. 81; Marini sched. Vatic. Ex apographo meo et ex ephemeride Florentina edidi suppl. ad Orellium 5423.

(Collato titulo n. 948 quem posuit ... *filia Flaviae Domitillae* [*divi Vespasi*]*ani neptis*, iam hunc ita crediderim restituendum esse: *Tatia Baucyl.* . [*nu*]*trix septem lib*[*erorum pronepotum*] *divi Vespasian*[*i, filiorum Fl. Clementis et*] *Flaviae Domitil*[*ae uxoris eius, divi*] *Vespasiani neptis a*[*ccepto loco e*]*ius beneficio hoc sephulcru*[*m* cet. Recte enim Rossius *bull. di arch. crist.* 1875 p. 68 reiecit quae ego adnotavi ad n. 948 defendens antiquam opinionem Domitillam Vespasiani neptem natam ex patre incerto, sed Flavio et ipso, et Flavia Domitilla Vespasiani filia, nupsisse consobrino suo T. Flavio Clementi. In septem his liberis fuerunt duo filii quos Domitianus successores sibi destinavit et filia ea, quae posuit inscriptionem n. 948. TH. M.]

8943 tabula marmorea. *Chez Mr Ficoroni* SEG. In museo Capitolino GVASCO, ubi adhuc extat.

VALERIA · HILARIA
NVTRIX
OCTAVIAE CAESARIS AVGVSTI
HIC · REQVIESCIT · CVM
5 TI · CLAVDIO · FRVCTO · VIRO
SVO CARISSIMO
TI·CLAVDIVS·PRIMVS·ET·TI·CLAVDIVS·ASTER
BENE MERENTIBVS · FECERVNT

Descripsi. Seguier Paris. f. 252; Mur. 918, 4 (inde Orelli 651 et 4492) missam a Ficoronio; Guasco M. C. 246.

3 est Octavia Neronis.

Est *nutrix Iuliae Germa*[*nici*] *filiae* n. 4352.

8944. 45 Florentiae apud Guicciardinios advecta ex urbe DON. — Florentiae SPON REIN. FABR. Gorii aetate iam non remanebat GORI II.

8944
NICE · LIVIAE · L
ORNATR
ARISTO·LIVIAE·L

8945
APHAREVS·IVLIAE
AVG·L·OPSON
DAT
LIVIAE · HILARAE

Donius Vatic. 7113 f. 64' descriptas ab Alexandro Donio (ex eius schedis Gori I. E. 2, 445, 40, unde Mur. 911, 3; ex utroque Orelli 2933). Habent porro n. 8944 Spon 226, qui vidit; n. 8945 Reinesius 9, 81, ex schedis Langermanni, Spon 214, Fabretti 71, 56, ex hoc Gori I. E. 1, 233, 25.

8944, 1 IRICE Spon. — 8945, 4 LIB pro HILARAE id.

8946 cippus magnus NOV., similiter GVD. In hortis Iustinianeis PRIORES. *Presso Domenico de Angelis scarpellino a piazza di Spagna* BRACCI.

DIS
MANIBVS
TAVRIONIS
OPSONATORIS
5 POPPAEAE·AVG

Gudius ms. 498, 3; Ptolemaeus sched. Senens. 1, 25 (inde Mur. 916, 10); Rupertus ad Reinesium p. 510 (inde Reinesius 9, 42) a Servio; Spon 214; Montfaucon Paris. 1293 post l. 152 manu Hispani; Seguier Paris. f. 85; Bracci in epistulis d. 10 Febr. 1753 et d. 22 Iun. 1754 ad Lamium datis bibl. Riccard. vol. XIII (inde *Novelle letterarie Fiorentine* 1753 p. 130, unde Donati 312, 6, et 1754 p. 502). A prioribus Orelli 2939.

1 DHS Rup. Montf. *Nov.* 1753, DI. *Nov.* 1754; extantem litteram t Gud. — 5 POPPAE Bracci. — AV.. Ptol. — Donati ad finem adnectit titulum huius vol. n. 1814.

Opsonatores alii familiae Augustae sunt n. 5353. 6619.

8947 urnula marmorea. In domo D. Octaviani Zeri LIPS. — In hortis Matthaeiorum SIRM. — In museo Victorii GORI. — Apud archiepiscopum Petrensem MAR. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* Off. II).

ANTONIAE·AVG·L
THALLVSAE
OPSTETRIC

Descripsi. Exhibent Lipsius ms. f. 42, auct. 41, 6 (inde Grut. 636, 5) qui vidit; Ach. Statius Vallicell. f. 82'; Sirmondus ms. Paris. suppl Lat. 1419, 129 deletam; Gori monum. lib. et serv. Liviae p. 124 ad n. 77; Marini Vatic. 9121 f. 221.

Est *Marcellae l. obstetrix* n. 4458.

8948 Florentiae apud Guicciardinios advecta ex Urbe DON., perierat aut latebat iam tempore GORII.

PRIMA LIVIÆ·OPSTETRIX ASTEROPE·MAXIMI
EPICHARIS·MAXIMI MATER

Doni Vatic. 7113 f. 69' descriptam ab Alexandro Donio. Inde Gori I. E. 2, 444, 37 (inde Mur. 913, 7).

8949 fragmentum tabulae marmoreae. In repositis musei Laterani.

*tull*I A E
*druso*E·AVG·L
S I A E
*obs*TETRIC

Descripsit Detlefsen.

8950 cippus marmoreus. In domo domini Thomae Zambeccarii SAB. — In domo Ciambelli marmorarii post Pantheon METELL., similiter PING. SMET. MORILL. LIPS., in termis Agripinis CITT., *tolto dalla via Labicana e portato nella casa di Giov. Zambeccari, ed ora nelle terme di Marco Agrippa* LIG. fraude. — *Al Vaticano in casa del card. de' Cesi* KNIBB., similiter CITT. WINGH. — In villa Albaniorum MAR. FEA, ubi adhuc servatur.

D M
SERVATO · CAESARIS · N · SER
CONTRASCRIPTORI · RATIONIS
SVMMI·CHORAGI·VIXIT·ANN·XXXIIII
MENSIBVS · VIII · DIEBVS · XII · AMICO
urceus BENE · MERENTI · FECERVNT *patera*
FORTVNATVS·POMPEIANVS·OPTATVS
AVG·LIB·ADIVTORES·PROC·RATIONIS
ORNAMENTORVM · ET · IRENAEVS
CAESARIS · VERNA · ADIVTOR
TABVLARIORVM · ET · ISIDORVS
PRIMITIVI · AVG · DISP · VICAR
RATIONIS · EIVSDEM · ET · HELIVS
VICARIVS · EIVS · DOMINO · BENE
MERENTI

Descripsit de Rossi, contulimus Bormann et ego. Exhibent P. Sabinus Marc. f. 170, Chis. f. 84' et 115' (inde tam Iucundus rec. 3 Ciongn. f. 119, ex quo Pighius Berol. f. 158 'a S. Crucis libro', quam Mazochius f. 144); Metellus ad Mazochium suum nunc Vaticanum corrigit; idem exhibet Vatic. 6039 f. 254 'P(etrus) V(arondellus) exscr. | Ludovicus Budaeus exscr. 1547'; Pingonius Taur. f. 38 a Budaeo acceptam; Smetius ed. 102, 1 (inde Grut. 579, 10) qui vidit; Morillon Amst. f. 44, 3; Ligorius Neap. l. 39 p. 104; anonymus Hispanus Chisianus f. 230'; Knibbius Berol. p. 49; Lipsius ms. f. 38 quem non contulimus (inde Pighius Berol f. 193 'ex adversariis Lipsii'); Cittadinius Marc. p. 187 vv 5 priores, Vatic. 5253 f. 283; Winghius Brux. 2 f. 3; Marini sched. Vat. et I. A. 125, 137; Fea *indic.* 102, 61; Visconti catal. 221, 100. Ex Grutero et Marinio Orelli 3209.

Vv. 7. 8 inclinatas dedi litteras ex parte certe iam aetate Sabini, ut videtur, evanidas: habet enim ET·POMPEIANVS, vix recte. Exhibent praeterea .....PITANVS Metell. Pingon., ...PANVS Metell. in margine Smet., LAMPHANVS Pigh. 193 ex Lipsio, ET·STEPHANVS Ligor. Nunc in v. 7 non superest nisi ...PEIANVS.

8951 cippus marmoreus litteris bonis effossus in villa Pellucchiorum extra portam Pincianam anno fere 1757 BRACCI ODER. VENVT. ZACC. — Apud Cavaceppiam sculptorem MAR. — In villa Torlonia HVEBN. — In villa Albania VISC., ubi adhuc extat.

corona
D M
CHRYSAORI · AVG · LIB · ADIVTORI
A COMMENTARIS · ORNAMENTORVM
urceus FILIO·PIISSIMO·QVI·VIXIT·ANN·XXVII *patera*
M·VIIII·FECERVNT
CL·APELLES·ET·CL·PRIMITIVA·PARENT
ET·SIBI
IN·F·P·X· IN·AG·P VIIII

Descripserunt Huebner et Matz, contulit Bormann. Exhibent Bracci in litteris d. 29 Ianuarii 1757 missis ad Lamium biblioth. Riccard. vol. XIII (inde *novelle letterarie Fiorentine* 1757 p. 91, ex quibus Donati 327, 7; ex Donatio Orelli 2892, corr. Kellermann apud Orellium anall. p. 39); Oderici sched. Genuens. f. 18; Venuti marmora Albana p. 38; Zaccaria *annali letterari d' Italia* t. I part. 2 p. 214; Marini in schedis Vaticanis; P. H. Visconti *catal.* p. 297 n. 170.

8952 tabella columbarii. Pisauri in aedibus Olivieriorum.

A M O E N V S
MESSALLINAE
TI·CLAVDI·CAESARIS
AB ORNAMENTIS

Descripsit Bormann. Olivieri in exemplari suo marm. Pisaur. add. p. 63; Henzen 6332 acceptam a Borghesio, cui miserat Rocchius.

8953 tabella aerea. *Trovato fra cementi gettati lungo il Tevere ... acquistata dal cardinal Stefano Borgia* NOV. — Reperta a 1778 apud Caietanum Marini OD. MAR. — *Nel museo Borgiano* CARD. — Neapoli in museo publico n. 438.

EVARISTI
ET · DROBI
MESSALLINAE
AVG·AB
ORNA... ES

Descripsit Mommsen. (Amadutius) *Novelle fiorent.* 1776 p. 139 (inde Henzen 5402); Oderici sched. Genuens. f. 29; Marini Vatic. 9116 descriptam a Zoega vv. aliter divisis; Cardinali *iscr. ant. ined.* 10; Fiorelli *catal.* 438.

8954 cippus marmoreus. In domo Francisci vel Iulii Porcari vel Porcariorum IVC. SMET. PLERIQVE; in domo Pauli de Alexis SAB.; *a monte Cavallo nel giardino di Carpi* XRIBB. *Ricorda averla letta nella vecchia casa di Giulio Porcari, vicino a S. Gio. della Pigna, ora è stata collocata nel museo Clementino in Vaticano* GVASCO. Extat ibi adhuc (*Gall. lap.* Off. 1).

candelabrum inter duas grues
aliasque distantes in folio

D · M ·
T · FL · AVG · LIB ·
PARTHENOPAEI ·
POPPEANI · EVNVCHI
AB · ORNAMENTIS ·
VIX · ANN · LXXV ·
T · FL · NICEPHORVS
LIB · PATRONO · SANC
TISSIMO · ET · PIENTIS
SEBE · MERENTI
FECIT

Descripsi. Exhibent Iucundus Veron. f. 94, Magl. f. 30; P. Sabinus Marc. f. 112' (inde Mazochius f. 91, corrigitur in emendationibus editis et ms. in libris Metelli, Podagri, Angelicano, Leblantii); Io. Bembus Monac. f. 35; Metellus ad Mazochium suum nunc Vaticanum 'P(etrus) V(arondellas) exscr.', Vatic. 6039 f. 253 'P(etrus) V(arondellus)' et 'Lud. Budaeus exscr. 1517'; Smetius ms. Neap. p. 227, ed. 101, 15 (inde Grut. 578, 9) qui vidit; a Smetio, ut videtur, Pighius Luzac. p. 222, Ligorius Neap. l. 39 p. 247, cod. Visconti f. 42; Panvinius Vatic. 6035 f. 103 bis repetitam; Morillon Amstel. f. 40. Habent porro anonymus Hispanus Chisianus f. 152'; Knibbius Berol. p. 28; Winghius Brux. 2 f. 17', cui respondet Ciacconius Raff. f. 121'; Ptolemaeus sched. Senens. 2, 224; cod. Vatic. 7721 f. 6; Seguier Paris. f. 171; Guasco *delle ornatrici* p. 15 in nota 26.

Ab ornamentis alii sunt n. 3991. 3992. 8896; *adiutor proc. ab ornamentis* n. 4228.

8955 extra urbem p. duo mil. pass. a latere S. Pauli in quadam domo.

m. ma

DIVAS · AVG · L
CNIDVS
AB ORNAM · SACERDOTALIS
C · FRVCTILIVS · C · F

Cod. Redianus f. 36 (inde Gudius ms. 924, 6, ed. 99, 2).

V. 1 divis. incerta. — Titulus at integer datur. SACERDOTALIS FRVCTILIVS C · F traditur.

8956 in vinea cardinalis Carpensis SMET., similiter PANV. STEPH. — In aedibus Farnesiis BIANCH — In museo Neapolitano MOMMS. FIOR.

a	*b*
DIOPANTHVS	M · LIVIVS
TI · CAESARIS	STEPHANIONIS
ORNATOR · GLABR	L · TYPHVS
VIXIT · ANN · XXV	

Descripsit Mommsen I. N. 6867. Exhibent Smetius ms. Neap. 227 solam *a*, ed. 101, 16 *a* et *b* (inde Grut. 578, 8, ex qua Orelli 694) qui vidit; Panvinius Vatic. 6035 f. 120; Stephanonius Leid. p. 66, 3 et *b* solam denuo p. 100; Bianchini *cam. sep.* p. 34 et 71, 24; utramque Fiorelli *catal.* 303.

8957 ara sepulcralis rep. anno 1744 in vinea canonicorum regularium S. Antonii abbatis via Salaria MARANG. — Iam in villa olim Pauluccia, nunc villae Ludovisiae adnexa, in alto posita ita, ut ne telescopio quidem adhibito satis legi possit.

DIS · MANIBVS

CLAVDIA · AVG · L
PARATA · ORNATR
IX · V · A · XXVII
TI · IVLIVS · ROMANVS
TI · CLAVDIVS · PRISCVS
NEDIMVS · AVG · SER
CONIVGES · EIVS · DE · SVO

Descripsi, ut potui. Marangoni *cose gentilesche* p. 474 (inde Donati 326, 9).

Litteras extantes descripsi ex Marangonio. — 5 P · IVLIVS Marang.

8958 tabula marmorea. In vinea nobb. de Naris ad Salariam FABR. — Apud Ciampinium nov. — *Comperata dalla casa Ciampini per l' Ecc. S. D. Alessandro Albani dec. 1715* BIANCH. — In museo Capitolino GVASCO, ubi adhuc servatur. — Catanae in museo principis Biscaris TORR. de exemplo novicio.

IVNONI
DORCADIS
IVLIAE · AVGVSTAE · L
VERNAE · CAPREENSIS
ORNATRICIS
LYCASTVS · CONLIBERTVS
ROGATOR · CONIVGI
CARISSIMAE · SIBI

Descripsi. Exhibent Fabretti 74, 74 (inde Giorgi sched. Casanat. vol. XI et Orelli 1320); schedae Bonarrotii in cod. Marucelliano A 43; Bianchini Veron. 348 f. 14 et 20; Guasco M. C. 240. — Torremuzza inscr. Sicil. p. 3, 7 edidit exemplum novicium hoc: IVNONI | DORCADIS | IVLIAEVGV | IAE VERNAECA.

4 cf. calend. Antiat. C. I. L. 1 p. 327 C pag. 3, 3: *ver. Capr.* Intellegendi sunt, at fortasse etiam n. 8409, nati Capreis in familia Augusta.

8959 tabula marmorea (urna TORR.). In aedibus Gentilis vel Marii Delfinii LIG. PANV. TORR. KNIBB. BOISS., nunc Alteriorum, addit PTOL. — In museo Capitolino GVASCO, ubi adhuc extat.

D · M ·
TI · SSPNORIDI ·
VIX · AN · XXV · M · III · D · XI ·
DOMITIAE ·
DOMITIANI ·
ORNATRICI ·
THEOPOMPVS
CONIVGI · SVAE

Descripsi. Ligorius Neap. l. 39 p. 139 (inde Panvinius Vatic. 6035 f. 106'); Torrentius Brux. f. 24; Knibbius Berol. p. 3 (inde Grut. 579, 4); Boissard ms. p. 257, ed. 5, 112; Cittadinius Marc. p. 106, Vatic. 5253 f. 188'; Ptolemaeus sched. Senens. 2, 223; Bianchini Veron. 348 f. 8, 4; Mur. 979, 9 missam a Ciampinio; Guasco M. C. 241, *delle ornatrici* p. 80 n. XII (cf. p. 61); Marini sched. Vat.

8960 fragmentum tabulae marmoreae. Romae SPON. errore. — Roma Florentiam avecta a Carolo Strozzio BARB., *nella mia villa di Montughi* STROZZA. In eadem villa GORI et adhuc.

...IVI ...
ORNATRIX
... ANN · XXII
... MES CONSERVOS

Descripsi Cod. Barberinius 30, 182 f. 123 missam Bouchardo, ut videtur, a Carolo Strozza; cod. Caroli Strozzae Flor. f. 69, 157 (inde Gudius ms. 851, 2); Gudius ms. 311, 5, ed. 364, 6 et ind. XLIX parum accurate; Spon 226; Gori I. E. 1, 390, 152.

4 ERMES priores omnes.

Ornatrices aliae familiae Augustae sunt n. 3993. 3994. 4717. 5539. 8879. 8880. 8945 et fortasse n. 8977 (*puerorum Caes. n.*).

8961 *'en el templo de S. Ioanino de padres mercenarios descalços espanoles'* MONTF. Romae MVR.

TIB · CLA
PHILARGyRO
SCRIBAE·OSTIARIOR
VIXIT ANN ....
FECIT
CLAVDIA NEMESIS
CONIVGI BENE
MERENTI

Montfaucon cod. Paris. 1293 f. 170 manu anonymi Hispani; inde Mur. 945, 6 missam a Bimardo.

2 PHYLARGIRO Montf., PHILARGYRO corr. Mur. — 4 hiatum non indicat Montf.

8962 apud Leonardum Augustinum GVD. PTOL. — In museo Kempiano KEMP. — In museo Britannico nunc extat. — S. l. BARB. SPON.

T·FLAVIVS·AVG·L·ACRABA
DECVRIO·OSTIARIORVM
FECIT · SIBI · ET
HADRIAE · ACRABILLAE
VIX·ANN·VII·MENS·VIII·D·XVII·H·X·ET
PROVINCIAE · VIXIT
ANNIS · XVIIII
PATER·FILIABVS·BENE·MERENTIBVS·ET
LIBERTIS·LIBERTABVSQ·POSTERISQ·EORVM
IN·FR·P·X · IN·AGR·P·VIII

Descripsit Huebner. Cod. Barberinius 30, 136 f. 105; Gudius ms. 387, 1; Ptolemaeus sched. Senens. 2, 377 (citat Mur. ad 901, 4); Spon 214; Monum. vetust. Kempiana p. 42 n. 28 (inde Mur. 901, 4 missam a Thomassino de Mazaugues).

8963 tabella marmorea reperta in vinea Fortunati inter vias Nomentanam et Tiburtinam sita, nunc in villa Wolkonsky.

a	*b*
EVTORIA·	EROS·
Ↄ·LIBERTA·	AVGVSTI·
LEPIDA	OSTIÁRIVS

Descripsi, contulit Zangemeister.

b de apice supra litteram A non plane constat.

8964 tabella ex urbe advecta, Florentiae apud Guicciardinios DON.

MACARIA·LIVIAE | HILARVS·LIVIAE OS...
VRBAN

Doni Vatic. 7113 f. 69' descriptam ab Alexandro Donio: ex schedis Donii Gori I. E. 2, 446, 44 (inde Mur. 910, 4).

Gori om. LIVIAE post MACARIA.

8965 in museo Vaticano (*Gall. lap.* Off. 11).

HALOTVS
EX·PAEDAGOGIO·CAESARIS·V·A·XII·
PHLEGON
EX·PAEDAGOGIO·CAESARIS·V·A·XIIII

Descripsi.

8966 Romae apud Ficoronium FIC. — Veronae in museo MAFF., ubi adhuc extat.

D · M
HELENO·AVG·
VERNAE · EX·
PAEDAGOGIO·
P·V·A·XVI·

Descripsit Mommsen. Ficoronius in schedis Gorio missis a. 1733 cod. Marucell. A 6 f. 475; Maffei M. V. 134, 5 (inde Orelli 2942); Mur. 904, 2 missam a Ficoronio; cod. Paris. suppl. gr. 382 f. 305.

8967 tabella columbarii reperta in vinea Fortunati inter vias Nomentanam et Tiburtinam sita HENZEN. Nunc in aedibus Camuccini.

HYBLAEVS · ET · ISMENVS
fratres·DE·PAEDAGOG·RAMI·TI·CAESARIS

Descripsimus Bormann et ego.

8968 urna marmorea. Romae SPON. Roma avecta Florentiam a Carolo Strozzio BARB *Nella mia villa di Montughi* STROZZA, in eadem villa LVPI GORI et adhuc.

D · M
T · AELIO · AVG · LIB
PEREGRINO · PAEDA
GOGO PVERORVM·FEC
AELIA·NICE·PATRONO
B · M

Descripsi. Cod. Barberinius 30, 182 f. 123 (inde Fabretti 475, 128); cod. Caroli Strozzae mus. Florent. f. 60', 63 (inde Gudius ms. 831, 6); Gudius ms. 303, 3; Spon 228; Lupi Vatic. 9143 f. 34'; Gori I. pi 1, 364, 103 (inde Mur. 885, 3).

8969 tabula marmorea. Reperta in vinea Moronia ad viam Appiam, extabat apud Ficoronium VIGN.; apud Ficoronium BIANCH. FICOR. SEGVIER. SCARFÒ. — In museo Capitolino GVASCO, ubi adhuc extat.

TI · CLAVDIO · AVG · L · EVTYCHO
PAEDAG · PVERORVM
TI · CLAVDIVS · AVG · L · EVNETES
FRATRI·SVO·ET·T·FLAVIVS·AVG·L·
VENVSTVS · AB · AVRO · POTORIO
PAEDAGOGO · SVO · FECERVNT

Descripsi. Vignoli col. Antonini 209 (inde Mur. 895, 2); Bianchini Veron. 347 f. 3 anno 1706; Ficoronius in schedis Gorio missis Marucell. A 6 f. 508' n. 162, item in litteris d. 14 Maii 1738 ad Muratorium datis Mutinaeque servatis; Seguier Paris. f. 238; Scarfò *lettera* p. 117; Guasco M. C. 329.

8970 tabula, ut videtur, marmorea. In S. Maria *della corte* sub Capitolio SMET. PIGH. LIG. GRVT., sub Capitolio PANV. — S. l. VRS

D · M
T·FLAVIO·AVG·LIB·GANYMEDI
PAEDAGOGO·PVERORVM
CAES·N·FEC·VLPIA·HELPIS
CONIVGI·OPTIMO·B·M·ET
LIB·LIBERTABVSQVE·EVIS·

Smetius ms. Neap. p. 230; ab eo Pighius Berol. f. 145, Luzac. p. 226, Ligorius Neap. l. 39, Panvinius Vatic. 6035 f. 114'; porro Ursinus imag. et elog. p. 93 (inde Grut. 585, 7).

v. 1 om. Lig. Grut. — 2 GANIMEDI Lig. — 3 PEDAGOGO Lig. Panv. — 5 OPTIM· Panvin. Urs. Grut. — 6 in. SIB· praemittit Lig. — Q idem.

8971 in domo Ludovici Viterbiensis

D · M
FLAVI · STEPHANI
PAEDAGOG · PVEROR
IMP · TITI · CAESARIS

Servavit P. Sabinus Marc. f. 170': ex eo Iucundus rec. 3 Cicogn. f. 120' (inde Grut. 1111, 8 'e Pighianis' quae videntur fluxisse e codice cardinalis S. Crucis).

Vv. div. incerta. — V. 1 om. Grut. — 2 PAEDAG Grut.

8972 *rinvenuta dal pittore Niccola La-Piccola non a molto nella tenuta di Salone spettante al capitolo di S. Maria Maggiore a destra della via Prenestina fuori di porta Maggiore e da lui regalata all' abate di Costanzo per il suo museo nel chiostro del monastero di S. Paolo* AMAD. Ibi adhuc.

S·AVG·LIB·NARCISSVS
NATIONE·PARTHVS·PAEDAGOGVS
*puero*RVM IMP·ET · PAPAS GALERIAE
aug. liber.AE · LYSISTRATES · CONCVBINAE
DIVI PII
*condi*TORIVM·FVNDI PAELIGNIANI·
*vetu*STATE·DILAPSVM·A·SOLO·IMPENSA
sua RESTITVIT
*ma*CERIAM·A·FVNDAMENTIS·EXSTRV
xit et CIRCVMDEDIT

Contulerunt de Rossi et Nissen. Exhibent Amaduzzi *Novelle lett. Fiorent.* 1786, 185 (inde ego *bull. dell' inst.* 1853 p. 49 et in vol. III Orellii n. 5466); Marini Vatic. 9120 f. 258; Nicolai *basilica di S. Paolo* p. 164, 272.

4 *Augustae*, sc. *Anniae Galeriae Faustinae* senioris uxoris Pii, cuius concubina Lysistrate haec fuit; cf. Capitol. vit. M. Aurel. 1. — Potest fuisse 1 in. *T. Aelius*, 6 *conditorium* vel, quod proposuit Amaduzzi l. c., *adparatorium*, 9 *idem*.

8973 in museo Veronensi MAFF. Ibi adhuc extat n. 515. — In catalogo non refertur nisi titulus Hermetis diciturque venisse ex valle Anaunia, falso omnino

a

D · M
ONESATI CAES
M·SER PAEDAGO
GO PVERORVM
FECIT · ANNIA
ETRATONICE
CONIVGI · B · M ·

b

D M
T F HERMES
AVG · LIB ·
A SVPERLECTI
LE · P · CAE · N
F·FORTVNATA
LIB·PAT·B·M·

Descripsit Mommsen. Maffei M. V. n 134, 3 (inde Orelli 2939), b 130, 2 (inde Orelli 2957); solam b Tommaselli p. 189.
b 5 intellege p(uerorum) Cae(saris) n(ostri).

8974 Florentiae *nella mia villa di Montughi* STROZZA. — Anno 1862 frustra quaesivi.

paedAGOGVS
pVAERORVM
CAESARIS·N
bENEMERENTI·FECI

Cod. Caroli Strozzae mss. Flor. f. 72'; inde Gudius ms. 845, 9, ed. 201, 8.
2 VEROVM Gud. ed.

8975 fragmentum tabulae marmoreae. In repositis musei Laterani.

VER · Q · I
paeDAGOGVS
puerORVM

Descripsit Detlefsen.

8976 tabula marmorea. Romae MVR. — Apud Passioneium cardinalem in Tusculano PASS. — Florentiae in aedibus Rinuccini.

D · M
T · FLAVIO
ANICETO · SVB
PEDAGOGO
PVERORVM
CAES·N·V·A·LX

laterculi duo non scripti

L. Licinius | M. f. Pol. Nepos, | cuius de vita merito | pote nemo queri. Qui negotiando locupletem | se speravit esse futurum; | spe deceptus erat et a mult|is, bene meritus, amicis. | Hanc casulam in parv|o fecit supremi temporis | sedem maiori cura | quam inpensa potuit. | Diis parentibus suis | hunc lapidem posuit | supremum remoto loco, | suptus quem factum est | ut remanerent ossa | et cineres C(ai) fratris, et | sua ube requiescerent, | et per quem testari posset, | quam laboriose et non | secure vixserit. Qui vivos | multis in futurum su[p]rem|a hospitia donavit amicis, | cuius in hospitio requiesc[ere]nt, multis gratis, | et amicis; quos rogat ut, quod eis superat, suis | donent gratis, ne vendan|t. Vitent homines avaros, auda|ces, monumentorum | sacril[e]gos, per quos | decessis numquam | requiescere licet. | — Dis manibus sacrum. | Homo, violare noli, si te | moriturum putas. | P(edes) q(uadrati) XII.

9660 fragmenta tabulae marmoreae. In monasterio S. Pauli MANVT., *nel portico*, addit CITT., *nel portico a destra* MARG. Iam non reliquum est nisi fragmentum *a* in claustro coenobii servatum.

a *b*

D M
Q · MARCIVS | *D* · *ECVRIALIS*
NEGOTIATOR · C*oll*|*I* · *PECVARI*
SIBI · ET · SVIS · V*iv*|*VS* · *FECIT* · *ET*
LIBERTIS · LI*berta*|*BVSQVE*
POSTERIS *que eorum*
H · M · H · N · S · *vel d. m. a*

Partem superstitem *a* descripsit Zangemeister, contulimus Nissen ego. Exhibent *a* et *b* separata Manutius Vatic. 5241 p. 170 et Margarini cod. S. Pauli p. 276; coniuncta et interpolata Cittadinius Marc. p. 153 parum accurate, Vatic. 5253 f. 240 (inde Donius 9, 13 'ex schedis Manutii' et Malvasia 456 'e schedis Vaticanis'); item coniunctas Margarini inscriptiones bas. S. Pauli n. 489 (inde Nicolai *bas. di S. Paolo* p. 121, 146); Fabretti 86, 157, ex quo Orelli 4114 fere a Margarinio pendens; — *a* Marini sched. Vat. adiecta *b* ex Marg. — Ex Malv. ac Donio Mur. 528, 2.

Inclinatis dedi partem deperditam. — 1 M non habet nisi Man. Marg. ed. Fabr. — 2*b* in. *s* solus Man. Inter MARCIVS et DECVRIALIS Marg. (ed.) inserit ITALICVS, quod in codice posuit tamquam v. 1 fragmenti *b*; idem Don. (additum ut videtur a Gorio) Fabr., om. Man. et Cittad. — 3 C| superest; C|....|II·PECVARI Manut.; C|....|IPECVARI Marg. (cod.), omisit C idem (ed.). F.I·PECVARI Fabr., quod Orelli supplevit in *f*[*or*]*i*; COLLEGI PECVARIORVM Citt. (Vatic.) qui in Marciano exhibet DECVRICRVM. — 4 VIVVS Citt. — extr. ET om. Marg. — 5 supplementa indicat Citt., in textum recipiunt Don. et Malv. — 6 POSTERISQVE Citt. Marc., POSTERISQ Citt. Vat. — 7 H M.....NS Fabr.

9661 tabula marmorea reperta in coemeterio D. Agnetis.

VLPIO · EVTYCHETI NEGOTIANTI
CAS · FR · VLPIA SECVNDINA CONIVGI
ET FILI VLPIVS SECVNDINVS ET VL
PIA IVLIA ET VLPIA SECVNDINA ET
VLPIVS IVSTVS PARENTI DVLCISSI
MO COMPARAVERVNT ET SIVI ET SVIS ET
LIBERTIS LIBERTABVSQVE *poste*
RISQVE EORVM QVO*rum me*
MORIA

Henzen 5079 ex schedis Borghesii cui miserat Iosephus Marchi.

2 *cas*(*trorum*) *fr*(*umentariorum*).

9662 urna cineraria. In palatio Camilli de Maximis patriarchae Hierosolymitani GVD., in aedibus marchionis de Maximis PTOL., in hortis card. Maximi MONTF. — Nunc in castello Clumber villa ducis Newcastle prope Worksop MATZ.

M · CARDICI | CARDICIA
FAVSTI | SYNTYCHE
NEGOTIATOR | CONLIBERTA
DE SACRA VIA

Contulit Matz. Gudius ms. 597, 1, ed. 212, 5; Ptolemaeus sched. Senens. 2, 178 (inde Mur. 942, 3); Spon. 226; Montfaucon Paris. 1293 f. 160 manu Hispani.

9663 tabula marmorea bene scripta MOMMS. Effossa in coemeterio S. Callisti BOLD. — In museo Veronensi, empta a Fr. Bianchinio MVS. TORN., similiter MAFF., ubi adhuc servatur.

a

D M
IN · HOC · TVMVLO IACET · CORPVS · EX · ANIMIS
CVIVS SPIRITVS · INTER · DEOS · RECEPTVS · EST
SIC · ENIM · MERVIT · L · STATIVS · ONESIMVS
VIAE · APPIAE · MVLTORVM · ANNORVM · NEGOTIAS *sic*
HONO · SVPER · OMNES · FIDELISSIMVS ·
CVIVS · FAMA · IN · AETERNO · NOTA · EST ·
QVI · VIXIT · SINE MACVLA · AN · P · M · LXVIII ·
STATIA · CRESCENTINA · COIVX ·
MARITO · DIGNISSIMO · ET · MERITO
CVM · QVO · VIXIT · CVM · BONA · CONCORDIA ·
SINE · ALTERITRVM · ANIMI · LESIONEM · *sic*
BENE · MERENTI · FECIT

b in aversa:

ASELLOS CVI BIXIT
ANNIS XXXX DIES X
VII KAL · IN PACE

a descripsit Mommsen; exhibent Maffei M. V. 134, 6; Muselli; Tommaselli p. 183; *a, b* Boldetti *cimiteri* p. 455 (inde Mur. 278, 7) et Ghezzi in exemplo Angelicano libri inscr. ant. bas. S. Pauli p. 52.

9664 tabula marmorea. *In casa di Messer Baptista di Palino apresso a S. Martinello* RAVN., similiter MAZ., apud Pallonios VAL.; in domo Hortensii (Ioh. Baptistae *ed.*) Palini ad plateam Iudaeorum ANET., similiter PIGH. MORILL. PINO. LIG. (Neap.); ad D. Petri in domo Hortensii Palini MAN. (orth.) errore; *nella casa di M. Hortensio et di M. Petro Palini* LIG. (Taur.), *a piazza S. Croce in casa degli Altieri* MAN. (Vatic.), *in quella casa diretta Pescaria*, scil. Angeli V. VATIC., apud Pallonios VAL. — In ecclesia S. Mariae in via lata prope apostolos ALC. errore. — Ad S. Petrum CAST.

a *b*

D M
L · LEPIDIVS · L · L · IS · HERMES
NEGOTIATOR · ARRARIVS · ET
FERRARIVS · SVB AED|E · FORTVNAE
AD · LACVM · AR|ETIS · ET
OBELLIA · TH|REPTE
FECERVN|T
L · LEPIDIO · L · F · PAL · HERMEROTI
QVI · VIXIT · ANNIS · VIII · MENSE · I · DIEBVS · XXII · ET
LEPIDIAE · L · F · LVCILLAE
QVAE · VIXIT · ANNIS · V · DIEBVS · VIIII ·
FILIS · DVLCISSIMIS · ET · PIISSIMIS · SIBI · SE · ET
LIB · LIBERTABVSQVE · POSTERISQVE · EORVM
HAEC · TABER · CVM AEDIF · HVIVS · MONVM · TVTELA · EST ·
H · M · SIVE AEDIFICIVM · QVOD · EST · HEREDEM NON · SEQVET

Exhibent Brunelleschi f. 66'; Mazochius f. 116, corrigitur in emendationibus; Valerianus in Virgil. ecl. 1 vers. 6 p. 7 ed. 1529 verba prima; Alciatus Fenc f. 122' (inde, ut videtur, Ciacconius cod. Oliv. f. 96); Metellus ad Mazochium suum nunc Vaticanum; Smetius ms. Neap. p. 222 omisso fragmento *b*, ed. 100, 6 (inde Grut. 640, 2) qui vidit; Pighius Berol. f. 120 imaginem; Morillon Amstel. f. 50'; Pingonius Taur. f. 39 omisso fr. *b*; Ligorius Neap. l. 39; cod. Viscontii f. 21 *b* omisso fr. *b*; Manutius Vatic. 5253 f. 382 sola verba prima; idem orth. 548, 9 (inde nonnullis mutatis Ligorius Taur. 10 s. v. Lepidia, et, ut videtur, Castalio de ant. puer. praen. p. 13); cod. Vatic. 7721 f. 75' omisso *b*.

Dedi exemplum Pighii, adiecta v. l. Metelli, Smetii (ms.), Morillonii, Ligorii (Neap.), Manutii (orth.). — 1 om. Lig. Man. — 2 ante LIB om. L Lig. — 3 NEGOCIATOR Smet. Morill. — 4 AED Lig. — 5 ET om. Lig. Mor. — 6 OBELLIAS·CH Smet. — 8 HERMERORI Man. errore typothetae. — 9 QVI Smet. — VIXIT Metell., VIXIT Smet. Mor. — MENSES Lig., MESE Mor. — 10 L·L Man. — 11 QVE Mor. — VIXIT Smet. — VIII Man. — 12 FILIS Metell. — 13 LIBERTIS idem. — 14 TVBER idem. — CVM Morill. — 15 HAEREDEM Morill. — Litteras extantes non notavi nisi ex Smetio.

9665 in domo archiepiscopi Tranensis in Agone ABERT., ad Agonem in aedibus cardinalis Sarraceni MAN., *piazza Nagona casa di Statio Iacobacci* LIG. (Taur.), in aedibus privatis prope Sapientiam LIPS.; apud M. Aemilianum in Agone BOISS. (inde GRVT.)

TI · CLAVDIVS · TI · FIL
NOR · AQVILA · NEGOTI
ANS · FERRARIVS · HOC · MO
NVMENTVM · SE · VIVVS · SIBI · ET
AELIAE · VICTORINAE · CONIVGI
SVAE · ITEM · SVIS · POSTERISQVE
EORVM · COMPARAVIT

Smetius ms. Neap. p. 222; a Smetio, ut videtur, Pighius Luzac p. 217 et Panvinius Vatic. 6035 f. 142; — porro Ligorius Neap. l. 39 p. 183 (inde, ut videtur, Panvinius Vatic. 6035 f. 144; item citat Winghius Brux. 2 f. 82'), Taur. 17 s. v. Horatia; Manutius Vatic. 5241 p. 114, orth. 548, 3; Lipsius ms. f. 37, auct. p. 47; Boissard ms. p. 187, ed. 4, 149; ex Lipsio et Boiss. Grut. 640, 4.

D·M praemittit Ligor. cum Panv. 144 Boiss. Grut. — 4 S·ET Boiss. — 5 AELIA Smet. — COIVGI Lig. cum Panv. 144 Lips. Grut. — 6 SVAE om. Lips., cum Grut.

9666 n. 1.

DIS · MANIBVS
TVLLIO · FELICI
NEGOTIATORI
FERRARIO

Cod. Redianus f. 30 et Iucundus rec. 3 Cicogn. f. 143 (inde Piccart n. 92, ex quo Reinesius 11, 26).

9667 in museo Carpineo.

D M
P · IVVENTIVS · SVCCES
SVS · NEGOTIAS · CORI
ARIORVM . . . .

Fabretti 720, 418.

9668 in hortis ad aquam Virginem GRVT. — In vinea Bosii sive Caesarina DON. PTOL.

M · THORANIO · EVHEMERO
NEGOTIATORI
foramen rotundum
FRVMENTARIO
Q · PACCIVS · QVIETVS · FECIT

Grut. 622, 6 acceptam ab Ursino et Castalione; Donius sched. Marucell. A, 293 f. 199; Ptolemaeus sched. Senens. 1, 267; cf. Fabretti emend.

1 M om. Don. — TI·NORANIO Ptol. — EVPHEMERO Grut. — 4 Q. om. Ptol. — PACIVS idem.

9669 in villa seu vinea Michael Angeli Guameili.

DIS MANIBVS
. . *NE* MERCATI
*negoti*ATORI LANARIO
FECIT
. . LICINIVS CELER
FILIVS
PATRI PIENTISSIMO

Suaresius Vatic. 9140 f. 181.

1, 2 inclinatis dedi quae subducta linea in codice scripta sunt.

9670 tabula marmorea apud Gaidium antiquarium FORC. — Nunc in aedibus Castellani in vestibulo.

D M
T · IVLIVS · SECV*ndus negoti*
ATOR · LINTIARIV*s*
MANIVS SE VIVO *fecit sibi et*
IVLIAE · MARTIN*ae coniugi et*
T · IVLIO · CATIO · ET · T *iulio*
SILVANO · FILIIS VIVI*s*
LIBERTIS · LIBERT*abusque*
POSTERISQVE *eorum*

Descripserunt Forcella et Bormann.

9671 ara marmorea reperta in vinea Cremaschi ad viam Latinam VISC., anno 1844 AVLL. — Nunc in museo Laterano AVLL. HENZ., ubi adhuc servatur.

Bacchus
cum Maenade, Satyro, Pane,
Sileno
C · CLODIVS · C · L · EVPHEMVS
NEGOTIATOR · PENORIS
ET · VINORVM
urceus DE · VELABRO · A · IIII · SCARIS *patera*
ARAM · POSVIT · SIBI
CONSECRAVIT
DEDICAVITQVE
LIBERISQVE · SVIS
POSTERISQVE · EORVM

Descripsimus Michaelis et ego. P. E. Visconti *giorn. arcad.* 1845, 103 p. 207, *atti d. accad. Rom. d' archeol.* XIII p. 257; ipse in *bull. dell' inst.* 1849 p. 57 (inde Orelli suppl. 5087).

4 cf. *aquam cernentem IIII scaros* in Notitia et Curioso urbis reg. VIII, ed. Iordan p. 553.

9672 tabula marmorea. *Ne' fondamenti del nuovo convento degli Zoccolanti spagnuoli a SS. Quaranta* GALLETT.; '*essendo stata in questi giorni* (a. 1744) *diroccata l' antica chiesa de' SS. Quaranta martiri nella regione di Trastevere per ergersi di nuovo, sotto il pavimento d' essa fu ritrovato altro pavimento più antico ed in esso collocata*' cet. MAR. — In museo collegii Romani MAFF. OD. — In museo Vaticano (*Gall. lap.* Off. 1).

D M
M · LICINIO · MOS*cho*
NEGOTIANTI · PERFICA
RIO · ET · CORNELIAE *proclae*
CONIVGI · POMPO*nius*
OLYMPVS · FRATER · *et · filius*
MENVS · SOTAS · ZO*simus*
LIBERTI · ET · HER*edes · fecerunt*

Descripsi partem superstitem. *Giornale de' letterati* III p. 4 p. 236, 8; Marangoni *cose gentilesche* p. 488 descriptum a P. Casimiro; Maffei M. V. 320, 5 missam a Contuccio; Oderici sched. Genuens. I. 57.

Inclinatis dedi partem deperditam. — 7 ZOZIMVS *giorn.* — 8 ex. L addit unus Oder.

9673 cippus marmoreus effossus, sed mente solo rursus sepultus prope locum cui nomen est *la Pignatara* AVLL.

DIS · MAN
Q · FARIO
THEOGONO
PIGMENTARIO
NEGOTIANTI · ESQVILIS
ISDEM · AD · STATVAM
PLANCI
FARIA · NOBILIS
PATRONO · OPTIMO · ET
INDVLGENTISSIMO
BENE MERENTI
DE · SE · PIISSIMO
FECIT
ET · SIBI

Matranga in *bull. dell' inst.* 1850 p. 178, 15 (inde Orelli suppl. 5080) cf. p. 185; Borghesi op. VIII p. 35 descriptam a. Marchio a. fere 1846.

9674 in labro oblongo marmoreo SMET. S. I. FLOR. In horto cardinalis Agenensis MAZ. — In campo Florae in hospitio Solis ALC., similiter AP. AMEND. MS. AD MAZ. PIGH.; ad theatrum Pompeii in diversorio Solis SMET. (ms.)' ad campum Florae, addit IDEM (ed.), ad theatrum Pompeii MAN., *nell' osteria di Caffarelli all' anfiteatro di Pompeo* LIG. (Neap.), *nelle rovine del teatro di Pompeio nella casa dell' Ursini* ID. (*Taur.*). — 'Vidi nuper in hortis palatii quod divi Augustini templo proximum est' VAL.

D · M · S
M · AVR · EVRETO · CONIVGI
CARISSIMO · QVI · V · ANN · LXVIII
M · VIII · SEPTIMIA · FELICISSIMA
VXOR · ET · M · AVR · EVRETVS · ET
SEPTIMIA · EVRESIS · ET · AVR · PV
DENTIANVS · FILI · CARISSIMO
NEGOTIANTI · PVLLARIO
PATRI · P · M · P

Cod. musei Florentini 7a f. 22a parum accurate; Mazochius f. 84 correctus in emendationibus; Valerianus in Aen. lib. 4, 271 p. 97 ed. 1529 solus v. 8. 9; Apianus 302, 7 (inde Lazius c. r. R. p. 1062 l. 12 c. 4) parum accurate; Alciatus Fese f. 154; Accursius ad Apianum bibl. Ambrosianae; emendationes ms. ad exempla Mazochii varia; Smetius ms. Neap. p. 222, ed. 100, 5 (inde Grut. 647, 5) qui vidit; a Smetio Panvinius Vatic. 6035 f. 139', Pighius Luzac. p. 256, Manutius orth. 549, 4 (inde Ligorius Taur. 3 f. 170); Ligorius Neap. l. 39.

1 om. Alc., D·M Lig. (Neap.). — 2 AVRELIO Alc. Smet. (ms.) cum Panv. Pigh. Man. — 3 ANN Lig. Panv. — 5 VXO Alc. — 6 EVRESIA Alc. Maz. (non corrigitur) Lig. (Neap.) — 7 SIBI · CARISSIMO Smet. (ms.) cum Panv. Pigh. Man. — 8 NEGOTIATORI Alc., NEGOCIANTI Smet. (ms. ed.) Man. Panv. — 9 PATR Alc. Lig. (Neap.). — P om. Alc.

9675 in domo D. Pauli Coronatii SAB., Pauli de Plancia reg. Harenulae MAZ. — Apud Ottinum FABR. — *In via Labicana, ... S. Marcello* LIG. fraude.

a
HIC
L·ARLENVR·L·L
DEMETRIVS
NAT·CILIX
NEGOTIAT·SAGAR

b
SITI
ARLENA·L·L
RVFA
CONIVNX

c
SVNT
L·ARLENVR·L·L
ARTEMIDORVS
NAT·PAPHLAGO
MERCATOR·SAGARIVS

HELENVS ET NICE LIBERTI·D

Exhibent P. Sabinus Marc. f. 173 et Fabretti 495, 189 qui vidit. Ex illo Iucundus rec. 3 Cicogn. f. 120' et Masochius f. 104', non vidit auctor emendationum (inde Apianus 273, 1, ex quo Lazius c. r. R. p. 307); item Ligorius Taur. 15 f. 119 et Grut. 650, 2).

Proposuimus exemplum Fabrettii. — *a* 5 NEGOT·SAGARIVS Sab. — *b* 4 CONIVX id (recte Iuc. Maz. cet.). — *c* 4 PAFLAGO Maz. — 6 HELINVS Sab. (corr. Lig.) — ET CE idem; ET NICE Fabr.

9676 tabula marmorea *In S. Polo tempo fa trovato* MARVC. 77, *ritr. a Sipone* (?) *poco tempo fa* COD., effossa in agro Romano, hodie Romae ad S. Pauli GORI, in coenobio S. Pauli MAR. NIC., ubi adhuc extat.

D · M
TI · CLAVDIVS · DOCIMVS
FECIT SIBI·ET SVIS LIBERTIS
LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE · EORVM·
NEGOTIANS·SALSAMENTARIVS
ET VINARIARIVS MAVRARIVS

Contulit Zangemeister. Fr. Vettorius in litteris d. 2 Aug. 1749 Gorio missis cod. Marucell. A 62 f. 215, denuo eam memorat litt. d. 23 Aug. 1749 ibi f. 212 (inde, ut videtur, cod. Marucell. A. 77 Gorii, manu ignota; Annal. ms. societatis columb. XV 1749 p. 15; Gori symbol. litt. Flor. 5 p. 21; ex his Donati p. 315, 10 et Orelli 4249); Marini Vatic. 9120 f. 276; Nicolai *basilica di S. Paolo* p. 77, 40.

9677 in domo Ioannis Zampolini SVE. HAR. MAZ., similiter AMBR.; in domo Andreae Cavaglieri ad casapum Florae SMET. (erat domus olim Ciampolinorum; cf. Grut. 244, 2).

D · M
P · CLODIVS · ATHENIO
NEGOTIANS · SALARIVS
QQ · CORPORIS · NEGOTIANTIVM
MALACITANORVM·ET
ECANTIA · SVCCESSA · CONIVNXS · EIVS
VIVI · FECERVNT · SIBI · ET · LIBERIS · SVIS · ET
LIBERTIS·LIBERTABVSQVE·SVIS·POSTERISQVE·EORVM
IN FRONTE·P·XIII IN AGRO·P·XII

Iucundus Veron. f. 83', Magl. f. 9; P. Sabinus Marc. f. 175'; cod. Ambrosianus A 55 inf. f. 44'; Bellievre Paris. f. 188'; Masochius f. 107' (inde Smetius 100, 7, ex quo Grut. 647, 1), corrigitur in emendationibus.

Vv. divisionem videtur servasse Ambros. — 2 P om. Bell. — 6 SCCANTIA Bell. — CONIVNXS solus Ambr., CONIVNX Iuc. Sab. Bell. — 7 EIS Bell. — EVIS om. Iuc. — 8 SVIS POSTERISQVE om. Sab. (Marc.).

Μάλακα ..... ταριχείας ἔχει μεγάλας; Strab. 3 p. 156 C.

9678 iuxta S. Chrysogonum SAB. — *In Trastevere andando a Ripa in sulla strada corrente* STAT.

. . . .
coniugi
SANCTISSIMAE
M·AVRELIVS·FLAVIVS
NEGOTIANS·SIRICARIVS
VIVOS·FECIT·ET·SIBI

Exhibent Sabinus Marc. f. 118', Ottobon. f. 25 et Ach. Statius Vallicell. f. 107'. Ex Sabino Iucundus rec. 3 Cicogn. f. 53' (inde Piccart 288, ex quo Reinesius 11, 25; — item Pighius Berol. f. 25 'e S. Crucis libro') et Gori xenia 2, 76; ex Statio Donius 8, 85 'ex advers. Ach. Statii'.

Vv. div. incerta. — 1 om. Stat. — 3 NEGOTIANVS Sab. (Marc.), ... TIANS Stat. (ATIANVS Don.) — SERICARIVS Sab. (Marc.) — 4 VIVOS om. Sab. (Ott.) — ET om. Sab. (Marc.) — FECIT·ET om. Stat.

9679 in templo prope ripam SAB. In S. Mariae *del horto* MAZ.

D · M
C·MESSI·EVNOMI SEN
NEG·VIN·V·A·LXXXX
FECERVNT·CCC·MESSI
TRYPHON·NYMPHIDIVS
PHILOCALVS
PATRONO · OPTIMO

P. Sabinus Marc. f. 153', Ottob. f. 47'. Inde Iucundus rec. 3 Cicogn. f. 119' et Masochius f. 152', non vidit auctor emendationum; ex Masochio Grut. 645, 11.

Vv. div. incerta. — 2 EVNONI Maz. errore typothetae. — SER correxit Grut. male; intellege *sen(ioris)*. — 5 TRIPHON Sab. — NYMPHIVS Sab. Ott. (Iuc., NIMPHIVS Maz.).

9680 in Coliseo.

VIVS PRIMITIVOR
negotians S · VINARIVS FECIT
PROCVLO FILIO SVO ET
PLVEIADI CONIVGI SVAE
e O EVMPHORO ET EIC·CLAVDIO
NO FILIO EIVS ET LIBERTIS LIB
. . . .

Sirmond Paris. suppl. Lat. 1419, 112.

9681 in epistylio magno marmoreo litteris optimis in museo Vaticano (*Gall. lap.* Off. 1).

VS · ET · ZOZON · NEGOTIANTES · VINARI · ARDEM · MEM *oriae*
QVO·ET·TABERNA·ET·HORTVLVM·MACERIA·CINCTVM·IVGERA·P·M·DVA·VIVI
QVE·ET·LIBERTIS·LIBERTABVSQVE·POSTERISQVE·EORVM

Descripsi. Marini *Arv.* 48; Visconti sched. Paris. 7 f. 77.

2 in. fortasse fuisse *reli*]*quo* coniecit Mommsen.

9682 tabula marmorea litteris bonis in museo Vaticano (*Gall. lap.* Off. I).

L · SCRIBONIO IANVARIO
NEGOTIANTI VINARIO
ITEM·NAVICVLARIO·CVR
CORPORIS MARIS HADRIATICI
L·SCRIBONIVS FESTIVVS
FRATER · ET
M · MANLIVS CALLICARPVS
SOCER · FECERVNT
ET·LIB·LIBERTAB·SCRIBONI·POSTERISQVE·EORVM

Descripsi.

9683 cippus marmoreus. In villa Monciatti via Ostiensi NVB. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* Off. 1).

DIIS · MANIBVS
ABVDIAE · M · LIB
MEGISTE · PIISSIMAE · FEC
M · ABVDIVS · LVMINARIS
PATRONVS · IDEMQVE
CONIVX · BENE MERENTI
NEGOTIATRICI · FRVMENTARIAE
ET LEGVMENARIA · AB SCALA
MEDIANA · SIBI · ET LIBERTIS
LIBERTABVSQVE POSTERISQ
ET · M · ABVDIO SATVRNINO
FILIO · TRIB · ESQ · SENIORVM
VIXIT · ANNIS · VIII

Descripsi. Mur. 935, 3 missam a Ginannio Benedictino (inde Orelli 3093).

9684 in coemeterio vulgo Calliati, id est Domitillae sub praedio Tor Marancia.

in margine superiore loculi:

DE BIA NOBA

in margine inferiore:

POLLECLA QVE ORDEV BENDET DE BIA NOBA

Bosius *Roma sott.* p. 214; ex eo Aringhi 1 p. 521 et Reinesius 20, 378. Videtur esse *quae hordeum vendit de via nova.*

9685 anaglyphum magnum marmoreum. In vinea Iustinianea NRL. In museo Iustinianeo IVST. WINCK. — In villa Albaniorum MAR. ZOEGA. IAHN. — Nunc in museo Transtiberino principis Torloniae.

sculpta est taberna negotiatricis ... Vergilii Aen. 1, 607 seq.:

DVM MONTIBVS VMBRE LVSTRABVNT
CONVEXA POLVS DVM SIDERA PASCET SEMPER HONOS NOMENQ
TVVM LAVDESQVE MANEBVNT

Descripsit de Rossi. M. Milesius cod. Ferrar. solum v. 1; Marini *I. A.* 144, 150; Winckelmann *Gesch. d. Kunst* 1, 1 not. 601 (ed. Fernow vol. III p. 388); Zoëga *bassir.* 1 tab. 27 imaginem; Fea p. 111, 68; Iahn *Ber. d. Sächs. Ges. d. W.* 1861 tab. 13, 2, cf. p. 364 seq. imaginem. Omisso carmine solam imaginem *Galleria Giustiniani* II tab. 112.

9686 tabula marmorea in museo Laterano.

in margine superiore:

... AE · CORSICA

Descripserunt Michaelis et Schoene. Anaglyphum edidit O. Iahn *Berichte der S. Gesellsch.* 1861 tab. XIII, 5 p. 367; descriptum est apud Benndorfium et Schoenium Lateran. p. 208, 340.

Mercatores sunt in titulis n. 9628—9633 et ad hos allatis; *negotiantes* aut *negotiatores* alii n. 367. 3574. 3687. 5197; *boari huius loci* n. 1035; *frumentari* n. 814; *ole[ari] ex Baetica* n. 1625 *b*; *vascularii* n. 1065; *vinarius* n. 712, cf. n. 9627; *vini supernat. et Arimin.* n. 1101; *collegium negotiantium cellarum vinariarum* n. 8826; *negotiatio fabaria* n. 18.

9687 tabella columbarii reperta in via Appia, deinde apud Guidum antiquarium VISC. Nunc in aedibus Castellaniis in vestibulo.

PRIMIGENIA
VIX · ANN · XXII
ABASCANTVS · NOMENCLAT
..ARIAE · ET · CONIVGI
..E · MERENTI · FECIT

Descripsit Bormann. C. L. Visconti *giorn. arcad.* 1856, 144, 44 p. 61.

9688 tabella marmorea. In repositis musei Laterani.

SOPHRO · V · AN · VI
ABASCANTVS · NOMENC
VERNAE · SVO

Descripsi.

9689 lapis vetustissimus oblongus CIACC., *marmo di Carrara* WINGH. Rep. in vinea domini de Martelle 1592 vetere via Nomentana apud muros WINGH., similiter CIACC.; extra urbem via Nomentana in ipso opere et structione dum esset, Ioannes Macharius vidit, nos a. 1595 erutam atque invectam in urbem ad montem Pincium apud lapicidam vidimus CAST. In via Appia GVD.

C · EGNATIVS · C · L · PROTVMVS
C · EGNATIVS · C · L · DIOMEDES
C · EGNATIVS · C · L · EVRIPVS
NOMENCVLATOR
ATTIAE · Ɔ · L · HERMIONE
Q · OBVLCIVS · Q · Q · L · ANDRONICVS

Exhibent Gudius ms. 1271, 4 inter Ligorianas; Winghius Brux 2 inter f. 45 *d* et 47; Ciacconius Max. f. 44'; Sirmond Paris. 1419, 452; Castalio observ. dec. VII cap. II p. 239; Gruterus 630, 4 'e schedis Schotti et Castalionis'.

Praemittit titulo sigla D M Gud. — 1 C · EG ......C · L Cast. cum Grut. — 5 HERMIONAE Wingh.

9690 s. l.

MORPHE · ORNA..
VIXS AN · XIX
FELIX · NOMENCL · CONIV..
LIBENS · ET · MERITAE

P. Sabinus Ottob. f. 141'.

Vv. dir. incerta. — 1 ORNA, 3 CONIV hiatibus non indicatis traduntur.

9691 cippus marmoreus in museo Vaticano NOV., ubi adhuc extat (*Gall. lap.* Off. 11).

D · M
M · FLAVIO
MOSCHO · NV
MVNCLATORI
MVNATIA · MAXI
MA · VXOR · ET · MV
NATIVS · MAXIMVS
FILIVS · BENEMEREN
TI · FECERVNT
V · ANNIS · LV

Descripsi. Exhibent *Novelle letterarie fiorentine* 1772 p. 678; acta academiae pontif. archaeol. II p. 103; Iahn specimen epigr. p. 93 (inde et ex actis acad. pontif. Henzen 6546).

9692 tabula marmorea originis urbanae. In museo Veronensi MAFF. et adhuc

OSSA
M · PVPI · M · L ·
BBONI ·
NOMENC · HIC ·
SITA · SVNT ·
ARBVSCVLA
CONCVB · EIVS · FEC

Descripsit Mommsen. Maffei M. V. 133, 9 (inde Orelli 2875); cod. Paris. suppl. gr. 382 f 306.

9693 s. l. POMP. SAB. LIL. DON. — Romae HED. LOLL. — Prope Reate REIN.

D · M
QVID · SIBI · VOLT · QVAERIS · TELLVS · CONGESTA · VIATOR
OSSIBVS · HIC · VXOR · MISCVIT · OSSA · MEIS
NOBILIS · EVPHROSINE · FACILIS · FORMOSA · PVELLA
DOCTA · OPVLENTA · PIA CASTA PVDICA · PROBA
FORTVNAM · MIRARE · MEAM VERVM · EXITVS · HIC · EST
OMNIA · MECVM · VNO · HOC · COMPOSVI · TVMVLO
I · NVNC ET · QVICQVAM · VOTIS · MELIORIBVS · OPTA
ABSVMET · TECVM · SINGVLA · SARCOPHAGVS
HERMODORO · PARAGNIO · ET
EVPHROSYNAE · PARAGNIAE · LIB
CARISSIMIS · HERMODORVS · PRAE
TORII · NOMENCVLATOR · POS
H · M · H · N · S

Solus videtur servasse Pomponius in schedis n. 152 apud Gammarum f. 75. Ab eo P. Sabinus Chis. f. 126, cui respondet Sieder Mut. f. 30'; Lilius Helmst. f. 80' (ex exemplo Vaticano 5238 Fabretti 200, 490 et, ut videtur, Reinesius 18, 22 'e Langerm.'); Lollius Mut. p. 12 (inde et ex Siedero Mur. 956, 1, qui loco Siederi Bellonium citat); Donius Vatic. 7113 f. 7, Barberin. f. 253. Habent denique Burmann anth. 4, 215 et Meyer 1323.

Vv. divisio incerta. — 2 VVLT Loll. Don. Reines. — 4 EVFRONIE Gamm., sed cf. v. 11, EVFRONIA Lil. Rein., EVPHROSINAE Sab., EVPHROSINE Loll. Don. — vv. 5 et 6 transposuit Sab. — 6 MIRERE Loll. — 7 HOC om. Loll. — 8 QVIDQVID Sab., QVIDQVAM Sied., QVICQVE Loll. — 9 ABSVMAT Don., ABSVMIT Rein. — 10 PARAGINIO Sab. Sied. Loll. Don. — 11 EVFROSINE Gamm., EVFROSINAE Lil., EVPHROSINAE Sab. Sied. Don., EVPHROSINE Loll., EVFRONIAE Rein. Fabr. — PARAGNIE Gamm., PARAGINIAE Sab. Sied. Loll. Don. — 11. 12 LIB · CARISSIMIS om. Loll. — 12. 13 PRETORII Gamm. Lil., PRAETORIVS Rein. — 13 NOMENCLATOR Don. — POSVIT Lil. Rein.

Quid sibi volt, quaeris, tellus congesta, viator:
ossibus hic uxor miscuit ossa meis,
nobilis Euphrosyne, facilis, formosa puella,
docta, opulenta, pia, casta, pudica, proba.
Fortunam mirare meam, verum exitus hic est:
omnia mecum uno hoc composui tumulo.
I nunc et quicquam votis melioribus opta
Absumet tecum singula sarcophagus

[Quod olim dixi (mus. Rhen. vol. 6 p. 3) nullum esse praetorium nomenclatorem (cuius habuimus alterum exemplum supra n. 1968 condemnatum), id adhuc verum videtur, cum praesertim Hermodorus hic nomenclator praetorii nuncupetur. Crediderim autem Laetum pro sua temeritate hic posuisse *praetorii*, ubi fuerit nomen quoddam, exempli causa PASTORI. Nam *Paragniae* et *Paragnio*, modo recte excepta sint, signa omnino sunt, non gentilicia. TH. M.]

9694 fragmentum tabulae marmoreae rep. in Esquilino prope S. Eusebii LANC., nunc in tabulario Capitolino in repositis.

L · POBLICius
BIBVLI · L · HErmes
NOMENCLAtor

Descripsit Schmidt. Lanciani *bull. arch. comun.* 1875 p 260, 6 et 1877 p. 38.

2 est vir eiusdem domus, ad quam pertinet celeber titulus *C. Poplicio L. f. Bibulo aed. pl.* cet. (n. 1319 = vol. I n. 635).

9695 in repositis musei Lateranl. reperta, ut nuper dixit custos musei, in aedificandis aedibus appellatis *la fabbrica de' tabacchi*. Idem antea dixerat Ostiensem.

DIS · MANIB
MESOPES
PRIMIGENIVS
NOMENCLATOR
CONIVGI
KARISSIMAE

Descripserunt Bormann et Dessau.

9696 tabella marmorea. S. l. GORI. — Florentiae in museo Mediceo GORI, ubi adhuc extat class. XI.

P · RVTILIVS · LVPI · L · EROS
NOMENCLATOR

Contulimus Bormann et ego. Cod. Barberinus 29, 148 in schedis Holstenii; Gori I. E. 1, 44, 76 (inde Mur. 975, 5).

1 LVPI · L · EROS Barb., LVPI · EROS Gori. Littera E videtur excidisse errore quadratarii. — [Patronus potest fuisse praetor a. 705. TH. M.]

9697 tabella marmorea. In museo Vaticano (*Gall. lap.* Off. 11).

L · SCRIBONIVS
STATIVS · NOMENCLAT
SCRIBONIA · RHODINE · FECIT

Descripsi. Visconti Paris. 7 f. 77; idem Paris. Lat. 9697 f. 178 conexam cum titulo *L. Scribonius Himer | Libonis. l | Dama* cet.; Marini sched. Vat. 9124 f. 81.

9698 tabula marmorea. Museo Kircheriano donata a Ficoronio FIC., nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* Off. 11).

M · SEIVS · M · F · POM
NOMENCLAT

Descripsi. Ficoronius in litteris d. 3 Aug. 1740 datis ad Muratorium, qui ed. 2046, 2.

9699 Trebiis in aedibus Valentiorum ALIGH. (Valentini DON., Valentine MVR. errore).

OSSA SITA SVNT
SYNEROTIS · C CALVI STOLONIS
NOMENCLATORIS

Alighieri *antichità Valentine* p. 113; inde Donius 7, 141 (ex eo Mur. 979, 5, unde Masdeu 6, 416, 1178).

2 Hirschfeld probabiliter coniecit eundem esse amicum Varronis quem hic memorat de re rust. 1, 2, 9 *C. Licinium Stolonem* eaden reuire et indicat originem ducere a C. Licinio Calvo Stolone latore legum.

9700 tabella columbarii. A. 1733 apud Ficoronium, effossa a. 1733 ad S. Cesarei FIC. MARVC. 6, in principio viarum Appiae et Latinae COMO, apud Ficoronium FIC. MARVC. 62 SEG. — Florentiae dono Ficoronii in museo Gorii GORI, cf. infra. Veronae in museo MAFF., ubi adhuc extat.

TYRANNVS
NOMENCLAT
POTITI MESSALLAE

Descripsit Mommsen. Ficoronius in schedis Gorio missis cod. Marucell. A, 6 f. 476', in schedis aliis apud Marinium Vatic. 9123 f. 2', item in litteris d. 23 Ianuarii 1738 ad Gorium datis cod. Marucell. A, 62 f. 11 quibus se ei largiturum promittit (inde Gori I. E. 3, 31, 37); I. M. Como in litteris d. 15 Sept. 1733 ad Muratorium datis et Mutinae adhuc servatis (inde, ut videtur, Mur. 981, 6); Seguier Paris. f. 223; Maffei M. V. 133, 8.

[Potitus Messalla videtur intellegi consul suffectus a. 722. TH. M.]

9701 tabella marmorea (arnula SMET. errore). In templo S. Mariae in via SMET. PANV. PIGH. MORILL., fixa parieti prope gradus cubiculi patris Octavii (sc. Pantagathi) TORR. — In antiquo meo lapide MAN. — In hortis Matthaeiorum PTOL. — Florentiae apud Guicciardinios DON. — In hortis Corsiniorum GORI, ubi adhuc extat.

L · VOLVSENVS
MAXIMVS
NOMENCLAT
H S E

Descripsi. Smetius ms. Neap. p. 217, ed. 97, 8 (inde Grut. 630, 2) qui vidit; ab eo, ut videtur, Panvinius Vatic. 6035 f. 142' et minus accurate f. 147, item Pighius Berol. f. 158 'a Martino'; — porro Morillon Amstel. f. 50; Manutius Vatic. 5237 f. 181', schol. in Caes. (b. civ. III) ad p. 403 (f. 647'); Donius Vatic. 7113 f. 63' descriptam ab Alexandro Donio; Ptolemaeus sched. Senens. 2, 20; Gori I. E. 1, 136, 23 (inde Mur. 984, 3).

9702 in basilica S. Pauli via Ostiensi in pavimento (*nella nave del pozzo dalla 20ᵃ colonna sino alla fine*).

GRAT
nomENCLAtor
O B M

Margarini cod. S. Pauli p. 153.

Fortasse est idem Gratianus titulorum n. 8933. 8934.

9703 fragmentum tabulae marmoreae. In repositis musei Laterani.

nomenCLATORI
XXV

Descripsi.

Nomenclatores Aug(usti) lib(erti) sunt n. 8930—8936, *a censibus* n. 8937—8940, *nomenclatores* alii inveniuntur n. 740. 1074. 4455. 6071. 8602.

9704 in S. Pauli in pavimento.

hic rEQVIESCIT ANDREAS NOTAR· QVI VIXIT
pl. m. aNN·XXV·DEPOSITVS IN PACE SVB DIE
. . . . T VENANTIO VC CONS *a. 508*

SAIJANIN

Margarini ms f. 152', ed. n 304 (inde Mur. 412, 1 et Nicolai *bas. di S. Paolo* 226, 638).

Est *ser(vus) not(arius) et act(or)* n. 9130.

9705 tabula coemeterialis. Apud ab. Tojetti lipsanophylacem MAR. Nunc extat in sacello domus olim Tojetti nunc Fondi, in oppido *Rocca di papa*, eo translata a supradicto lipsanophylace.

D M
ERMETI NOTARIO·MVSE
QVI VIXIT AN XXVII·

Descripsit de Rossi. Habet Marini Vatic.

9706 reperta in coemeterio Priscillae anno 1803 ACT. MAR. — Extat nunc in museo Laterano e museo Vaticano translata.

AVR · VENERANDO · NVMul*o*
locus QVI VIXIT · ANN · XXXV·
et vas ATILIA · VALENTINA · FECIT·
MARITO BENE MERENTI·IN PACE

Descripsit de Rossi. Exhibent acta Lipsanothecae III; Marini *papiri* p. 332 (inde Iahn spec. epigr. p. 144).

9707 cippus marmoreus. In domo Cafarellorum SAB. (D. Prosperi de Capharelis IVC.). — In domo d. Iacobi de Alberinis MAZ., Alberinorum SMET. (ms.), similiter MET. PIGH. MANVT (orth.), Tiberii Arberini MAN. (Vatic.), *appresso di ms. Bruto de la Valle* addit STAT., in horto domus Alberinorum SMET. (ed.), ad hospitale Flandrinum, addit MORILL. — In sedibus privatis LIGOR. — *Nella vigna del sig. Gregorio Amani fuori di porta Pinciana dietro la vigna Borghese nell' n. 1639* BARB. — Extat in museo Vaticano (*Gall. lap.* intranti a sin.).

DIS · MANIB
M · CORNELIO
urceus SVRODO *patera*
NVMVLARIO
· CLAVDIA
CRANE CONIVGI
BENEMERENTI FECIT

Descripsi. Exhibent P. Sabinus Marc. f 140 (inde Iucundus rec. 3 Cicogn f. 20); Mazochius f. 132', corrigitur in emendationibus; Metellus ad Mazochiam suum 'exscr. L(udovicus) B(udaeus) et Mart(inus)', Vatic. 6039 f. 260' 'exscr. P. Varondellus 1547'; Smetius ms. Neap. p. 221, ed. 99, 3 (inde Grut. 637, 6) qui vidit; a Smetio Panvinius Vatic. 6035 f. 145; — porro Pighius Berol. f. 151; Morillon Amstel. f. 51; Manutius orth. 552, 3 (inde Ligorius Taur. 3 f. 50 s. v. Claudia), Vatic. 5253 f. 360'; Ach. Statius Vallicell. f. 76; Boissard ms. p. 87, ed. 3, 131; cod. Barberinius 31, 26 (adnotavit Bouchard). Ex Grut. Orelli 4255.

9708 Romae in hortis Corsiniis a. 1763.

C·VB·SERENVS·C·F
COL · NIGER
NVMMVLARIVS

Cantini *iscr. d. ecc. colomb* 1 p. 146; *Novelle Fiorentine* 1763 p. 353.

1 cogitavit de *V[e]serens* Mommsenus.

9709 extra portam S. Pauli in quadam parva ecclesia, ubi nunc est taberna IVC., similiter MAZ. 168. (S. Salvatoris dicit Sabin. ad titulum Clodiae Speratae Grut. 677, 11). — In domo d. Ioannis Galli scriptoris penitentiariae SAB. — In domo privata iuxta S. Laurentium in Damaso EMET. 125. — S. l. MAN.

T · FLAVIVS · GENETHLIVS
NVMMVL · DE BASILICA · IVLIA
NATIONE · EESS · SIBI · ET · CONIVGI
LIBERIS · LIBERT · LIBERTABVSQVE
DEINCEPS·DE·DOM SVA·DESCENDENTIB
VIVVS · FECIT
HIC · IN · III · STABVL · AGITAVIT · NVMQ

Iucundus Veron. f. 7, Magl. f. 31 et P. Sabinus Marc. f. 101. Ex Iuc. Lilius Helmst. f. 132', Mazochius f. 168, Apianus 237, 1; ex Sabino Mazochius f. 97 (inde Smetius 152, 2°, ex quo Grut. 340, 1). Habent Accursius ad Apianum bibl. Ambrosianae, fortasse ex Sabino; Metellus ad Mazochium suum, ex Iucundo, ut videtur; Manutius orth. 552, 4 nescio unde.

Vv. divisio incerta. — V. 1. sabionxi Iucundi bis Sabini Manutii. — D M praemittit solus Maz. 97. — 1 TFLAVIVS Iuc., TFLAVTNIVS Man. — GENETLIVS Man. — 2 NVMVLARIVS Man. — D pro DE Sab. — 4 LIBERTIS Sab. Man. — LIBERTABVSQ Sab. — 5 POSTERISQ ante DEINCEPS inserit Maz. 168. — DOMO SVA DESCENDENTIBVS Sab. Man. — 6. 7 POSVIT (pro VIVVS·FECIT) H·M·H·N·S Man.

9710 cippus marmoreus CHIS. In aedibus d. Octaviani Zeri.

D M
VLPIAE
ATHENAIDI
T · FLAVIVE
GENETHLIVS
NVMMVLARIVS
TVTORIAE
BENE
MERENTI
FECIT

Anonymus Hispanus Chisianus f. 81'; Lipsius ms. f. 42, auct. 52, 6 (inde Grut. 637, 7) qui vidit.
10 om. Lips.

9711 cippus marmoreus. Repertus prope mausoleum Helenae MATR. Nunc in museo Laterano.

D M
L·MARCI·FORTVNATI
NVMMVLARI·
DE·BASILICA·IVLIA·
QVI VIXIT ANN·XL·
II · MENS · III · DIEB·
XVIII · FECIT · MAR
CIA · ZOE · CONIV
G I · B · M ·
CVM · QVO · VIX
ANN · XXIIII

Descripsit Michaelis. Ed. Matranga *bull. dell' inst.* 1850 p. 178 (inde Henzen 5092).

9712 fragmentum tabulae marmoreae. Apud Guidium antiquarium GATTI; nunc in museo Kircheriano amplificato.

M
T A N T
N V M M[ularius]
DE BA[silica]

Descripsimus Gatti et ego.

9713 s. l. SIRM. — In aedibus Columnensibus VAL. VIGN.

... SALVIO · M · L · SECVNDO
[nu]MMVLARIO · DE CIRCO
FLAMINIO
[Salvi]A·M·L·PHAEDIME·PATRON
[illegible]BVIS · QVE

Sirmond ms. Paris. suppl. Lat. 1419, 193 et 214; Valesius cod. capit. S. Petri cred. XIV T, 40 f. 365; Vignoli col. Ant. p. 341 (inde Mur. 975, 8 supplementis in textum receptis; ex eo Orelli 4256).

9714 tabula marmorea effossa, ut videtur, in via Latina, apud Arduinium antiquarium ROSS. Nunc in repositis musei Laterani.

C·SVLPICIVS·C·L·BATTARA
NVMVLARIVS·A·MERCVRIO
SOBRIO·ET·SVLPICIA·HILARA
C·SVLPICI · BATTARAE · L

Descripserunt de Rossi et Detlefsen. Ex apographo Rossii edidi syllog. n. 5094.

Sunt nummularii n. 3989 in monumento Liviae, n. 4456 in monumento Marcellae, *nummularius ab sex areis* n. 9178; tituli argentariorum sunt n. 9155—9185. Cf. nomm. in titulo n. 8639 additum nominibus virorum 1, 2. 3. 4, mulierum 2, 6. 21.

9715 tabella marmorea columbarii. Reperta a. 1754 in villa del Cinque et a Paciaudio missa Olivierio Pisaurensi PAC., similiter MARVC. GIORN. — Pisauri in museo Oliveriano ZACC., ubi adhuc extat.

IVNIA · CROCALE
OFFIFINATRIX
VIX · AN · XXX

Descripsit Bormann. Paciaudi ms. Parm. f. 31 n. 26; cod. Marucell. A 276 manu Gorii; *Giornale dei letterati a. 1754* p. 195 n. 24; Zaccaria *storia letteraria d' Italia* IX p. 492 n. 24 (inde Donati 320, 10, ex quo Orelli 4257).

9716 in aedibus marmorarii cuiusdam ad Pantheon.

C·CERCIENS·C·L
DASIVS
OLEARIVS
MARCIA · Ɔ · L
PHILEMATIV

Lipsius ms. f. 41, auct. 52, 12 (inde Grut. 646, 9) qui vidit.

9727 tabella. Apud Gentilem Delphinum SMET. PIGH. MAN. LIG. (Taur.). — In vinea Ioh. Bapt. Fabii MUR., Romae in quadam vinea DON.

L · IVLIVS
M · F · VOLT
FVSCVS
AQVENSIS
OLEARIVS

Smetius ms. Neap. p. 223, ed. 100, 12 (inde Grut. 646, 8) qui vidit; a Smetio, ut videtur, Pighius Berol. f. 168, Lazar. p. 253 et Ligorius Taur. 17 s. v. Voltinia; — Panvinius Rom. p. 498; Manutius Vatic. 5237 f. 178'; ex Ligorii cod. Neap., ut videtur, Winghius Brux. 2 f. 83 et Donius 8, 73 per Is. Vossium; 'ex Ligorio ac Donio' Mur. 960, 6.
Smetius titulum in fine mutilum exhibet. — 2 VOL Lig. (Neap.) cum Don. Mur., OVF Wingh. qui omisit FVSCVS.

9718 tabella marmorea in officina quadratarii *via del Cardello* n. 25: dicebatur reperta esse in via Ostiensi.

OSSA L·CLVVI·L·L
CERDONIS
OLEARI·DE·CARINIS

Descripsit Kluegmann a. 1870.

9719 cippus marmoreus. *In una vigna fuori di porta Salara, la prima vigna* STAT. — *In casa di M. Francesco Lischra in Parione* KNIBB. — Apud Chandelierium sub Trinitatis monte WINGH., similiter CIACC. — In hortis Iustinianeis PTOL. MONTF. SEG. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* suppl. dom. Aug.).

*DI*S · M A N I B V S
*FOLI*AE · SATVRNINAE · F
BENE · MERITAE · V · A · XLV
*ET·CR*ESCENTI · AMICO · MEO
*ISDE*M · CONIVGI · EIVS
V · A · XXXX
*M · L*VCCEIVS · FELIX
*FE*CIT · ET · SIBI · ET · SVIS
*POS*T E R · E O R V M
CRESCENS·Ɔ SER·NATIONE·BESSVS OLEAR·DE PORTIC

in margine inferiore:

PALLANTIAN·VENETIAN PAGMVL VIX BENE IACEO SECVR

Descripsi. Exhibent integram Ach. Statius Vallicell. f. 65; Knibbius Berol. p. 42 (inde Grut. 646, 10); imminutam Ptolemaeus sched. Senens. 1, 108 (inde Mur 941, 5); Fabretti 222, 592; Montfaucon Paris. 1293 post f. 155 manu Hispani; Seguier Paris. f. 88. — Solos vv. 10. 11 Winghius Brux. 2 f. 19 et Ciacconius Raff f. 122'.

Quae litteris inclinatis dedi, non servarunt nisi Stat. Knibb. et in v. 10. 11 Wingh. Ciaccon. — 10 in. CRESCENS Ɔ·SER Stat. Knibb., CRESCENS·CONSER Wingh. Ciacc., *Crescens (mulieris) ser(vus)* recte puto legit Mommsen. — Lege *olear(ius) de portic(u) Pallantian(a) Venetian(orum) parmul(ariorum?)*. [Fortasse hinc colligi potest factionem Venetam et reliquas suos olearios habuisse itemque gladiatorum genera varia. TH. M.]

Est *olearius* n. 8674, *fusor ol[e]arius* n. 1885.

9720 tabella reperta in monumento sepulcrali in villa Ferretti extra portam S. Laurentii.

CLAVDIAE TROPHIM
OBSETRICI
T · CASSIVS · TROPHIMVS · F
MATRI · PIENTISSIMAE ET
TI · CASSIVS · TROPHIMIANVS
AVIAE ET POSTERISQVE SVIS
FECERVNT
VIX · ANN LXXV M · V

Marini Vat. 9121 f. 181.

9721 tabula marmorea reperta a. 1861 in fundo *Tor Sapienza* ACTA. — Nunc in repositis musei Laterani.

C · GRATTIVS
HILARAE
OPSTETRICIS · L
PLOCAMVS
A MONTE
ESQVILINO

Descripsit Bormann. Acta curatoris operum publicorum et commercii, qui sub pontificibus fuit.

Ad eandem Hilaram pertinet tabella columbarii una reperta utraque serrata inscripta:

9721 *a* GRATTIA·Ɔ·L·
HILARA

9722 tabula marmorea. Apud Carolum Feam CARD.; deinde apud Aemilianum Sarti et cum monumentis ab eo collectis nunc in museo Capitolino.

D M
IVLIAE · VENE
RIAE·OPSETRI
CI · E · M
FECIT ·
IVLIVS HE

Descripsit Bormann. Fea in schedis manu ignota, *Effemeridi letterarie di Roma* 1823, 33 p. 303 (inde Cardinali *diplomi* 127).

3 OPSTETRI|CI Fea Card.

9723 tabula marmorea. Apud quadratarium in via *del Cardello n. 25*; dicebatur reperta esse in via Ostiensi.

POBLICIA · Ɔ · L · APHE
OPSTETRIX OSSA·TIBI
BENE QVIESCANT·
VIXIT · ANNOS · XXI

Descripsit Kluegmann a. 1870.

9724 in parietinis ad S. Sixtum.

ANTIV *H·* VALERIAE SVEE
QVE VIXIT ANNIS XXXI
cum VO FECIT ANNOS VIII ET
*de*POSITA·PRI·IDVS·NOVEM
A · FILIA · OBSETRICIS

Marini Vatic. exscripsit a. 1779.

9725 fragmentum tabulae marmoreae. In repositis musei Laterani.

S
BENE
OPSETRICI
ME
*bene mer*ENTI

Descripsit Detlefsen.

Opstetrices ex familia Augusta sunt in titulis n. 8947—8949 et ad hos allatis, aliae ex familiis privatis n. 6325. 6647. 6832. 8192.

9726 tabella marmorea litteris pessimis. Ex hereditate Gualterii, a me iam vendita, emi m. Aug. a 1738 MARVC. — In museo Capitolino GVASCO, ubi adhuc extat.

ANTHIS · ORNATRIX
AN · XII · FILIA
ANTONIAE·L·ERONIS *sic*

Descripsi. Ficoronius misit eodem exemplo Gorio cod. Marucell. A, 6 f. 505 n 89 et Muratorio sched. olim 18, 224, ed. 937, 4 per Ramaginium; Guasco M C. 239, *ornatrici* p. 79 n. VIII.

3 lege *Antoniae l(ibertae)*.

9727 tabella marmorea. Reperta in agro Romano, et ab agricola quodam empta ab Hieronymo Tamini GVASCO. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* Off. II).

D *o* M
pecten CYPARENI · OR *acus crinalis*
NATRICI · BENE
MERENTI·POLYDE
VCES FECIT

Descripsi. Guasco *delle ornatrici* p. 5 (inde *Novelle lett. Fior.* 1772 p. 134 et Orelli 2878 per Saxium onomast. lit. p. 8 p. 374) acceptam a Taminio a. 1769.

9728 apud comitem Leoncilli.

Q · LOLLIVS · EROS
CAETENNIVS · FLOR
SPONDE · CAETENNIA·SIBI
ERGMONTI·V·A·VIII·LALO·F
EROTIS·ORN·V·A·XIX·M·VI
SPERATA·ORN·V·ANN·XIII

Amati Vatic. 9756 f. 66' acceptam a Capranesio; Cardinali *memorie romane* III p. 69, 19, *diplomi* 325.

3 SPONDE Am. — 4 IALO Card. — 5 EROTIS Am. — ORN Card.

9729 tabula marmorea originis, ut videtur, urbanae, litteris parum bonis. Ravennae in museo Classensi SPRETI, ubi adhuc extat.

RVPROST
NE
IVLIAE SEO
NIS
5 ORNATRI
CI HVNC
LOCVM
EMIT
HICEROS *sic*
10 CONTVR

Descripsit Bormann. Spreti *Ravenna* I, 170 p. 240; Marini Vatic. 9122 f. 39.

9 post C punctum ponunt Spreti et Marini, ita ut legendum sit *emit hoc Eros*. Mihi ex ectypo a Bormanno suppeditato de puncto parum constat, legendumque esse puto *Niceros*, littera N errore mutata in H.

9730 tabella marmorea. *In queste giorni mi è capitata* FIC. (MARVC. 62 a. 1736). Apud Franciscum Ficoronium MVR. (409). 'Donavi R. P. Contuccio Contucci collegii Romani 25 Ian. 1736' FIC. (Maruc. 6, 466), similiter MVR. 298. In museo Kircheriano OD. BRVN., ubi adhuc extat.

GNOME PIERINIS
ANCILLA ORNATRIX
ELATA EST A D V K FE
BRVARIAS IMP CAESA
5 R XIII·M·FLAVTIO SILVANO COS *a. n. 752*

Descripsit Detlefsen. Ficoronius in schedis Gorio missis cod. Marucell. A, 6 f. 466' et 476', idem in litteris datis d. 4 Febr. a. 1736 ad Gorium cod. Marucell. A. 62 f. 2'; Mur. 298, 4 et 409, 2 (ex locis ambabus Orelli 4715 adhibito Hagenbuchio ep. epigr. p. 30); Oderici sched. Genuens. f. 38; Lupi *dissertazioni* (Faventiae 1785) 2 p. 70; Brunati M. K. 153.

9731 tabella marmorea columbarii. In hortis Campanae prope Lateranum, postea apud antiquarium quendam, nunc apud Institutum archaeologicum Germanicum

PISSIS · ORNATRIX
VIXIT · AN · VIII
HILARA·MATER POSVIT

Descripserunt de Rossi et Dessel.

9732 tabula marmorea. In museo Albano MVR. — In museo Capitolino OVASCO, ubi adhuc extat.

PSAMATE · FVSIAE
ORNATRIX · V·A·XIIX
MITHRODATES·PISTOR
FLACCI · THORI · FECIT

Descripsi. Mur. 973, 3; Guasco M. C. 242, *delle ornatrici* p. 80 n. XI.

4 Hirschfeld monuit fortasse eundem esse Thorium Flaccum qui fuit proconsul Bithyniae Augusto imperante, ut constat ex nummis.

9733 fragmentum tabulae marmoreae. In repositis musei Laterani.

SPERATA
ORNATRIX AT
VIXIT·AN·XXII

Descripsit Detlefsen.

9734 tabella marmorea litteris pulchris repertam in monumento columbariorum effosso prope monumentum Statiliorum.

——DERO
CRVSTIDIAE
ORNATRIX

Descripsit Lanciani.

9735 fragmentum marmoreum. Rep. in fundo *Tor Marancio*, nunc in aedibus Guglielmi (*Piazza Paganica 66*).

dis MANIB·
CAE · VIXIT·
XXVII · FECIT·
SABINA·DO·
5 *mi*CILLAE · EVAE·
ORNATRICI·

Descripsimus Mommsen et ego, contulit Augustus Wilmanns. Amati sched. Vatic. 9748 f. 114; Iahn specimen epigr. p. 57 descriptam a Kellermanno.

9736 fragmentum tabulae marmoreae. In vinea Perrucchi (Pelucchi) extra portam Pincianam GIORGI OVASCO OD. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* dom. Aug.).

NOSTIA·
S·DAPHNIDIS·L
CLEOPATRA
ORNATRIX·DE VICO
5 *longo*

Descripsi. Giorgi sched. Casanatens. vol. XVI, qui descripsit a. 1736; Oderici dissert. p. 69; Guasco *delle ornatrici* p. 82; Visconti Paris. 7 f. 166.

5 solus servavit Giorgius.

Ornatrices ex familia Augusta sunt in titulis n. 8957—8960 et ad hos allatis, aliae n. 5876. 7296. 7297. 7656. 9174. 9345. 9462*a* I, 4. 9690.

9737 tabella marmorea. Romae apud Ficoronium, ut videtur MAR. — In museo Veronensi MAFF., ubi adhuc extat.

CILLIBAE
OSTIARIO

Descripsit Mommsen. Maffei M. V. 133, 4; Marini Vatic. 9123 f. 2'.

9738 *lastra di marmo di m. 0,20 × 0,9 trovata fuori della porta ostiense, nell' ultima vigna a sinistra prima di giungere al prato, innanzi alla basilica di S. Paolo, in bellissime lettere.*

ZETHVS · OSTIA
RIVS·HIC SITVS EST

Gori *archivio* 1879 p. 372.

Ostiarii ex familia Augusta sunt n. 8961—8964 et n. 3995. 3996. 3997. 5849. 5871 (?), familiae privatae n. 6215 = 6217, *ostiaria* n. 6326.

9739 tabella ansata columbaris effossa in monumento eruderato prope sepulcra Statiliorum.

L · SENTIO · INDICI
SVPRA · PAEDAGOG
H · S · E

Descripsit Lanciani.

9740 ex hereditate Gualterii, a me iam vendita, emi m. Aug. 1738 MARVC. — Apud Besozzium GORI, in claustro monasterii S. Crucis in Hierusalem BES., similiter SEG, MVR. (1570).

M·ALLECINIVS·PHILOCALVS
M · LIBERTVS
ALLECINIA · CLARA
ALLECINI · PHILOCALI
LIBERTA · BENIFICIO
LALETI · PAEDAGOGO
PVER...

Ficorosius misit eudem exemplo Gorio cod. Marucell. A, 6 f. 504 n. 68 et per Ramagninum Muratorio sched. olim 18, 224, ed. 936, 8; Gori cod. Marucell. A 6 f. 270ʳ missam Peruzio a. 1738 a Venutio; Seguier Paris. f. 209; Besozzi *storia della basilica di S. Croce* p. 208; Mur. 1570, 1 missam a Vandellio Mutinensi.

1 ALLICINIVS Mur. 1570. — 3 ALECINIA Fic. — 4 ALLECINII id. — 5 BENIFICIO Fic. Bes. Mur. 1570, BENEFICIO Seg., BENEFICIA Venuti. — 6 L·ALETI Fic. — PAEDAGOGO Maruc. Bes., PAEDAGOGI Mur. 936, PEDAGOGO Seg., PAEDAGO . . . Mur. 1570, PAEDA . . . Venuti. — 7 PVEROS Mur. 936 expleus, PVER Venuti.

9741 parva tabella marmorea. Olim apud Sartium, nunc in museo Capitolino.

ACRATVS L.
PAEDAGOGVS

Descripsit Bormann.

9742 apud S. Laurentium extra muros.

Q. ARMILIO
DIADVMENO
PAEDAGOGO·FAVSTI·SVI·VIR
ARMILIAE · CEDNE
AEMILIA · ENTROPE
CARISSIMAE · MATRI · ET . . .
FECIT

Servavit Cyriacus Parm. f. 94, Angelic. f. 27. Ex hoc Mur. 936, 1 missam a Passioneio cardinali.

Traditur 1 in. O, — 3 PEDAGOGO, 5 extr. ENTROPAE. — 6 in. CARISSIME Angelic. — 6 extr. hiatu non notato adiungitur v. 7. — 8 extr. cogitavi de VI bis scripto et particula ET. [Fortasse fuit VIRO TH. M.]

9743 tabula marmorea. In repositis musei Laterani.

Q · CAEDIVS | CAEDIA
Q · L | Q · L
AGATHO | NICE
PAEDAGOGVS |

Descripsit Detlefsen.

9744 fragmentum marmoreum apud lapicidam in foro Boario.

ONIS·L·CHARITONI·PAEDAGOGO T
ATHENAIS · TVLLIAE · L
LLIAE·MATERI·L·TERTIAE
LLODIONI · VESTIFICAE EC
CAE BENEMERITAE·VIX

Lupius Vat. 9143 f. 34, qui vidit.

9745 cippus marmoreus. 'Iacet urna haec humi ad forum e regione fori catinariorum' MAN. — In domo miser Octaviani Zeri CHIS. — In villa Matthaeiorum PTOL., SPON. FABR. SEG. MON., ubi adhuc extat. — 8 l. LIG. LIPS. VRS.

DIIS · MANIBVS
L · CIARTI
HYPERETIS
FECIT
P·CIARTIVS·HELOPS
PAEDAGOGO
L·CIARTI SCYRI
COLLACTEI
SVI

Descripsi. Ligorius Neap. l. 39, Taur. 15 f. 118; Manutius Vatic. 5253 f. 312ʳ; anonymus Hispanus Chisianus f. 81; Lipsius ms. f. 42, auct. p. 52 (inde Grut. 585, 8); Ursinus imag. et elog. p. 95; Ptolemaeus sched. Senens. 2, 7; Spon 228; Fabretti 485, 158; Seguier Paris. f. 66; Mon. Matth. III p. 117, 5 et tab. 61 fig. 6.

9746 in villa Pelucchi (Perracchi GIORGI) extra portam Pincianam OMNES.

Q·COSMO·Q·L·PHYL
PEDAGO·ET CESTIO
PHYLACIONI · VIX
A · VIIII · CESTIA · EPI
PHANIA·FE·VI·E ET·FI

Giorgi sched. Casanatens. vol. XVI qui descripsit a. 1736; Oderici sched. Genuens. f. 17; Zaccaria *stor. lett. d'Italia* XIV p. 92 (inde Donati 317, 3 et 398, 4).

1 Q·COSSO Giorgi Od. — 3 PHILACIONI Od. — 5 *fe(cit) vi(va) s(ibi) et fi(lio)* priores recte.

9747 *nello studio d'un statuario* CHI. — S. l. NOV.

D · M · FEC
IVLIA · L · F ·
LVCILLA
DIADVMENO
L·PAEDAGOGO
B · D · M

Annal. ms. soc. columbariae XVIII (1752) p. 67 missam a Braccio; *Novelle lett. Fior.* 1752 p. 663 (inde Donati 319, 1).

5 PEDAGOGO Bracci. — 6 D·D·M *Nov.*

9748 tabella marmorea. Roma Florentiam avecta a Carolo Strozza BASS.; *nella mia villa di Montughi* STROZZA, in eadem villa GORI et adhuc servatur.

HILARIO
PAED
CELERIS

Descripsi. Gudius ms 303, 4; Strozza Florent. f. 57ᵛ, 95 et f. 67ʳ, 95 (inde Gudius ms. 826, 6 et 848, 3, ed. 198, 4 et 216, 6) et apud Bouchardum Barb. 30, 182 f. 121; Gori I. E. 1, 357, 76 (inde Mur. 956, 4 et 1780, 38).

9749 tabella columbarii. Florentiae apud nobiles de Bonarrotis FABR., similiter GORI et in illis aedibus adhuc extat.

L · LAEVIVS · NICEPOR
LAEVIAES·L·ET·PAEDAG

Descripsimus Bormann ego. Fabretti 417, 1; Gori I. E. 1, 219, 11 (inde expletam Mur. 961, 9)

1 ex. R nunc periit, habent Fabr. Gori.

9750 tabella columbarii. Penes Gudium GVD., similiter BVRM. Nunc in museo Brunsvicensi.

STIDIVS·PHILEMO
PAEDAGOGVS
T · SANCTISSIM·VIR
MAG·TR

Descripsit Bormann. Gudius ms. 469, 4, ed. 226, 2; cod. Leid. Burm. Q 6 f. 18; *neues vaterländisches Archiv fortgesetzt von Spangenberg* I (1826) p. 356 n. 7.

9751 s. l.

DIS MAN
PHOEBI PAEDAGOGI

Cod. Barberinius 29, 215 f. 13ᵛ.

9752 cippus marmoreus. *A San Stefano rincontra S^a Lucia della chiavica* LIG., similiter STAT. CIACC. — In aedibus Carpegna CETERI, ibi adhuc extat

in fastigio vir sedens, cui a puero volumen porrigitur; pone puerum fasciculus voluminum, pone virum cista; infra legitur:

SI QVA TAMEN PIETAS GELIDOS MOVET RVSTICA M . . . .
RVMPE MORAS ////////// OLA EST MIHI GRATIA . . . . .

in ipso cippo vir capite coronato vectus equo, praecedente homine tunicato, qui hasta coronam gestat; infra haec scripta sunt:

M · IVNIO · M · F · PAL · SVPO
persona comica SOTERICHVS · PAEDAGOG · FECIT *persona comica*
HAE SVNT PARVAE TVAE MEAEQ SEDES
HAEC CERTA EST DOMVS HAEC COLENDA NOBIS
HAEC EST QVEM MIHI SVSCITAVI VIVVS *sic*

Descripsi. Exhibent Ligorius Neap. l. 39 p. 301 (inde Panvinius Vatic. 6035 f. 119 inscriptionem primariam, et Metellus Vatic. 6038 f. 55), Vatic. 3439 f. 128 imaginem; Ursinus imag. et elog. p. 93 omissis versibus fastigii imaginem; Ach. Statius Vallicell. f. 163 (inde Grut. 585, 10); Ciacconius Max. f. 15, Raff. f. 90; Spon. 229 aeri incisam omissa inscriptione fastigii; Fabretti 732, 452 integram; Seguier Paris. f. 48; (Zaccaria) Vatic. 9143 f. 51' ex schedis Lupii; Amati Vatic. 9734 f. 16'. Ex Fabrettio adsumptis Grutero et Sponio Orelli 4850.

Versus supra inscriptionem positos Ligorius exhibet sic . . . . QVAM . . . PERNON . . . . A . . MSIQVOSVM·FEMORAS·CV . . . . LAEST·MIHI·GRATIAS . . . VIV . . . — Prior legendus est:

si qua tamen pietas gelidos movet rustica m[anes,

posteriorem Gravina apud Fabrettium explet:

rumpe moras [spes haec s]ola est mihi gratia [vitae.

Vv. 3—5 tituli primarii hendecasyllabi sunt:

hae sunt parvae tuae meaeq(ue) sedes,
haec certa est domus, haec colenda nobis,
haec est qu[a]m mihi suscitavi vivus.

9753 tabula marmorea TORR. In domo Ludovici del bello SAB. — Apud S. Basilium in domo Laurentii Particappe MAZ. — In aedibus Delphiniis TORR., similiter CETERI.

P·STÁTIÓ·P·L·BIONI
DEC
PAEDAG · DOMINI · VI · A · XCVI
P·STÁTIVS·P·L·ANTEROS·POSVIT

P. Sabinus Marc. f. 165', Ottob. f. 57 (inde Iucundus rec. 3 Cicogn. f. 118' et Mazochius f. 49', non vidit auctor emendationum); Torrentius Brux. f. 31; Lipsius ms. f. 42, auct. 53, 1, (inde Grut. 586, 1), qui vidit; Boissard ms. Holm. f. 71', Paris. p. 270, ed. 5, 124; Winghius Brux. 2 f. 196 et, ut vid., a Mazochio f. 20. — Ex Grut. Orelli 2938.

Exemplum dedi Lips. — Apices om. Sab. Boiss. Wingh. et v. 3 Torr. — 1 BIONIS Sab. — 2 DEC om. Sab. cum Maz. — 3 PEDAG· Sab. (Ott. cum Maz.) — V·A Sab. (cum Maz.) Boiss. Wingh.

9754 tabula marmorea. In museo Vaticano (*Gall. lap.* Off 11).

C · SVLPICIVS · C · L ·
VENVSTVS
SVLPICIA · C · L · AMMIA
SVLPICIAE · C · F · GALBILLAE ·
PAEDAGOGIS·SVIS

Descripsi. Visconti Paris. Lat. 9697 f. 124 et 141.
9959 fragmentum tabulae fortasse coemeterialis pessimis litteris minio tinctis, effossum mense Aprili a. 1857 in coemeterio Callisti supra cryptam Eusebii pontificis.

AVG · II · IT ·
VELATOR ·

in aversa fragmentum,
de quo vide huius vol. p. 839
in additam. ad n. 863

Descripsit de Rossi inscr. christ. I 178, 409.

1 Rossius legens *Aug(usto) II et* statuit indicatum esse annum aliquem quarti saeculi, quo Augustus aliquis iterum consul fuerit, vel 339 vel 368 vel 371 vel 388 vel 392. — *Velator* incertum est sitne idem quod *velarius*, quales memorantur in titulis n. 9086 et ad hunc allatis et n. 9466.

9960 tabella. Apud Gentilem vel Marium Delphinium vel Delphinios ANKT. MAN. TORR. WINGH. BOISS. LIPS. — Card. Carpensis PIGH. — In aedibus Francisci Porcarii a regione S. Ioannis de pinea CIACC.

T · STATILIVS
MALCHIO
AD · VESTEM

Smetius ms. Neap. p. 227, ed. 101, 20 (inde Grut. 578, 2) qui vidit; ab eo Ligorius Neap. l. 39 p. 295 (inde Panvinius Vatic. 6035 f. 116'. 118. 118'); tum Pighius Berol. f. 147, Lunac. p. 227; Manutius Vatic. 5241 p. 235; Torrentius Brux. f. 20; Lipsius ms. f. 36'; Boissard ms. Holm. f. 73, Paris. p. 275, ed. 6, 1; Winghius Brux. 2 f. 17'; Ciacconius Raff. f. 121.

Eidem Malchioni positus fuit titulus monumenti Statiliorum n. 6374; in eodem monumento fuit alter *ad vestem* n. 6372 et *vest(iarius?)* n. 6373. Tituli ad rationem vestiariam domus Augustae pertinentes sunt n. 8544—8563, praeterea *ad vestem* n. 3985. 4477, *a veste* n. 1884. 4041(?). 4042*a*. 4043. 4251. 5197, *supra veste* n. 5206; *Ti. Caesaris cistarius a veste foren(si)* n. 5193; *vestiarii* n. 3680(?). 4044; *vestificu sive vestifex* n. 5206. 7467; *bestitores* n. 8987.

9961 cippus marmoreus. Apud Maffeios CIACC. (Oliv.). — In aedibus Francisci Porcarii, praecedit apud WINGH. — Reate in aedibus Vecchiarelli ANG. Nunc ibi in aedibus publicis.

DIS MANIB
SEX · ANNI
IANVARI VESTI
ARI · VIXIT · ANN
XVIII · SEX · ANNIVS ·
HILARVS ET
ANNIA HEL PIS
MATER SCELERATA
QVAE · HOC FACINVS
VIDIT · FILIO DVLCIS
SIMO · FECERVNT
ET · SEX · ANNIO
ANOPTE · PATRONO
BENEMERENTI

Descripsit Mommsen. Exhibent Ciacconius Oliv. f. 23, Raff. f. 142; Winghius Brux. 2 f. 10; Donius Vatic. 7113 f. 50'; Angelotti *descrittione* p. 73 (inde Fabretti 237, 631) vv. non divisis; Schonardi p. 49; Garrucci inscr. Reat. 13.

9962 tabula marmorea in repositis musei Lateran.

M · LICINIVS . . .
VESTIARIVS

Descripsi.

9963 tabula marmorea in museo Vaticano (*Gall. lap.* dom. Aug.).

D M
ONESIMO
SEX · CARMINI
VETERIS · SERV ·
VESTIARIO · TYCHE
CONTVBERNALI OPT
F E C

Descripsi.

9964 tabula lapidis Tiburtini, litteris antiquis. In museo Vaticano (*Gall lap.* Off. I).

C · POMTINVS
C · L · FAVSTVS
VESTIARIVS
SIBI · ET · SVIS
IN · FR · P · XVII
IN · AGR · P · XII

Descripsi.

9965 Florentiae apud nobiles Vecchiettos FABR., GORI.

PYLADES
VESTIARIVS

Fabretti 709, 210; Gori I. E. 1, 295, 20 (inde Mur. 973, 9).

9966 in hortis Matthaeis PTOL. FABR. SEG. — Albani apud Cavaceppium MAR., ubi adhuc extat.

D · M
TRÓPHIMO VÉST
V · A · XXXV ·
ELEVTHERIS
CONT · B · M · CONS

Descripsit Mommsen. Exhibent Ptolemaeus sched. Senens. 2, 63; Fabretti 52, 301; Seguier Paris. f. 76; Marini Vatic. 9127 f. 115, qui apices notat Arv. p. 713.

9967 in monasterio S. Bernardi de urbe ad thermas Diocletiani calcatur pedibus.

MEM·AIAN EX ORIGINE VESTIARIORVM IN QVA
NVBITORES MEI ET CONVX ITEM FILIE IN
MARIA AMPLIATA RESTITVI MEMORIAM
FECI ·OR·LAPSVM FVIT ARSPIRITA BENEMER
MEO·VM EGO A(?)MARIVS AMPLIATVS SIBI
LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM

Cod. Leid. Papenbr. 6 f. 10 litteris minutis.

Traditur 1 MEMRIAM, EX. QV, 2 ER. FIEIE INI (potest fuisse *intelleximus* vel simile quid, vel *inferrentur*), 4 FECIQ OR LAPSVM FVIT ARSPIRITA (in his potest latere nomen), 5 MEO FVRFGOIMARIVS.

9968 fragmentum tabulae marmoreae. In museo Vaticano (*Gall lap.* Dii II).

...
VLLVS
VESTIA...
NN
SIME
T

Descripsi.

9969 titulus columbarii. In aedibus Francisci Mazzanti GVD. PTOL. — In villa Alteria ad Exquilias SEG. LVP. Ibi adhuc extat.

M · VALERIVS · M · L VALERIA
V · CHRESIMVS M · L ·
VESTIAR·AB ARDR CTARR TYRANNIS

Descripsit de Rossi. Exhibent Ptolemaeus sched. Senens. 2, 291 (inde Mur. 185, 2); Gudius ms. 579, 1, ed. 106, 3 et 224, 8; Seguier Paris. f. 147; Lupi Vat. 9143 p. 55.

3 ..IESTIAR Gud., ..ESTIAR Ptol., VSTIAR superest

9970 tabula marmorea. Apud Franciscum Vettori VETT. MAFF. DONATI — Apud cardinalem de Zelada GVASCO MAR. — Nunc extat in museo Vaticano (*Gall. lap.* Off. II).

PAENIA · PRIMIGENIA
PAENI · IVCVNDI · LIB
VIXIT · ANNIS · XX
VESTIARIVS · A · COMPITO
L · SEMPRONIVS · MENANDER
HAEC · VIVA · TESTAMENTVM · FECIT
ET · HEREDEN · EX · ASSE · FECIT · ET · EFFERRI · SE
...

Descripsi. Fr. Vettori in litteris d. 26 Aprilis 1738 Gorio missis cod. Marucell. A, 63; Maffei M. V. 269, 3 (inde Orelli 4294); Donati 321, 2; Guasco *delle ornatrici* p. 83, 3; Marini Vatic.

V. 1 PACVVIA Maff. perperam.

9971 *trovata sopra il capitello d' una colonna grande della chiesa di S. Pietro vecchio, levata ultimamente nel 1606 nel pontificato di Paolo V* CITT., erutum in capitulo Dorico a. 1604 PAPENBR., in capitulo columnae basilicae veteris S. Petri DON.

L · HELVIO · L · L · GRATO
VESTIARIO
A · COMPITO · ALIARIO
L · HELVIO · L · F · COL · GRATO
FILIO · VIX · ANN · V · MENS · V
L · HELVIVS · NYSVS · ET
HELVIA · NYSA
PATRONIS · ET · SIBI
L · HELVIO · L · F · COL · FESTO
VIXIT · ANN · II DIEB · XI

Cittadinius Marc. p. 22 adiecta imagine; cod. Leid. Papenbr. 6 f. 115 et 124 manu Gruteri 'ex epistolis Ryckii'. Citat Donius 566, 30 ex codice aut ex ipso monumento apud Ugonium servato, perperam.

5 ANN·VI Papenbr. — 6. 7 NVSVS, NVSA id. — 8 PATRONIS Citt. — Donius 3 A VICO·ALLIARIO. Alius *vestiar(ius) a compito Aliario* est n. 4476.

9972 tabula marmorea in repositis musei Laterani

C · IVLIVS · LVCIFER
VESTIARIVS · DE · HORREIS
AGRIPPIANIS

Descripsit Detlefsen.

9973 area cineraria. *Broadlands* in Britannia, apud W. Cowper Temple v. c., ex Italia allata a. 1764 a patre Palmerstonii.

T · AQVILIO
T · L · PELORO
VESTIARIO DE HOR
VOLVSIANIS
PLOTIA · FLORA
CONIVG B · MERENT

porta sepulcralis ornata, in qua adstant vir et mulier iunctis dextris

Descripsit Michaelis a. 1877.

3 intellegendum *de hor(reis)*.

9974 tabula marmorea. In clivo montis Capitolini versus forum Traiani GVD.; eundem locum, qui est *via di Marforio* n. 100, varie indicant FABR. AMAT. ibique adhuc extat in stylobate portae, sed fere tota latet.

A · CALVIVS · Q · L
VESTIAR · AB · LVCO
LVBITINA
Ɔ VALERI · Ɔ · L

Descripserunt Friedlaender, Mommsen, de Rossi, contuli ipse. Exhibent Gudius ms 487, 4, ed. ind. CIII; Fabretti 701, 232; Lupi Vatic. 9143 f. 17'; Amati sched. Vatic. non numeratis; Henzen 5683.

9975 in quodam lapide invento in domo Stephani Macharani MARCAN. — In pariete palatii S. Laurentii RED. IVC.

CN · MANLIO · AVCTO
VESTIARIO · A QVIRINIS
MANLIA · TROPHINE
FECIT · PATRONO · IDEM · CON
IVGI · ET · SIBI · ET · SVIS · LI
BERTIS · LIBERTABVS · POSTE
RISQ · EORVM
IN FR · P · VI IN AG · P · VI

Marcanova Mut. f. 72 (inde Sirmond ms. Paris. suppl. Lat. 1419, 405) et accuratius cod. Redianus f. 20 et Iucundus Magl. f. 98 (inde Piccart n. 73, ex quo Reinesius 11, 31) ex fonte communi; minus accurate Alciatus Fone f. 86.

Vv. divisio incerta. — 1 MALIO Marcan. — 2 VESTARIO omnes, correxit Rein. — A QVIRINS Marcan. — 4 ITEM Rein. male. — 7 EOR Marc. — Alc. habet 1 ANN pro CN, 3 TROPHE, 7 QVE, 8 AGR FR.

9976 lapis Tiburtinus Romae recens effossus SIRM., in via Tiburtina addit GRVT.

P · FANNIVS · P · L
APOLLOPHANES · DE
VICO · TVSCO VESTIARIVS
CLODIA · ALISCA
. . . .

Sirmondus Paris. suppl. Lat. 1418, 157; ab eo Grut. 1117, 6 (inde Orelli 4295).

9977 tabella marmorea. '*Epitaphio trovato nelle rovine delli sepulchri dell' Appia via, lo quale è nel museo del cardinal di Carpi*' LIG. 25, similiter IDEM 39, via Appia prope Almonem flumen RFIN. — *Fuor la porta di S. Pancratio* LIG (excerpt. Vatic.) MVR. errore. — S. l. MALV. — In museo Neapolitano GVAR. et adhuc.

Q CAELIO·Q·F·ELAINO
Q·CAELIVS·Q·LIB·VES
PER · VESTIARIVS
TENVIARIVS FEC

Descripsit Mommsen I. N. 6853. Exhibent Ligorius Neap l. 25 et 39 p. 128; Guarini comm. VIII p. 65; Fiorelli catal 390. Pendent ex Ligorii l. 25 Panvinius Vatic. 6035 f. 98', ex eiusdem l. 39 idem f 145 (inde Donius 8, 80 'ex schedis Vaticanis'), schedae Vaticanae olim Barberinianae, Reinesius 11, 84 ex schedis Langermanni, ex eodem et ex Donio Mur. 942, 4. Habet denique parum accurate Malvasia 338 'e schedis Fabrettii'.

Litterae inclinatae iam desunt.

Alii *vestiarii tenuiarii* sunt n. 1926. 6852.

9978 cippus marmoreus candelabris et grypibus ornatus. In vico Cenci LIPS., in area Cinciorum MAN., ante aedes Concianas BOISS., similiter WINGH. CIACC. — *Nella piazza de' Cenci appresso piazza Iudea* STAT., similiter MEN. — *Trovato nella via di San Pancratio che si congiunge con la Aurelia, et portato nel cortile della casata de' Cenci* LIG., similiter PANV. 143. SMET. — Extat adhuc in platea *de' Cenci*.

M · CINCIVS · M · L
THEOPHILVS
VESTIARIVS
TENVIARIVS

Descripsimus F. Duhn, Mommsen, ego. Exhibent Manutius Vatic. 5237 f. 175 et 5246 f. 59; Ligorius Neap. l. 39 p. 128 (inde Panvinius Vatic. 6035 f. 143; Mur. 944, 5); Panvinius Vat. 6035 f. 145'; Ach. Statius Vallicell. f. 19'; Lipsius ms. f. 22 (inde Pighius Berol. f. 193 'ex adversariis Lipsii'; a Pighio Smetius ed. 101, 14; ex hoc Grut. 650, 8); Boissard ms. Holm. f. 88', Paris. p. 385, ed. 5, 57 imaginem; Winghius Brux. 2, 18; Cicconius Raff. f. 109'; Seguier Paris. f. 118; Marini Vat. 9122 f. 231.

1 M·L Man. Seg., M·F· Panv. 145 Boiss. ed. Wingh. Ciacc., M·LIB· Lig. — 3 litteram I nunc deperditam exhibent Man. Lig. Lips. Wingh.

9979 tabella marmorea columbarii, in aedibus Merolli in via *delle tre cannelle*.

PHILOXENVS
L·SENTI·SATVRNINI
VESTIFICVS

Descripserunt Gatti et Io. Schmidt.

9980 tabula marmorea in aedibus Merolli.

ITALIAE
COCCEIAE·PHYLLIDIS·VESTIFICAE
VEIXSIT · ANNEIS · XX
ACASTVS · CONSERVOS · PRO
5 PAVPERIE FECIT SVA

Descripsit Gatti a. 1877.

Vestifica alia est n. 9744

9981 in basilica Vaticana, olim in sacrario vetere.

. . . ORTH . . . .
. . . CRISPIN . . .
. . . VESTIPLIC·V . .

Cancellieri sylloge vet. mon. p. 1767, 18.

Vestiplicus alius est n. 7301, *vestiplica* n. 9901, *vestispica* n. 9912.

9982 in vinea pp. Praedicatorum via Salaria.

T · COCCEIVS
VICTVMARIVS
VIXIT·AN·XIX·M·III
ET · D · III

Fabretti 677, 34.

Dubium verumne v. 2 sit cognomen an officium. — *P(rae)p(ositus) victimariorum* et *victimarius* ex familia Augusta sunt n. 9087. 9088.

9983 tabella columbarii. Pisauri in palatio Olivieri.

ARCHELAVS·
VILICVS·
HIC·SITVS·EST

Descripsit Bormann.

9984 cippus ex lapide Tiburtino, in vinea Moronia ad portam Capenam, antiqua admodum littera MAR. — S. l. VISC.

EROS CVITA sic
CLODIANVS
OL P VILICVS

Marini Vatic. 9126 f. 258; Visconti sched. Paris. 7 f. 254

3 L·PVBLICVS omissa O Visc.

9985 tabella marmorea. In domo D. Attii de Arcionibus MAN. — In monte Aventino apud dominos de Casalibus PVT. (Barb.), *del giardino di Casali alla Saletta* LIG. (Neap.). — S. l. LIG. WINGH., apud quem praecedit 'in hortis Carpensibus'. — Apud Fabrettium FABR. — Extat nunc Urbini in aedibus ducalibus cl. XVIII.

GAA
VILICVS

Descripsit Nissen, contulit Bormann. Exhibent Ligorius Bodl. f. 144; Manutius Vat. 5241 p. 313; Winghius Brux. 2, 19*a*; Cassianus a Puteo Barb. 30, 182 f. 68 et Neap. V, E 10 f. 17 et 20; Fabretti 2, XII.

9986 s. l. GLAPHYRVS·ROSCIAE
VILICVS
CINNAMIDI·CONSERVAE

Fabretti 5, 2 'ex schedis Barberinis' nescio quibus.

9987 apud Aegidium Morettum.

MARTIALIS·T·SEXTI·LATERANI
VILIC·HILARITATI·CONIVGI
AMANTISSIMAE · B · M · F
Q·V·A · XXXV · M · VIIII · D · VI
5 ET · SIBI · SVISQ · POSTERISQQ sic traditur
EOR . . .

Ryckius apud Gudium ms. 56, 7, ed. 279, 5 'e schedis Petri Stephanonii'.

1 homines consulares eius nominis plures fuerunt post T. Sextium Magium Lateranum cos. a. 94.

Digitized by Google

9988 in hypogaeo quodam sub colle Quirinali.

D M
aucta
FLAVIA · ATNENAIS
FECIT · MODESTO · CON
IVGI · SVO · B · M · VILICO
ET·SIBI·ET·SVIS·POSTERISQ
EORVM
LATA—C·

Donius 7, 152 (inde Mur. 953, 6) 'descr. L. Holstenius'.

9989 tabula marmorea. Apud sacristam pontificis R. 1787 MAR. Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* Off. 11).

· D · M ·
SABINIANO VI
LICO ET BONI
NI BONO · ET BE *sic*
DELISSIMO ·
MEMMIA IVLI
ANE DOMINA

Descripsi. Exhibet Marini Vat. 9122 f. 215.

9990 fragmentum tabulae marmoreae, apud marmorarium in via S. Gregorii.

...
ET IVI
VILIC
ANTO

Descripsit Ioannes Schmidt.

9990 a *frammento trovato all' Esquilino.*

dis MAN·
VS·VIL·NO*rum*
AE·PARE*n* .....
RAR .....
R NEST .....

Lanciani *bull arch. municip.* 1877 p. 13 n. 82*a*.

9991 apud episcopum Caiercensem SAR., Caiacensem IVC.

D · M
HERMEROTI
VICARIO · SVO
LVPERCVS
RVR VILLICVS
HORTORVM·ANTO
NIANORVM
BENE·MERENTI
FECIT

P. Sabinus Ottob. f. 110', inde Iucundus rec. 3 Ciongu. f. 124, ex quo Pighius Berol. f. 25 'ex S. Crucis libro'; ex huius schedis Grut. 1112, 1 (inde Orelli 2860).

Vv. div. incerta. — 1 om. Sab.

Vilici ex familia Augusta sunt in titulis n. 9089. 9090 et ad hos allatis, alii n. 203. 278. 586 (*Hilari Augustor. liberti*). 662. 664 (?). 666. 679. 696. 718 (?). 745 (*praedior. Maecianor.*). 758. 3929 (*Terti l(iberti)*, scilicet *Liviae*). 4450. 7660. 9102*e*, 1. 3. 9472 (*vilicus supra hortos*). 9483.

9992 tabula marmorea. 'Reperta in via Nomentana (ad S. Agnetis, addit GRVT.), nunc apud Antonium Bosium l. c. amicum meum' CASTELL., similiter GRVT. — In hortis cardinalis Maximi MONTF., in aedibus a card. Nerlio legatis hospitali mente captorum BIANCH. a. 1708; *à l' hôtel du card. Albani* SEG., similiter MAR. — Nunc in villa Albania.

D · M
IVLIAE · SEX · F · MASCIANAE
CONIVGI · OPTIMAE · ET · DVLCIS
SIMAE · ET · DESIDERANTISSIMAE
RARISSIMI·EXEMPLI·FEMINAE·FECIT
P · RAGONIVS · DAPHNVS
VINARIARIVS · IN · CASTRIS · PR
SIBI · ET · SVIS · LIBERTIS ·
LIBERTABVSQVE·POSTERISQ
EORVM · ITEM
IVLIAE · MARCIANAE · LIB
LIBERTABVS · POSTERISQVE
EORVM
IN · FR · P · XV · IN · AGR · P . . .

Descripsit de Rossi. Castellinius in additamentis ms. ad Smetium bibliothecae Veronensis f. 107'; Grut. 1116, 7 e schedis Castalionis; Spon 234 vv. 2—7 ex Donio; Montfaucon Paris. 1293 f. 160 manu Hispani; Bianchini Veron. 397 f. 106; Seguier Paris. f. 63; Marini *I. A.* 89, 96; Visconti *catal.* 208, 66.

14 ex. AGR·P·XV Grut., AGR·P Cast. ms., AGRO·P Montf., AGR Mar. et superest.

9993 in via Appia.

P · SERGIVS · P · P · L
DEMETRIVS
VINARIVS·DE·VELABRO
SERGIA·P·P·L·RVFA·VXOR
P·SERGIVS·P·ET·Ɔ·L·BASSVS·L
ARBITRATV·SVPAE·VXORIS

Descripsi et edidi *ann. inst. arch.* 1852, 312, 12 et in sylloq. Orell. 5086.

Nominantur *vinarii*, fortasse corpus eorum n. 1766; *negotiantes vinarii* n. 9679—9682; *negotians salsamentarius et vinararius Mauroriun* n. 9676.

9994 in S. Pancratii ONVFR (in confessione addit BOS., post confessionem in pavimento TVRRIG.).

✝ HVNC LOCVM AVGVSTVS ET GAVDIOSA SE VIVE CONPARAVERVNT A PRESVITERIS TITVLI SANC·CRISOGONI ID EST PETRO PRIORE CRISOGONO SECVNDO CATELLO TERTIO GAVDI OSO QVARTO VEL A FILIPPO PREPOSITO BEATI MARTIRIS PRANCATI SVB PRESENTIA NONNES CVTTES ANCILLE DEI VEL SVB PRESENTIA IOHANNITIS VIRGARI IN QVO LOCO ES IMTORES PRAEMISERVNT LVMINA SVA / / / / / / / / / / / / / MELIOREM HABVERVNT ID EST DVLCISSI MVM FILIVM SVVM FLORVM QVI VIXIT ANNVS CI MENS CI DIES XV DEPOSIT »

a. 521 IN PACE SVBD·V NON IVLIAS VALERIO VC CONS ✝

✝ HIC REQVIESCIT IN P · GAVDIOSA SE Q · VIX · ANN · XXXI · D · XVIIII DP KAL ·

a. 319 FEB · PROBO IVN VC CONS ·

Bosius cod. Vallicell. G, 5 f. 6'; Sirmondus Paris. suppl. Lat. 1420 f. 23'; Terrigius ms. bibl. Albanae (ex quo Marini sched. Vatic. n. 6015, *papiri* p. 327). Ex prioribus de Rossi inscr. christ. 1, 441, 975.

1 crucem om. Bos. Turr. — AVGVST . . . CVIPVS Bos., AVGVSTVS . . . . CVIVVS Turr., AVGVSTVS ET GAVDIOSA SE VIVVS Sirm. — COMPARAVERVNT Turr. — PRESVITERO' Bos., PRESBYTERIS Sirm., PRESVITARIS Turr. — 2 IDES Sirm. — FELICE PRIMO pro PETRO PRIORE Turr. — CATILLO Sirm. Turr. — 3 MARTORIS Turr., MARTYRIS Sirm. — PANCRATI SVB PRAESENTIA Sirm. — 4 CVTTES Bos., GVTTES Sirm. — ANCILLAE Sirm. — SVB PRAESENTIA IOANNITRI VERGARI Sirm., SVFFRENTIA IOANNITIS VIRGARI Turr. — 5 litteris minusculis *suo qs iS . . . . meliorem subucin?* Sirm. — 6 ANNOS·S· MENSES 6 Sirm., ANNIS CI MENS Turr. — DEPOR Sirm. — foliolum om. Bos. Sirm. — 7 SVB DIE Turr. — IVLIV . . . . ERI·IVG·CONSST id., ... RLIO Bos. — 8 crucem solus Bos. — IN PACE GAVDIOSVS Turr. — QVAE VIXIT Sirm.

4 *virgarius* Hossius statuit esse *fascales*, olim *lictores*.

9995 tabula marmorea in museo Vaticano collocata a. 1855 (*Gall. lap. omne genus* 111).

corona

D M
L·ALLIVS·PROTVS·SCRIB
VNCTORVM·ET·CORNE
LIA·FORTVNATA·PROTO
GENIAE·FILIAE·MENTISSIM
QVAE·VIX·ANN·X·
MENS·VIII·DIEB·II·

Descripsit de Rossi.

9996 in vinea Mannucardi ad S. Iohannis ad portam Latinam.

CLAVDIA·AMARYLLIS
IVLIVS·CASTOR·VNCTOR

Giorgi sched. Casanatens. XVI, qui exscripsit d. 22 Iul. 1735.

9997 tabula marmorea. In claustro ecclesiae S. Pauli via Ostiensi OMNES, ubi adhuc extat.

D M
M·VL·EPAGATHIO
NI·VNCTORI·M·VL·
ERMES·SODALI·BE
NE MERENTI·FE
CIT

Contulit Nissen. Gori symbolae V p. 23, 12 (inde Donati 318, 4); Marini sched. Vat.; Nicolai *basilica di S. Paolo* p. 76, 37; Iahn specimen p. 57 ex schedis Kellermanni.

Unctores et *unctrices* ex familia Augusta sunt in titulis n. 9093—9097 et ad hos allatis; in monumento Statiliorum sunt *unctores* n. 6215. 6263. 6376 (*magistre unctores*), 6377. 6378. 6380. 6381. 6382, ex monumento, ut videtur, Asiniorum n. 9902.

9998 basis quadrata. Reperta extra portam Capenam in vinea Caroli Simonis Neronii Ieti Ripani AMAD., *nella vigna Neroni in faccia di Domine quo vadis* NOV. — In museo Ferrariensi FRIZZI AMATI et adhuc.

DIS·MAN
L·FAENI·TELESPHORI
VNGVENTARI
LVGDVNENSIS
ET·FAENIAE
RESTITVTAE
VXORI·EIVS
FECIT·SERGIA·
TYCHE·

Descripsit Mommsen. Amaduzius anecd. litt. II p. 478, 41; *Novelle letterarie Fior.* 1773 p. 439 (inde Henzen 7283); Frizzi 1, 244; Amati Vatic 9143 f. 56.

V. 8. 9 in litura repositi sunt.

9999 tabula marmorea alta m. 0,635, lata 1,20. In vinea Io. Antonii Raderi extra Pinciam SIRM. (48), in vinea nobb. de Burattis ad Salariam FABR., nunc Gavottia, addit MAR. — Nunc in museo Neapolitano. — Tituli a exemplum novicium extat Imolae in bibliotheca.

a	*b*	*c*	*d*
C·*STLACCIVS*	L·SCANTIVS·L·L	L·FVLVIVS·L·L·FELIX	T·MANIII
C·L·*GATVVS*	CLARVS	VNGENTARIVS	VS·T·ET·Ɔ·L
C·STLACCIVS	AVGVST·SIBI·ET	CVRTIA·Q·L·PRIMA	STATIVS
C·L·SVAVIS·F	SCANTIAE·L·L	FVLVIA·L·L·PRIMA	CORNELI
STLACCIA	HILARAE·VXORI	FVLVIA·L·L·SYNTYCHE	A·L·L·ERO
C·L·HILARA		L·FVLVIVS·L·Ɔ·L·FAVSTVS	TIS
STLACCIA			
C·L SATVRNINA			
SIBI·ET·SVIS			
			SIBI·ET
pariete			SVIS
	LIBERTIS·LIBERTABVS	LIBERTIS·LIBERTABVS	Q·VETVRIVS
pariete	POSTERISQVE·EORVM	POSTERISQVE·EORVM	Q·L·FELIX
pariete	IN·FR·P·XX·VII	IN·AGR·P·XXXII	SIBI·ET·SVSV *sic*

Descripsit Mommsen I. N. 6827; contulit de Petra. Exhibent Sirmond Paris. suppl. Lat. 1419, 48 et solos *b* et *a* 215, item solum *b* 1417, 6; codex Barberin. 29, 148 manu Bouchardi; Fabretti 220, 577; Marini Vatic. 9121 f. 186; Visconti sched. Paris. 7 f. 70; Fiorelli *catal.* 236. — Exemplum novicium descripsit Zangemeister.

Litteris inclinatis dedimus partes quae iam non extant, quas descripsit etiamtum Marinius. — *d* 1 MANI.. Sirm., MANIL.. Mar., MANI Fabr. et superest.

10000 urna quadrata marmorea. Apud nobiles de Cioiaporciis ligor. — Nunc in villa Aldobrandini in monte Quirinali.

DIS · MANIB
C · IVLIO · C · F · HOR
CLEMENTI · VNGEN
IVLIA · PRISCA · VXOR
CONIVG · BENE · MER

Contuli. Fabretti 220, 578.

10001. 10002 tabellae marmoreae. Rep. in vinea SS. Praedicatorum ad viam Salariam, nunc penes institutum archaeologicum.

10001

DOMITIA · Ɔ · L · PLECVSA
MONVMENTVM · FECIT
C · POPILLIO ANTHO VNGVENTAR
VIRO · SVO · CVM · QVO · VIXIT · ANNOS · XXX ·
ET C · POPILLIVS · C · C · L · HERMEROS
tabella

Descripsit Bormann.

10002

DOMITIA · Ɔ · L · PLECVSA
MONVMENTVM · FECIT
C · POPILLIO · ANTHO
VNGVENTARIO · VIRO · SVO
CVM · QVO · VIXIT · ANNOS · XXXV
ET · C · POPILLIVS · C · C · L · HERMEROS
tabella

Descripsit Bormann.

10003 in villa Pamphilia SPON FABR. — Inter religiosa Camaldulensium septa ad montem Tusculanum reperta MATTEI BON.

C · POPILIVS · C · L
PHILEROS · AEQVITAS
VNGENTARIVS

Separatam exhibent Spon 236; Fabretti 145, 171 et 219, 574. Adiunctam titulo *C. Popilio Tauro* cet. cod. Bonon. 16, 11 D caps. 1 et Mattei *memorie di Tusculo* p. 76 (inde separatam Vulpi Lat. ant. 8 p. 158, ex qua Canina *Tusculo* p. 172).

2 ACQVITAS Matt. cum Vulpi Can., ACQV/\E Bon. — 3 VNGENTARIVS Fabr., VNGVENTARIVS Spon Matt. Bon.

10004 marmor litteris magnis et pulchris. Nuper effossum extra portam Maiorem via Praenestina CAST. (praef.); extra urbem superioribus mensibus (a. 1594) effossum, nunc apud lapicidinam in area S. Laurentii in Lucina CAST. 3. — Tusculi in villa dominorum de Boncompagni BONON., similiter MATT.; in villa Piscatoria LVPI VVLPI; in villa Piscatori, nunc Cincinelli hodie extat.

M · VERGILIVS · M · L · ANTIOCHVS VNGVENT	
VERGILIA · M · L ·	HELENA
M · [VER]GILIVS · M · L	HILARVS · [MAIO]R
M · VERGILIVS · M · L ·	*LICVLAVS*

Descripsi. Castalio de Vergili nominis scribendi recta ratione p. 3 (inde Grut. 1033, 2); cod. Bonon. 16, 11 D, caps. 1; Mattei *Tusculo* p. 93; Lupi Vatic. 9143 f. 5'; Vulpi Lat. vet. 8 p. 153 a Lupio (inde Canina *Tusculo* p. 172).

3 litterae, quas lineis inclusimus, obteguntur fulcris solarii, non vidit iam Lupi qui eatr. habet MENTOR. — 4 deerat iam aetate Lupii

10005 Romae.

d · *o* · *m*
. . . ATHENODORVS · ET · IVLIA · FELICISSI
ma HANC · MACERIAM · PERTINENTEM ·
ad monu MENTVM · SVVM · ET · CHRYPTAM · ET
. . . NEM · MONVMENTI · LAPIDEI · VIB
sibi pos AVERVNT · ET · LEEXERVNT · ET · LIBERTIS
liberta EVSQVE · POSTERISQVE · EORVM
hoc mo NVMENTVM · CHRYPTA · ET · MACERIA
HEREDEM · NON · SEQVETVR · VNGENTARI

Pighius Berol. f. 76.

Possunt fuisse 2 in. *iulius*, 3 *ma seriae*, 5 *crepidi*]*nem*, 9 *clausum*.

10006 tabula marmorea reperta ad montem Iaetitiae, nunc in museo Kircheriano amplificato in repositis.

bIENA · COR
VNGENTARIA · Ab · D
NON · HIC · OLLA · MEOS · CINERES · AV
SET · PASSIM · MATER · TERRA · TEGIT · (
CONIVGIS · HOC · FECIT · CARI · MIH
PRAESTARIT · IVNCTAE · VIVA · QVOT · ANI
CVM · QVO · TRIGINTA · VIXI · SINI · IAb
IN CVIVS · MANIbVS ·

Descripsi cum Dessauio. Fiorelli *notizie degli scavi* 1877 p. 269 descriptam a Lanciania.

Non perscriptae sunt aliquot litterae, v. 6 E et F et V, 7 E et L, 8 B. — In v. 8 ex. spatium vacuum relictum est, scilicet ut totius versus spatium aequabiliter occuparetur. — Sententia versuum qualis fuerit, cum fere appareat, verba maxime v. 5. 6. 8 praestari non possunt. Subiecimus versus expletos exempli causa, receptis in vv. 4. 6. 9 supplementis quae proposuit Buecheler.

non hic olla meos cineres au[t continet arca,
set passim mater terra tegit [positos.
coniugis hoc fecit cari mih[i cura sepulcrum, ut
praestar[e]t [f]unctae viva quot an[te tuli.
cum quo triginta vixi sin[e l]ab[e per annos;
in cuius manibus [fata volens subii.

10007 tabella marmorea apud Gentilem vel Atilium Delphinium vel Delphinios SMET. (ms.) LIG. PANV. 137'. MAN. PIGH. TORR.

FAVSTVS · PŌI̅L̅ ·
INSTITOR · VNGVEN

Smetius ms. Neap. p. 219, ed 102, 13 (inde Grut. 636, 8) qui vidit; Torrentius Brux. f. 29. A Smetio videntur desumpsisse tam Manutius Vatic. 5241 p 235, orthogr. 788, 1, in Cic. de off. p. 67, ut Pighius Lusac. p. 254, quam varie interpolatam Panvinius Vatic. 6035 f. 112' et 137', et Ligorius Neap. l. 39 p. 226, Viscont. f. 405 manu tertia; a Ligorio Panvinius Vatic. 6035 f. 141', Donius 8, 49 (inde Mur. 952, 9) acceptam ab Is. Vossio, Gudius ad Grut. ed 2 (ex quo Orelli 4203).

1 PŌI̅L̅ Smet. ms., PO Smet. (ed.) Man. (orth. Cic.), PO Man. (Vatic.), POLI Torr., POMPEI·L Panvin. 112, POLLO Panvin. 137, POPILLIVS Ligor. cum Panvinio 141, Donio, Gudio; fuisse fortasse POTITI monuit Hirschfeld. — 2 INSTITVTOR Lig. Visc. — VNGVEN Smet. cum Man. (orth. Cic.) Panv. 112 (VNGVENT Panv. 137), VNGEN Torr. Man. (Vatic.) Lig. cum Panvinio 149 et Donio.

Unguentarii alii inveniuntur n. 845. 5638. 5681; *ung. de sacra via* n. 1974.

Subiecimus titulos *magistrorum* et *discentium* (n. 10008—10018), item *adutoris* (n. 10019), qui ad quas artes pertinuerint non constat.

10008 reperta in coemeterio S. Hermetis, dono data D. Millat Lingoni.

FLAVIVS · SABINIANVS
AVRELIO GERONTIO MAG
ISTRO SVO BENE MERENTI FECIT
T · IN P · C ·

Rossio dedit Salvator Sochet.

10009 rep. in fundamento palatii pontificii cui adiacet area S. Petri DON.

M · AVRELIO
IANVARIO
CONIVX ET
DISCENTES
FECERVNT
B · M

Donius 12, 17 (inde Mur. 940, 3).

10010 *presso un marmorario* VEN. — Lapis effossus in via Aurelia a. 1735, nunc apud equitem Odam NVN., similiter COL.

· D · M ·
M · I · AVRELIVS · SARO
AVRELIA · ALCIS
TE · AVRELIO · CA
RARO · DISCENTI · SVO
FECERVNT
ascia circinus norma culter

Venuti in litteris d. 26 Oct. 1735 datis ad Muratorium et Marione servatis; Annales soc. columbariae ms. IV p. 10 (a. 1738); Mur. 440, 4 imaginem, missam a P. Iosepho Bianchini, idem citat litteras Venutii.

In vv. 2 seqq. puncta omiserunt Ven. et Col. — 2 SARI Col. Mur. — 4 Mur. notat Venutium legisse ET pro TE itaque scribendum fuisse; fuit fortasse T̄E.

10011 Roma Florentiam advecta apud Guicciardinios DON.; Florentiae GVD.

D · M
TI · CLAVDIO
AGRIPPINO
FECIT · SYMPOR
PRAECEPTOR
DISCENTI · B · M

Donius Vatic. 7113 f. 58 descriptam ab Alexandro Donio; Fabretti 570, 131 'ex schedis Barberinis', quae videntur fuisse Holstenianae; ex eo Orelli 4682; Gudius ms. 231, 5 ex schedis Holstenianis.

10011a tabula marmorea originis, ut videtur urbanae Ravennae in museo Classensi ODER. MAR. et adhuc.

· D · M ·
M · TVCCIO · EVTYCHETI ·
TI · NATRONIVS ·
· HONORATVS ·
PRAECEPTORI · PIISSIMO
B · M · · INSCRIPSIT

Descripsit Bormann. Oderici sched. Genuens. f. 109; Marini sched. Vat.; C. Spreti Ravenna I, 176 p. 241.

10012 grandis tabula in bibliotheca coenobii S. Gregorii.

IVLIVS MAGISTER
BENE MERENTI FELICI
ANO PETAT PRO NOBIS *olea*

Blasius apud Odericium dissert. p. 343, 14; Reggius apud Marinium sched. Vatic.

10013 reperta in coemeterio S. Saturnini post annum 1740 MARANG. — E porticu S. Mariae Transtiberinae nunc in museum Lateranum translata.

ISPIRITO SANTO BONO
FLORENTIO QVI VIXIT ANIS XIII
CORITVS MAGITER QVI PLVS AMAVIT *sic*
QVAM SI FILIVM SVVM ET COIDEVS
MATER FILIO BENEMERENTI FECERVNT

Descripsit de Rossi. Exhibent Marangoni in schedis apud Damzetta Vat. 8324, *cose gentilesche* p. 453; Marini *papiri* p. 288.

10014 tabella marmorea apud cardinalem Carpensem vel similiter OMNES.

D M
NOVEMber · VI
XIT · ANN · XII · MEN
sib · II
CAPRIOLVS FEC · SI
bi · ET · SVIS · ET · DISC
bene MERENTI

Smetius ed. 115, 16 (inde Grut. 882, 7) qui vidit; Manutius Vatic. 5253 f. 376 manu ignota; Torrentius Brux. f. 5; Achilles Statius Vallic. f. 17'.

Litterarum formas servavit Smet. — 1 om., — 5 CARIOLVS idem. — 6 *disc(enti)*.

10015 in coemeterio Cyriacae.

POSVIT · TABVLA MA
palmae duae GISTER · DISCENTI *palmae duae*
PANFINO BENEM
ERENTI

Cod. Marucell. A 195 a Boldetto descriptam et Buonarrotio missam; ab eodem descriptam Buonarroti *vetri pref.* p. XXIV ligno excusam (inde Mur. 968, 7; Guasco 3, 23); Boldetti *cim.* 408.

10016 in museo M. Antonii Sabatini VIGN. — In museo cardinalis Alexandri Albani MVR. — In museo Capitolino GVASCO, ubi adhuc extat.

D · M
PRIMITIVO · ET
CALYBENI
SORORI · EIVS
Q·ATTIVS·HERMES
DISCENTI
PIISSIMO · ET
HERENNIVS
FORTVNATVS
TATA · ET
HERENNIA
RHODINE·MAMMA
B · M · FECERVNT

Descripsi. Vignoli col. Antonin. 304; Mur. 1492, 6 missam a Francisco Bianchinio; Guasco M. C. 576.

10017 tabella marmorea. In monte Aventino apud dominos de Casalibus BARB. — Apud Cl. Menetrierium DON. — Apud equitem Borrominum GVD. PTOL. — Apud Fabrettium FABR. — Nunc Urbini in aedibus ducalibus.

ALEXANDRO
SVAE SORORIS PIAE
MYRTIS · STIRAS
NEPHE · PRIMA
SECVNDVS · MAGIST

Descripsit Burmann. Cod. Barberin. 30, 182 f. 67 et 70; Donius 13, 9; Gudius ms. 588, 5, ind. 79; Ptolemaeus sched. Senens. 2, 332; Fabretti 118, 111.

10018 in muro vineae Tamiseriae.

DIS · MA
NIBVS
GYMNAS·
DISCENTI·SPEI
BENE · MEREN
TI ·
D · D ·

Fabretti 570, 132.

10019 in coemeterio Cyriacae.

NEREO ADIVTORI·A·B·M·OPTIMO
VRSVS
A·B·M

Boldetti cim. p. 54.

1 et 3 bis videtur positum esse *a(mico) b(ene) m(erenti)*.

Addidimus titulos, qui non apparet quibus vel officiis vel artibus negotiisve attribuendi sint. In his priore loco posuimus eos quibus locus, ubi consistebant homines, indicatus est, ars autem vel negotium vel omnino non perscriptum erat vel periit.

10020 tabula ex lapide Tiburtino reperta in fossionibus viae Appiae.

P. CACVRIVS · P · L · L
PHILOCLES·AB
ARA · MARMOREA
CACVRIA·P·L·CALLIOPA
MAELIA·CE CACVRI·F.

Descripsi et edidi in annal. inst. arch. 1852 p. 312, 13 et in suppl. Orell. n. 5093.

3 idem locus indicatur in titulo supra n. 9403.

10021 tabula marmorea in repositis musei Laterani.

L A E T V S · ATHENAIS
LAETIA
DE CAPITOLIO
VITA·BONA FVIT · MORS · EXITV *sic*
HONESTO

Descripsi.

[Crediderim significari *Laeti a(editui?) de Capitolio* TH. M.]

19922 cippus quadratus e Tiburtino littera rudi inaequali atque antiquissima SMET. In palatio quondam cardinalis de la Valle HOLM, BOISS. sive Capranicorum, quod dicunt CETERI.

AB · LVCO · LIBITINA
Q · CORVNCANI · STATI
Q · Q · L · EROS
CORVNCANIA·Q·L·CERSTE
IN·FR·P·XIIII·IN·A·P·XIII

Smetius 132, 11 (inde Grut. 971, 8, ex quo Orelli 1378) qui vidit; Manutius orth. 275, 1; Ach. Statius Vallicell. f. 1' et f. 185; Winghius Brux. 2 f. 196; Cittadinius Marc. p. 74; Boissard ms. Holm. f. 46', Paris. p. 101, ed. 3, 143.

1 LIBILINA Man., LIBITINNA Boiss. — 2 CORVNCANIA Stat. — 3 in. O id. — ROS Boiss. — 4 CRES Stat., CARS Wingh., CESTE Boiss. — 5 FR·D·XIII Boiss. (Holm). — AG Wingh — I extantem solus Smet.

10023 in villa Pellucchi extra portam Pincianam.

SERVILIA · C · L · L
SERVILIA · AVCT
LONGO·AB·STATVA·PL

Giorgi sched. Casanat. XVI, qui descripsit a. 1736; Visconti sched. Paris. 7 f. 165'.

2 SERVILI AVG . . . Visc. — 3 cf. *pigmentario negotianti Esquilin, idem ad statuam Planci* supra n. 9673.

10024 domi Papirij ad S. Marcum.

VS NE PHILOCYRIVS
POST AEDEM CASTORIS

Servasse videtur Morillonius cod. Amstel. f. 58'.

1 in NE videtur subesse M·L vel similis quid. — Est *sagarius post aedem Castoris* supra n. 9870.

10025 fragmentum marmoreum repertum a. fere 1853 in suburbano Romano, museoque Vaticano donatum a Petro Matranga (*Gall. lap.* amme genus 1).

NIO · M · L
DOTO
·POST·ATRIVM·LIBER*tatis*
·PICATE·SP·F·COL·SVB
KI·T·L·PRIMI
L · IN·AGR·P·XI

Descripsit de Rossi; contulit Schmidt. *Bull. dell' inst.* 1853 p. 136 acceptum a Matranga.

4 in. punctum post A certum est; tamen videtur intellegendum *Apicati*.

10026 fragmentum tabulae marmoreae in scalis aedium Conservatorum muro recens insertum.

VS NECTAREVS
VS · DE · HORREIS · AGRIPPIA
nis sibi et suis · LIBERTIS · LIBERTABVSQ
*poste*RISQVE · EORVM
*hoc monum*ENTVM · EXTERVM · HEREDEM
*ne sequat*VR NEVE·DE NOMINE·NOSTRO
exeat

Descripsi cum Dresselio.

10027 in caupona prope S. Theodori sub Palatino LVP. (Sev.) — S. I. n. (Vatic.).

c. *m*/ENAS · C · F · PVP · NIGER
. . . *a*B · IANO · MEDIO · SIBI · ET
m/ENATIAE · C · L · VRBANAE
c. SVFENATI · C · L · ARGYNNO
b C · SVFENATI · C · L · ANTEROTI
c. SVFENATI · C · L · PRIMIGENIO
EX TESTAMENTO · HS CCIↃↃ
ARBITRATV
ARGINNAE · C · L · VERANAE

Lupi Vatic. 9143 f. 76 qui vidit a. 1729, S. Severa p. 129; inde Mur. 1561, 12 qui expletam edidit ut integram.
De iano medio cf. Cic. de off. 2, 25; Philipp. 6, 5; Horat. sat. 2, 3, 18; huius vol. n. 5845.

10028 fragmentum repertum in sepulcro ad viam Aureliam sito, extabat in villa Pamphilia, ubi a. 1856 frustra quaesivimus.

a |·THEATRO·MAR|*cel*

Descripsi a. 1845.
Est *sagarius a theatro Marcelli* supra n. 9866.

10029 in pavimento basilicae S. Pauli MARO. Nunc supersunt fragmenta *a. b. c* in coenobio eodem.

a *b* *c* *d* *e*
HIC RE|QVIESCIT IN|*p*ACE LAV|*RENTIVS PATRENVS*
REGIO|NE SECVNDE Q|VI VIXIT ANNV|*S FERE XL* RT|*VIT* ... *cons.* a. 339

Descripsit de Rossi *a. b. c* et edidit totam inscr. christ. 1, 439, 972. Habent Margarini ms. f. 213. 215. 228, idem *c. d. e* ed. n. 99 (inde Mur. 418, 6) et Nicolai *bas. di S. Paolo* 196, 386.
Cum non fuerint patroni regionum, haud improbabiliter restituit Rossius v. 1 ex. *pistorum*.

10030 in pavimento ecclesiae S. Clementis.

*cervi*VOS
|VNT
|ACVCLARIVS CV|
|ADEODATA FECER|

Descripsit de Rossi. Habet Cistadinius Vatic. 5253 f. 273.

10031 fragmentum tabulae marmoreae. In repositis musei Laterani.

|MARTIAL
|RIARIVS
|COISSA ·
s|VO · CARISS

Descripsit Detlefsen.
2 potest fuisse *vina*]*riarius*.

10032 tabula marmorea. In repositis musei Laterani.

CVLO|
ITEM · IA|
MARCIA|
SVPRA|

Descripsi.
4 videtur esse officium quoddam.

10033 tabella marmorea. In repositis musei Laterani.

|PRIMA
|RIX
hic sit|A · EST

Descripsi.
2 potest esse *ornatrix* vel *sarcinatrix* vel aliud.

10034 in S. Nicolai in Carcere.

|VLARIO
vixit · XX

Manutius Vat. 5241 p. 687.
1 potest esse *cubic*]*ulario*, *ins*]*ulario*, aliud.

Sequuntur n. 10035. 10036, qui videntur referendi esse ad insignia tabernarum aut hospitiorum, cf. Iordan *archäol. Zeitung* 1872 p. 65 seq. Adiunximus inscriptionem n. 10037.

10035 basis marmorea. In villa Sinibalda MAFF. — Nunc in museo Vaticano (*Pio-Cl. stanza del Meleagro*).

in latere dextro: *pinus* — D · M / TI · OCTAVI / DIADVMENI — *in latere sinistro:* AD / PI / NVM

Descripsi. Maffei M. V. 276, 2; Cardinali *iscr. ant. ined.* n. 390.

10036 anaglyphum marmoreum rudis operis. In domo Caelia (l. Caesia) SMET., in aedibus (*vel* hortis) Caesiorum, vel similiter PIGH. KNIBB. STAT. CIACC., prope templum S. Petri in Vaticano, addit OVD.; in hortis ducis Aquaespartae PTOL. — Nunc in museo Berolinensi.

articulae duae
tres Gratiae nudae *femina velata*
vaser esse conspicuae *sedens*
AD · SORORES · IIII

Contulit Bormann. Smetius ms. Neap. p. 108, ed. 32, 8 (inde Grut. 93, 4); Pighius Berol. f. 291 (inde Beger thes. Brand. 3, 272 imaginem) imaginem; Knibbius Berol. p. 55; Ach. Statius Vallicell. f. 163; Ciacconius cod. Maxim. f. 18; Gudius ms. 408, 4, ed. 296, 1; Ptolemaeus sched. Senens. 2, 90 (inde Mur. 489, 6); Fabretti de aquis diss. 2 p. 105 (p. 95 ed. 2), aeri incisam tab. XIV; Iordan *arch. Zeitung.* 1872 p. 65 imaginem.

10037 marmor exiguum litteris satis bonis apud cardinalem Borgia.

HIC · AD PIETATIS
AD · CATEDRAS *sic* ...
DVAS

Marini sched. Vatic. 9123 f. 70, Arv. 594.
Marinius conicit verbis *ad catedras duas* significari viam aliquam.

Denique subiecimus nomina artificum statuis subscripta.

10038 litere sub caballis marmoreis SIGN. (Barb.), in monte Cavalli subter cavallos marmoreos POSTERIORES, in loco qui dicitur *lo cavallo* CYR., sub imaginibus equorum et gigantum iuxta domos Cornelii ALC. (cf. Iordan topogr. 2 p. 527). — S. l. ALB. — Inscriptiones, quae in basibus statuarum in monte Quirinali nunc visuntur, ad exemplum antiquum recens incisae sunt.

a *b*

OPVS PRAXITELIS OPVS FIDIAE

Exhibet primo sylloge Signorilii n. 55 (supra praef. partis primae p. XXIV). Inde pendent Felicianus Marc. f. 82', Veron. f. 140 (inde Ferrarinus Traiect. f. 92', Reg. f. 16); Marcanova Bern. f. 51', Mut. f. 58; cod. Redianus f. 13; cod. Altempsianus Chisianus f. 29'; Lilius Helmst. f. 92'; Io. Bembus f. 48. Habent praeterea Cyriacus Parm. f. 90', quem a sylloge Signoriliana pendere perperam, ut videtur, dixi ad eiusdem n. 55; Alcintus Feae f. 38 = Choler f. 81; Albertinus f. 45; Andreas Fulvius f. 23.

a PRASSITELIS syll. Sign. (Barb. Trai.), PRASITELIS eadem Chis. I, PRAXITELIS ceteri, nisi quod PRAX TELIS Cyr. — *b* PHIDIAE nonnulli ex exscriptoribus Sign. (Fel. Marc. Red. Bemb.) et Alc. = Chol., FIDIAE ceteri, recte opinor.

10039 in basi permagna MET., basis quadrata WAELSC. Ante portam inibi (praecedit: in Iacobi Hispanorum coenobio) MET. A tergo Panthei in domo lapicidae cuiusdam WAELSC. *Innanzi la porta di Alessandro Crescentio presso S. Marco* MAN.

OPVS·BRYAXIDIS

Metellus Vatic. 6039 f. 256 'exscr. Ludovicus Budaeus 1547'; cod. Waelscapple f. 38; Manutius Vatic. 5241 p. 48 (inde cod. Barberin. 34, 73 f. 4 et Donius Barb. f. 595, ed. 2, 23, ex quo Mur. 472, 7)

BRAXYLIDIS Met.

10040 *base a zoccolo marmoreo rinvenuto* (a. 1871) *presso l'angolo N. O. della basilica Giulia dalla parte del vico Iugario* LANC.; *rinvenuto nelle escavazioni del foro, ora collocato sopra pilastrino di costruzione moderna nella basilica Iulia* ROSSI.

OPVS·POLYCLITI

Contuli. Lanciani *bull. dell' inst.* 1871 p. 245; de Rossi *bull. arch. mun.* 1874 p. 176; Iordan eph. epigr. III p. 277, 33.

10041 *base a zoccolo marmoreo di statua* longa m. 0,72, alta m 0,20, lata m 0,67, *rinvenuto in una chiavica nella via di S. Omobono presso la piazza della Consolazione* ROSSI 1874; *presso la piazza Montanara* LANC. 1875. Pertinere ad forum credidit idem.

OPVS·PRAXITELIS

Contuli. De Rossi *bull. arch. munic.* 1874 p. 174 imaginem; Lanciani l. c. 1875 p. 29; Iordan eph. epigr. III p. 277, 35.

10042 basis similis, cuius fragmentum *a* repertum est annis his proximis in eruderando foro, *b* iacebat ad columnam Phocae: prostat in basilica Iulia in pila recens extructa.

a b

OPVS·TIM|ARCHI·

Contuli. De Rossi *bull. arch. municip.* 1874 p. 177, qui primus composuit; Iordan ephem. epigr. III p. 277, 34.

10043 basis magna marmorea longa m. 1,76, lata m. 1,20, alta m. 0,80 reperta '*il giorno 18 Aprile in via di S. Angelo in pescheria incontro la porta laterale della chiesa, essendosi rotto il selciato per risarcire una fogna*' LANC., similiter FIOR. — Nunc in aedibus Conservatorum.

a in parte superiore basis litteris saeculi fere tertii:

OPVS·TISICRATIS

b litteris saeculi primi:

CORNELIA·AFRICANI·F

GRACCHORVM

Recognovi. Lanciani *bull. dell' inst.* 1878 p. 209 seq. et *bull. arch. comun.* 1878 p. 99; Fiorelli *notizie* 1878 p. 133; Gori *archivio* III p. 46; ephem. epigr. IV p. 284 n. 816.

De statua Corneliae Gracchorum matris Plinius n. h. 34, 31 *extant Catonis in censura vociferationes mulieribus statuas Romanis in provinciis poni, nec tamen potuit inhibere, quominus Romae quoque ponerentur, sicut Corneliae Gracchorum matri, quae fuit Africani prioris filia. Sedens huic posita soleisque sine ammento insignis in Metelli publica porticu, quae statua nunc est in Octaviae operibus.* De Tisicrate idem l. c. 34, 67; cf. Brunn *Künstlergesch.* I p. 410. — Inscriptionem opus Tisicratis Mommsenus putat indicare statua Corneliae sublata alteram postea eidem basi impositam esse factam a Tisicrate.

Tituli n. 10040. 10041. 10042. 10043 ob litterarum formam plane similem saeculo alteri aut tertio p. Chr. n. certo attribuendi sunt (cf de Rossi *bull. arch. mun.* 1874 p. 181 et imago tituli n. 10041 p. 174; item Lanciani *bull. dell' inst.* 1878 p. 209 seq., *bull. arch. mun.* 1878 p. 99). Quod autem Rossius l. c. ex huius vol. n. 1658a—d coniecit Gabinium Vettium Probianum praef. urb. statuas illis nominibus inscriptas in basilicam Iuliam transtulisse, de n. 10040. 10041. 10042 probabile est, de n. 10039 dubium. Certe basis similiter inscripta (n. 10043) a loco, ubi antiquitus fuit, non ablata est. — Inscriptiones statuarum montis Quirinalis (n. 10038) propter nomen Phidiae littera F scriptum Mommsenus observat difficile esse credere incisas esse ante saeculum quartum medium, quippe quae publica auctoritate incisae sint; cf. *Hermes* XIV p. 73.

TITVLI AD LVDOS PERTINENTES.

A. TITVLI AD LVDOS CIRCENSES PERTINENTES.

10044 basis marmorea. Statuam gladiatoris esse impositam add. GRVT. fraude Gutenstenii. In vetere aede S. Luciae POMP., in S. Lucia vetere prope Tiberim IVC., *nel rion di Ponti sotto la chiesa di S. Lucia vecchia, ove ora si chiama piazza Patella presso il Tevere* LIG., similiter DVP. — In palatio Tib. Ceuli ad viam Iuliam vel similiter CIACC., WINGH., GRVT., BON., *comparata da gli eredi del card. Montepulciano*, addit BARB., in via Iulia REIN. — In villa Pinciana Borghesiorum MONT. SEG.; ibi adhuc extat prope portam villae, ex qua exitur versus portam urbis Pincianam.

palma
VICTORIA
VENETIANORVM
SEMPER
CONSTET
FELICITER
palma

Descripsit Gatti, contuli ipse. Exhibent Pomponius sched. n. 112 apud Gammarum f. 68; Iucundus Veron. f. 99', Magl. f. 87 (inde Masochius f. 86; Pighius cod. musei f. 29); Ligorius Neap. l. 34 p. 155 (inde Dupérac *Ill.* f. 94 et Nicolaus Alemannus not. in historiam arcanam Procopii p. 24, ex quo Reinesius 5, 32); Povillon cod. Brux. 3821 f. 41 acceptam, ut videtur, ab Antonio Augustino; Ciacconius Raff. f. 76'; Winghius Brux. I f. 9'; Sirmondus Paris. suppl. Lat. 1419, 241; Gruterus 1075, 9 acceptam a Gutenstenio; Donius Vatic. 7113 f. 95; cod. Barberin. 30, 89 f. 529; Montelatici *villa Borghese* p. 10 (inde citat E. Q. Visconti *Pio-Cl.* V p. 212); Seguier Paris. f. 211. De sinceritate dubitant Grut. l. c. et Maffei a. c. l. p. 410; defendit Marini *Arv.* 637 n. 719.

Pomponius praefixit verba BENE VTINAM VIVAS. — 4 om. Ligor. (Dup. Alem. Reines.).

10045 cippus lapide Tiburtino BON. S. I. GRVT. — Ad portam S. Pancratii in postibus portae villae privatae Hieronymi Testae BARB. 30, similiter BARB. 29, in vinea Hieronymi Testae 1629 SVAR., in stipite ianuae in vinea via quae ab Aurelia ad viam fornacum regreditur retro vineam Torni BON., vinea S. Officii ad fornaces FABR.

DECVRIONIBVS
ET · FAMILIAE
PANNI RVSSEI
C · CEIONI · MAXIM
QVAESTORE
YPEREGO
IN FR · P · XXII
IN AGR · P · XX

Gruterus 1021, 3 acceptam ab Ursino, cuius schedae citantur ad Grut. ed. 2; cod. Barberin. 29, 148 manu Holstenii plumbo scriptam, et 30, 92 f. 35; Suaresius Vatic. 9140 f. 217' ex schedis, ut videtur, Turrigii; Bonarroti Marucell. A, 43 p. 91; Fabretti 671, 2.

Neglegunt litteras extantes et contignatas Grut. Suar. Fabr., solas contignatas Barbb. — 3 L·ANNI· Grut. — 4 CEION· Barb. 29. — MAXIMI Grut. Suar. Fabr. — 5 QVAESTORES Barbb., QVAESTOR/ Bon. — 6 YPERECO Suar. Bon. — 7. 8 XXI bis Bon. — 8 AG Suar.

10046 tabula marmorea. In loco qui vulgo dicitur Spoglia Christi, et in domo quondam Corbii, quam nuper emit ill. D. Iulia de Comitibus VICT., in domo quondam Ioh. Coritii in foro Traiani SMET., similiter CETERI.

FAMILIAE · QVADRIGARIAE · T · AT · CAPITONIS
PANNI · CHELIDONI · CHRESTO · QVAESTORE
OLIAE · DIVISAE · DECVRIONIBVS · HIIS · Q · IF · S · E
M·VIPSANIO MIGIONI EROTI TENTORI
DOCIMO VILICO M·VIPSANIO FAVSTO
CHRESTO CONDITORI HILARO AVRIG
EPAPHRAE SELLARIO NICANDRO AVRIG
MENANDRO AGITATORI EPIGONO AVRIG
APOLLONIO AGITATORI ALEXANDRO AVRIG
CERDONI AGITATORI NICEPHORO SPARTOR
LICCAEO AGITATORI ALEXIONI MORATORI
HELLETI SVCCONDITORI VIATORI
P·QVINCTIO PRIMO
HYLLO MEDICO
ANTEROTI TENTORI
ANTIOCHO SVTORI
FARNACI TENTORI
M·VIPSANIO CALAMO
M·VIPSANIO DARRO

Metellus Vatic. 6039 f. 251' 'exscr. Ludovicus Budaeus 1547, P(etrus) V(aroundellus) etiam exscr', 6040 f. 61'; Pingonius Taur. f. 24' a Budaeo; Smetius ms. Neap. p. 220, ed. 47, 4 (inde Grut. 339, 5) qui vidit; Ligorius Taur. 15 f. 58', in codice Viscontii f. 25 manu secunda; Victorius cod. Monac. Lat. 743 f. 73. Habet etiam Panvinius de lud. circens. p. 42.

1 FAT· Lig. (Taur.). — 2 P·ANNI Smet. (ed.) Vict. — QVESTORE Smet. — 3 DIVISSAE Vict. — Q·I·F·S·S Lig. (Taur.). — 4 MIGIONI Met. 6040 Lig., MVGIONI Met. 6039 Ping. Smet., MVCIONI Vict. — 5 DOCMO Met. 6039 Ping. — VILLICO Met. 6040 Lig. — 7 EPAPHRO Smet., EPAPHRE Ping., EPAPHORAE Vict. — CELLARIO Met. Ping. Lig. Vict. — 10 SPARTORI Lig. (Visc.) Vict. — 11 MVRATORI Met. 6040. — 12 VIATORI om. Met. 6040. — 13 QVNCTIO Lig. (Visc.). — 17 PARNASSI Ping., FANNACI Lig. — 19 DAFRO Ping.

1. 2: *familiae quadrigariae T. At(ei) Capitonis panni chelidoni.* Propter formam *heis* v. 3 difficile est titulum posteriorem credere aetate Augusti, eandemque aetatem significant nomina T. Atei Capitonis et M. Vipsanii. Tamen cum tum duae fuerint factiones albata et russata, nec credibile videatur russatam nomine chelidoniae dictam esse, contra Domitianus *factionem purpurei panni addiderit* (Sueton. Domit. c. 7), propter verba autem Plinii (h. n. 37, 154: *Chelidoniae duarum sunt generum, hirundinum colore, ex altera parte purpureae et aliae in purpura nigris interpellantibus maculis*) videatur purpureus pannus dici potuisse chelidonius, ad hanc interpretationem confugiendum videtur. Fortasse tamen recte coniecit Mommsen initio colores factionum non fuisse certos.

Hoc titulo videtur excitata esse ea fraus Ligorii, ut vel ipse incideret vel incidendos curaret duos titulos qui nunc sunt in museo Neapolitano (Grut. 340, 2. 3; Mommsen I. N. 6906. 6907).

10047 in ipsa via Flaminea EINS. Ex eodem monumento haud improbabiliter creduntur ablata esse (*bull. d. commissione archeologica comunale* 1877 p. 201) quae a. 1877 in destruenda turri dextra portae populi reperta sunt '*sei o sette grandi frammenti marmorei di un bassorilievo, esprimente, alla grandezza di circa due terzi del vero, una serie di quadrighe spinte a gran corsa presso le mete del circo; in alcuno di essi frammenti si vede ancora la parte inferiore della persona dell' auriga*'.

a

P·AELIVS·MARI·ROGATI·FIL·GVTTA
CALPVRNIANVS
EQVIS·HIS·VICI·IN FACTIONE·VENETA
GEMINATORE·N·AF· LXXXXII
SILVANO·R·AF· CV
NITID·GIL·AF· LII
SAXONE·N·AF· LX
ET·VICI·PRAEMIA·M·L̄·I·XL·IX·XXX·XVII

c item in ipso monumento (EINS.):

P·AELIVS·MARI·ROGATI·FIL·GVTTA
CALPVRNIANVS
MILLE·PALMAS·COMPLEVI·IN FACTIONE·PRASINA
EQVIS·HIS
DANAO·B·AF· XIX
OCEANO·N CCVIIII
VICTORE·R CCCCXXIX
VINDICE·B CLVII
ET·VICI·PRAEMIA·MAIORA·XL·III·X̄X̄X̄·III

b item ibidem in ipso monumento (EINS.):

EX NVMERO·PALMARVM·SVPRA·SCRIPTARVM·ↀCXXVII·VICI·IN FACTIONE·ALBATA·CII
REMISSVS·II·X̄X̄X̄·I·X̄L̄·I·A POMPA·IIII·EQVORVM·ANAGONVM·I·SINGVLARVM·LXXXIII·
BINARVM·VII·TERNARVM·II·IN FACTIONE·RVSSATA·VICI·LXXIIX·REMISSVS·SEMEL·X̄X̄X̄·I
QVATERNARVM·I·SINGVLARVM·XLII·BINARVM·XXXII·TERNARVM·III·QVATERNARVM·SEMEL
IN FACTIONE·VENETA·VICI·DLXXXIII·X̄X̄X̄·XVII·SEIVGE·I·XL·VIIII·L̄·I·A POMPA·XXXV·TRIGAS
X·VII·TRIGA·XXV·I·EQVORVM·ANAGONVM·I·SACRO·QVINQVENNALIS·CERTAMINIS·I·REMISSVS
SEMEL·SINGVLARVM·CCCXXXIIII·BINARVM·CLXXXIV·TERNARVM·LXV·IN FACTIONE·PRASINA
VICI CCCLXIV·X̄X̄X̄·I·XL·II·PEDIBVS·AD QVADRIGAM·LXI·A POMPA·VI·SINGVLARVM·CXVI
BINARVM CLXXXIIII·TERNARVM·LXIIII·HOC·MONVMENTVM·VIVVS·FECI

Servavit anonymus Einsiedlensis n. 53. 54. 55, quem vide in parte prima p. XIII: inde per Mabillonium Mur. 623, 3 et solos nn. 53 et 55 Fabretti 276, 165. 166; ex utroque Orelli 2593. Illustravit optime Ludovicus Friedlaender *Sittengeschichte Roms* 2^3 p. 482 seq.; nonnulla correxit Mommsen eph. epigr. 4 p. 250.

Vv. divisio incerta. In titulo proponendo Einsiedlensem secutus sum ita, ut et lineolis supra numeros collocatis distinguerem numeros millenarios, et saepius puncta adderem. Traditur enim: *a* 8 L·IXL·I·XXXXXVII; — *b* 2 II·XXXI·XLI·, — 3 LXXII·X, — XXXI; — 5 D·LXXXIII·XXX·, — XL·VIIII·L·I·, — 6 XV·II·TRIGA·XXVI; — 7 CCC·XXXIIII, — CLXXXI·V; — 8 CCCLXI·V·XXX·I·XL·II; — *c* 3 MILLI; — 9 X̄LIII·XXX·III. — *c* 4 quod in. est QVATERNARVM·I, ex. QVATERNARVM·SEMEL, videtur idem bis scriptum esse.

a

P. Aelius Mari Rogati fil(ius) Gutta Calpurnianus
equis his vici in factione veneta:

Germinatore n(igro) Af(ro)	*LXXXXII*
Silvano r(usseo) Af(ro)	*CV*
Nitid(o) gil(vo) Af(ro)	*LII*
Saxone n(igro) Af(ro)	*LX*
et vici praemia m(aiora)	
(ad sestertium) L (milia)	*I*
(ad sestertium) XL (milia)	*IX*
(ad sestertium) XXX (milia)	*XVII*

c

P. Aelius Mari Rogati fil(ius) Gutta Calpurnianus
mill[e] palmas complevi in factione prasina equis his:

Danao b(adio) Af(ro)	*XIX*
Oceano n(igro)	*CCVIIII*
Victore r(usseo)	*CCCCXXIX*
Vindice b(adio)	*CLVII*
et vici praemia maiora	
(ad sestertium) XL (milia)	*III(?)*
(ad sestertium) XXX (milia)	*III(?)*

b

Ex numero palmarum supra scriptarum ↀCXXVII

vici in factione albata	*CII*
remissus	*II*
(ad sestertium) XXX (milia)	*I*
(ad sestertium) XL (milia)	*I*
a pompa	*IIII*
equorum anagonum	*I*
singularum	*LXXXIII*
binarum	*VII*
ternarum	*II*
in factione russata vici	*LXXIIX*
remissus	*semel*
(ad sestertium) XXX (milia)	*I*
quaternarum	*I*
singularum	*XLII*
binarum	*XXXII*
ternarum	*III*
quaternarum	*semel*
in factione veneta vici	*DLXXXIII*
(ad sestertium) XXX (milia)	*XVII*
seiuge	*I*
(ad sestertium) XL (milia)	*VIIII*
(ad sestertium) L (milia)	*I*
a pompa	*XXXV*
trigas (ad sestertium) X (milia)	*VII*
triga (ad sestertium) XXV (milia)	*I*
equorum anagonum	*I*
sacro quinquennalis certaminis	*I*
remissus	*semel*
singularum	*CCCXXXIIII*
binarum	*CLXXXIV*
ternarum	*LXV*
in factione prasina vici	*CCCLXIV*
(ad sestertium) XXX (milia)	*I(?)*
(ad sestertium) XL (milia)	*II(?)*
pedibus ad quadrigam	*LXI*
a pompa	*VI*
singularum	*CXVI*
binarum	*CLXXXIIII*
ternarum	*LXIIII*

Hoc monumentum vivus feci.

Titulos monumenti non omnes esse servatos vel id indicat quod *b* 1 est *palmarum supra scriptarum ∞CXXVII*. Nec videtur esse dubium, quia ipsa inscriptio primaria perierit. Incertum autem est num, ut in titulis *a* et *c* recensentur victoriae reportatae in factionibus veneta et prasina, in aliis enumeratae sint victoriae factionum albatae et russatae. Eas Mommseno magis placet praetermissas esse, quippe quae longo minoris momenti essent, cum factionum studia illa aetate fere ad venetos prasinos-que rediissent. Iam primum titulum *b* optime illustrans Friedlaender id quoque probavit verba fere non corrupta esse, nisi quod in v. 2 vel 3 is sit error, ut numerus x aliquo loco interciderit. Nam refertur numerus palmarum, vicisse autem dicitur

in albata	102	russata	78	veneta	583	prasina	364 = 1127
singular.	83	singular.	42	singular.	331	singular.	116
binar.	7	binar.	32	binar.	184	binar.	184
ternar.	2	ternar.	3	ternar.	65	ternar.	64
		quatern.	1				
	92		78		583		364

NORE · DENT · CEDANT · CONDONEN	*vendant, pig]nore dent, cedant, condonen[t; eius autem qui ex his decesserit portionem*
C · IN RER M · NATVRA · ESSET · VN	*reliquis volo adcrescere, done]c in rerum natura esset un[us eorum. Quodsi liberti libertaeque in rerum*
SIERIN / / VNC · AD · LIBERTORVM	*natura omnes esse de]sierin[t, t]unc ad libertorum [meorum posteros, donec in rerum natura esse*
NERE · QVODSI · ESSE DESIERIT ·	*unus eorum, idem volo perti]nere; quod si esse desierit [ultimus eorum . . .*

tribuant concedant v. 56. 60 et quae infra de vestiario dicuntur. Sunt autem, quantum intellegitur, numero tria. — Ex primo hoc solum remansit fideicommissario destinari praeter alia denarium V milia. — Secundum datur ancillae post manumissionem videlicet, sive testatoris ea fuit sive aliena; quid vero eo contineatur, parum apparet. — 59 Henzeno lectio certa esse visa est THALIVM; fuit sine dubio THALLVM. — Arcula muliebris (Cicero de off. 2, 7, 25) fortasse non casu coniungitur cum ornatore. — Tertio loco libertis quibusdam vestiarium annuum legatur secundum consuetudinem, cuius passim meminerunt iuris auctores (Dig. 34, 1, 17: *pedisequis meis . . . . singulis menstrua cibaria et annua vestiaria certa*; 34, 1, 16 pr.: *omnibus libertis menstruos septem et annuos vestiari nomine decem legavit*; al.). Id legatum cedere initio cuiusque annorum eorum ad quos testator id extendit cum iuris regula convenit (Dig. 36, 2, 12, 1: *Labeo et Sabinus et Celsus et Cassius et Iulianus in omnibus, quae in annos singulos relinquuntur, hoc probaverunt, ut ab initio cuiusque anni legati huius dies cederet*). Solebant autem vestiaria non directo dari, sed per fideicommissum (Dig. 34, 1, 13: *Gaio Seio trecentos aureos legavit, ut ex usuris eius summae libertis cibaria et vestiaria praestaret*; ib. l. 18, 5: *cibaria et vestiaria per fideicommissum dederat*). — 65 fin. INITIO-C Henzenus legit addens extremam lineolam casu effectam esse posse.

66—87 sequitur aliud legatum cum fideicommisso coniunctum (v. 66: *infra scriptis c[ondicionibus]*) datum ut videtur Septimae materterae; certe ea quoque quae in principio perscripta sunt nobili mulieri legari ex loco de mulis v. 71 colligitur, nec quicquam impedit, quominus omnia ad eandem referamus. Hoc ex consuetudine fit, ut legatariis dare se testator scribat, fideicommissa autem interposita epistularem formam sequantur. — Ad singula quod attinet, v. 67 non lancem restitui cum Rudorffio (qui confert Dig. 32, 102, 1. 34, 2, 31), sed pateram cum prioribus; nam lances ex argento fieri solebant. — Cum legato mularum componi potest inter alia, quod, cum vir uxori legasset quidquid eius causa comparatum esset, *quaesitum est, an carruca dormitoria cum mulis, qua semper uxor usa sit, ei debeatur* (Dig. 34, 2, 13). — Ad v. 75 apte attulit Rudorffius caput testamenti Dig. 34, 2, 6, 2: *heredem meum volo fideique eius committo, ut in patriam meam faciat porticum publicam, in qua poni volo imagines argenteas, item marmoreas*, neque absimile veri est testatorem cavisse, ut haec collocarentur Cordubae in aedificio eo de quo supra cautum est. — V. 77 manumissio inserta est, sine dubio fideicommissaria, ut servi ii de quibus agitur et ipsi materterae testatoris legarentur. — V. 80. 81 e contrario manumissio videtur interdici et de servis quibusdam quiddam praescribi ad exemplum clausulae cuius meminit constitutio Cod. Iust. 3, 36, 51: *ut unus quidem in perpetuis vinculis moraretur, alter vero exportandus venum daretur.*

88—97 cavetur de memoria defuncti colenda per libertos eius ad exemplum capitis eius quod servavit Scaevola (Dig. 33, 2, 34 pr.): *libertis libertabusque meis et quos in codicillis manumisi fundum, ubi me humari volui, dari volo, ut qui ab his decesserit, portio eius reliquis adcrescat ita ut ad novissimum pertineat: post cuius novissimi decessum ad rem publicam Arelatensium pertinere volo.* Heredes iubentur libertis fundum mancipare impositis condicionibus in testamento perscriptis, ut secundum notissimam cautionem T. Flavius Syntrophus *prinsquam hortulos . . . . Athalo liberto suo mancipio daret, tes[tatus est se in hanc condi]cionem*

VTEM · IN TAM · MVLTAS · PARTES	*Cum a]utem in tam multas partes [id praedium distribuerim*
NES · VN VERSA · POSSIDERE · REL	*nec pariter om]nes un[i]versa possidere rel[icta sibi possint, ... ex iis*
CHILLEN · HELIOPAEDEN · CYM	*curatores praedii eius A]chillen, Heliopaeden, Cym[aeum? constituo, unorum autem, quibus in id*
ATOREM · SVBSTITVI · CVRATORI	*ius est, suffragio cur]atorem substitui curatori [qui decesserit iubeo, et ab eorum uno, quem ipsi*
ALIMENTA · OMNIA · COMPVTAI	*curatores elegerint,] alimenta omnia computar[i et reditus distribui volo. Sic*
IMO · VT · AB VNO · OMNIA · PERCIP	*enim effectum iri exist]imo, ut ab uno omnia percip[iant omnes*
EDVM · MEORVM · COMMITTO · T	*Fidei omnium her]edum meorum committo, t[uae autem maxime, carissima filia,*
ARIS · POST · ME · QVEMQVAM · ILL	*ne pate]aris post me quemquam ill[o loco sepeliri neque eorum quos ipse manumisi*
ERVM · LIBERTORVM · TVORVM · P	*neque in post]erum libertorum tuorum. P[orro monimentum meum colere volo ex libertis*
PVE THAVMASTVM · ET · ANATI	*meis praeci]pue Thaumastum et Anat[ellontem, aditum autem et ambitum*
EE QVOS · SIVE · ANTE · TESTAMEN	*eo volo habere omn]es, quos s[i]ve ante testamen[tum sive testamento posteriore manumisi, praeter*
PLVRIMVM · TIBI · PRAESTITISS	*te, Hymne, qui quamvis]plurimum tibi praestitiss[em . . . .*
E·A · TE · PASSVS · SIM · AVT · TIMVEI	*ipse recordaris qua]e a te passus sim aut timuer[im.*
VRSI · SERVIANI · DOMINI · MEI · ET	*Corpus meum] Ursi Serviani domini mei et [. . . . . curae commendo*
M FERRI · VOLO · PER · SERVIANI · MEI · LI	*. . . . lectu]m ferri volo per Serviani mei li[beros. Monumentum volo . . . liberti cura*
NCTVS · ERO · CONSVMMARI · IN · C	*intra dies . . . . postquam defu]nctus ero consummari, in q[uod impendantur denariorum milia . . . .*
M · REDDERE VOLO · SERVIANO ME	*Sumptuum rationem eiu]m reddere volo Serviano me[o. Item cura eius volo lapidi incidi*
I · ET · PONI · AD LATVS · MONIMEN	*testamenti huius exempla]m et poni ad latus monimen[ti mei. Quisquis heres heredesve*
VM · EOSQVE · ROGO · FIDEIQVE · EI	*mihi erit eruntve, e]um eosque rogo fideique eiu[s eorumque committo, ut quae cui hoc*
.GAVI · EA · VICENSIMIS · OMNIB	*testamento dedi l]egavi, ea vicensimis omnib[us non deductis persolvantur, et aut reddant*
· NOMINE · AVT · VICENSIMAE · N	*quod solutum erit vicensimae] nomine aut vicensimae n[omine cum eo ad quem ea res pertinebit*
CANTVR · A·T · DECIDANT · AVT · IN	*pacis]cantur aut decidant aut in [arbitrum compromittant.*
VE QVO · GE · SCRIPTVM · SIG	*Si quid codicillis aliu]ve quo ge[ner]e scriptum sig[natumque reliquero, valere volo, quasi testamento*
AQVE · RELI · LITVRAE ·	*scriptum signata]que reli[quisse]m. Liturae [inductionesque quae in hoc*
AM · TESTAM · FACTVNDI · ET ds	*testamento inveniuntur, i]am testam[ent]i fac[i]undi [et signandi tempore ibi fuerunt. — Testamentum*
NTIDI AMPANVM · TEST	*scribendum curavi per . . .]ntidiu[m C]ampanum testa[mentarium.*
ANO · ET · TREBATIO · PR	*. . . . Aeli]o H[adria]no et Trebatio Pr[isco cos.*
T · DO · LEGO · DAMNASQ	*Quisquis mihi heres heredesve erun]t, do lego damnasq[ue esto dare*
NO · AVG · GERMANIC	*Imp. Caesari Nervae Traia]no Aug. Germanic[o Dacico . . .*
O · SERECIONI · EIBGV	*Sos]io Senecioni singu[lis*
TI · P · V · OTACILIO · OI	*arge]nti p. V; Otacilio Or[. . . .*
MEDICO · HS · X · I	*. . .] medico (sestertium milia) X. I[tem . . .*
S · HS CCCC · EX · QV	*. . .]s (sestertium milia) CCCC, ex qu[orum reditu*
· EVROTA · LIB	*. . .] Eurota lib[. . . .*
TIONE · DI	*. . .]tione di[. . . .*
C · EX	*. . .]c ex[. . . .*

Descripsit Bormann, contuli ipse cum Iohanne Schmidt. Ed. *notizie del giorno* 1820 n. 21 (d. 25 Mai) et inde paucis mutatis *varietà di notizie* p. 170 fragmentum prius; Ambrosch *ann. inst. arch.* 1831 p. 387 seq. cum tab. II C utrumque (inde Cardinali *dipl.* n. 403); illustrarunt partem priorem Puggé *Rhein. Mus. für Jurisprudenz* I p. 249 seq., utramque Borghesius apud Ambroschium l. c. et plenius opp. 6, 425 seq. et Rudorff *Ztschr. für gesch. Rechtsw.* XII p. 301 seq. (inde Wilmanns 314 et paucis mutatis Bruns *fontes iuris* p. 228 ed. 4).

mancipare. Ad v. 93 prope accedit caput ex testamento alio (Dig. 33, 7, 27, 5): *Sempronio fratri meo hoc amplius fundos meos ita ut instructi sunt Cassianum Numianum cum suis salictis et silvis.* Supplementum [*adiacen*]*tibus* suggessit Bruns; datur fundus *cum silvis quae ei cedere solent* Dig. 32, 93, 4, *cum adiacentibus* Cod. Theod. 10, 8, 1. Pascua saltusque, quae intulit Rudorffius, pro fundi eiusmodi accessionibus accipi non possunt. — Imperfectum *esset* v. 95 egregie defendit citatus a Rudorffio Lachmannus opp. min. 2 p. 225.

98—103 Fundus ut per curatores administretur lisque quomodo fiant cavetur. Simile caput est in testamento Lingonensi (Wilmanns ex. n. 315): *vicibus ex se curatores ad hoc officium nominent qui id officium annuum habeant . . . . mandoque hanc curam Prisco Phoebo Philadelpho Vero posterisque eorum.*

104—106 Rudorffius locum ita supplevit, quasi ii soli qui ab herede testatoris aliquo manumissi essent hoc capite a monumento arcerentur; sed id neque causa erat cur caveretur et verba *post me* magis eo ducunt testatorem vetuisse alium ullum in eo monumento secum sepeliri. Similia leguntur in testamenti Lingonensis capite corrupto quidem et hiante, sed ut intellegatur: *si quis alius aliave umquam in iis pomariis . . . . . combustus sepultusve conlossusve conditusve conditave . . . . .*, item in urbano (Orell. 4362): *te rogo, fili karissime, ne quis velit amplius post me in hoc tumulo aliud inferre.*

107—110 Videtur caveri de memoria colenda per libertos, pariter atque in testamento modo citato: *omnes liberti mei et liber[tae], quos et vivos et quos hoc testamento manumisi, stipem conferant quotannis sin-gul[i nummos . . . . .] . . . . ex quibus edulia [quinque sibi] parent et potui quod profundue infra ante cellam memoriae et ibi consumant [epulo] morenturque ibi donec eam summam consumant.* Deinde postquam dictum est de curatoribus constituendis, pergitur sic: *curatoresque . . . [sacrificent] quotannis in ara . . . . kalendis Aprilibus cet.* Etiam in urbano titulo modo citato post verba supra allata pergitur sic: *et eos, lib(erti) lib(ertae)-que, iubeo praest(are)*, scilicet memoriae colendae officiis fungi.

111—115 continent praescripta de sepultura et monumento. Similia sunt apud Scaevolam (Dig. 31, 88, 1): *a te peto, Titi, fideique tuae committo, uti eneam condendi corporis mei suscipias et pro hoc tot aureos a medio praecipito.*

116—119 caput de vicesima hereditatium non deducenda interpretatione non eget.

120. 121 nota est clausula codicillaris; vide inter alia Dig. 29, 7, 18: *si quid tabulis aliove quo genere ad hoc testamentum pertinens reliquero, ita valere volo*; codicilli testamento confirmati cum praeterea valeant etiamsi non signati sunt, testatori huic contrarium placuit.

121. 122 De lituris Ulpianus (Dig. 28, 4, 1, 1) ait novissime in testamentis solere adscribi '*lituras inductiones superductiones ipse feci.*'

123 Testamentarius quod suum nomen in ipso testamento enuntiat, altero quod sciam exemplo non comprobatur.

124 Dies et consules tabulis adscribi moris fuisse notum est (Dig. 29, 3, 2, 6).

125—133 Codicilline hi sint an pars testamenti, non liquet, cum dies perierit. Potuerunt enim hunc ante signatum testamentum statim ad-

scribi; quod si ita est, pars haec est ipsius testamenti. Ceterum legatorum hoc supplementum est talium, qualia supra habeimus v. 14—23. — In fine deprehendisse sibi visus est Ambroschius litterarum vestigia C (vel G) ·EX (vel V); Henzenus primae litterae nullum, reliquarum exigua tantum et incerta vestigia perspexit.

Addimus recensum eorum qui in testamento nominantur bipertitum ita, ut primum ponantur extranei, deinde quos certum est probabilevo ad libertos et familiam testatoris pertinuisse.

I. Extranei.

[Imp. Caes. Traia]nus Augustus Germanic[us Dacicus] 126.

. . . ustius Acnathus 24.

[Ael]ius H[adri]anus 124, consul anni 108 (vide p. 1349) is qui postea imperavit.

Agrius Phoebus 25.

Agrius Servatus 25.

Appuleius Nepos 23. — Nepos is, ad quem Plinius passim scripsit, magis est P. Metilius Nepos.

Atrius M . . . . 27.

. . . . . . [A]uspicatus 18. — Potest fuisse A. Curtius Auspicatus Titinnianus qui Aspendi theatrum fecit (vol. III n. 231).

. . ntidiu[s C]ampanus, scriptor ut videtur testamenti, 123.

Cornelius . . . . 17. — Cum praecedat . . . *Secundus*, non sine probabilitate huc rettulerunt verba quae ad Tacitum scribit Plinius ep. 7, 20: *etiam in testamentis debes adnotasse: nisi qui forte alterutri nostrum amicissimus, eadem legata et quidem pariter accipimus.*

Cornelius Senex 28.

Da[sumia] . . . . 11.

Fabius Rusticus 24. Sine dubio rerum scriptor laudatus a Tacito Agric. 10, ann. 13, 20. 14, 2. 15, 61. Ad eundem videtur scripsisse Plinius epistulam 9, 29.

Fabul . . . 19 loco nominis; sed potest fuisse *Fabullae eius* similiterve.

Ianuari[us] 21.

Iulius . . . . 15. 28.

Iulius Threptus 28.

L. Iulius Ursus Servianus consul II a. 102, III a. 134: *Ursus Servianus dominus meus* 111. — *Servianus meus* 112. 114. — *[f]ilia Serviani* 8, ubi item potest uxor intellegi, ut fuerit puta *[Sext]ilia Serviani*; sed illud praeferendum. Filia Serviani postea nupsit Fusco Salinatori filiumque ei peperit a. 118. Cf. index Plinianus p. 415 421.

[I]unius Avitus 20. Tribunus legionis sub Serviano (Plinius ep. 8, 23); familiaris Plinii (ind. Plin. p. 418).

[Mi]nicius Iustus 19. Familiaris Plinii (ind. Plin. p. 419).

. . . . us Nepos 22. Potest fuisse et Licinius Nepos et Metilius Nepos noti uterque ex epistulario Pliniano.

Otacilius Or . . . . 26. 128.

Pontius Laelianus 20. Potest esse Pontius is ad quem scripsit Plinius (ind. Plin. p. 428). Eiusdem nominis fuit consul a. 109 (supra n. 1497).

. . . . . [Pro]culus iurisconsultus 27. Proculus caput scholae iuris auctorum ab eo deinceps appellatae cum temporis ratione excluditur, alter hic ignotus est potestque adeo de Siculo quoque similive cognomento cogitari. Proculi plures adsunt inter amicos Plinii.

Re . . . . 23.

Sat . . . . . 22. Cogitant commentatores de Satrio Rufo Plinii amico (ind. Plin. p. 425).

. . . . . Secundus 17. Ad Plinium cur referatur, supra vidimus in Cornelio.

[Sem]pronius Cresce[n]s 21. Quod nomen redit in tenui homine tituli urbani Grut. 704, 7, fortuitum est.

Septuma Secundin[i] — sic 79 — sive Septuma — sic 83. 85 — matertera fuit testatoris. Secundum vocabulum magis crediderim mariti esse quam ipsius cognomen alterum.

[Sos]ius Senecio 127 consul a. 99 et denuo a. 107. A Plinio ad eum scriptae epistulae plures extant (ind. Plin. p 426).

Trebatius Pr[iscus] 124 consul a. 108 (vide p. 1349).

Tullius [V]arro 22. Eidem filioque eius idem P. Tullius Callistio Tarquiniis statuas dedicavit, in quarum inscriptionibus pater, qui fasces gessit hac aetate anno incerto, appellatur *P. Tullius Varronis f. Stel. Varro* (Henzen 6497 cf. 6622), filius *L. Dasumius P. f. Stel. Tullius Tuscus* (Henzen 6051). Nepos est *M. Dasumius L. f. Stellatina Tullius Varro* (supra n. 1400).

[Va]lerius Hermes 26.

Volusius Iulianus 16.

. . . . . . nnianus 23. Temere rettulit Rudorffius ad Annianum amicum Plinii (ind. Plin. p. 401), quem eundem esse voluit atque L. Minicium Annianum tituli Laudensis vol. V n. 6360.

. . . urus adfinis 29.

II. Liberti et familia.

Achilles lib. 63. 100.
Anatellon lib. 61. 107.
Arrus piscator 36.
Ca . . . . 48.
[C]olonus lib. 47.
C[r]ammicus c . . . . 42.
Cym[aeus?] 100.
Diadumenus cubicularius 68.
Diadumenus notarius 43.
Encolpius actor 86.
Epaphro[ditus] 72.
Eros vestiarius 50.
Eurota lib. 49. 131.
Eutyches cubicularius maior(?) 78.
Faustus sator 70.
Heliopaes lib. 48. 63. 100.
Hymnus 92.
Menecrates 80.
My . . . 40.
Paederos 80.
Philocyrius 73.
Pho[ebus?] 51.
Sabinus notarius 40.
Stephanus dropacator 69. Δρωπακιστής est alipilarius.
Dasumia Syche nutrix 13? 35. 47.
Syn(?) . . . . 13.
[Te]rpnus lib. 63.
Thal[l]us ornator 59.
Thaumastus lib. 61. 107.
Venugus piscator 36.
. . . . . cocus 42.
. . . . . [cu]rsor 86.
. . . . . [d]ispensator 77.
. . . . . tus medicus 72.
. . . . . . medicus 129.
. . . . . [paeda]gogus 51.
. . . . . nomptuarius 44.

10229 *a* fragmentum tabulae marmoreae litteris bonis altis fere m. 0,014; versus distant fere m. 0,005. — In S. Chrysogoni in pavimento nos.; ibidem adhuc in nave sinistra prope ingressum

AELIO·R
ARGENTI *pondo*
EIVS·AR*genti pondo*
MED·HC . . . . . . *argenti p.*
LIBRAS
NOS·DE . . . . *et*
HOC AR*plius*
_ T _SV

Recognovit Dessau. Donius cod. Marucell. A, 293 descriptam ab amanuense.

1 ex. videtur fuisse H — 3 ex. potest fuisse etiam E. — 8 PET Don.; primam litteram T potius fuisse quam C affirmat Dessau.

Frustulum superest ex testamento aliquo: cave tamen coniungas cum Dasumiano, cuius et litterae et versuum intervalla paullo minora sunt.

10230 tabula magna marmorea litteris optimis. *Nella cantina del marchese Rondinini* WINCK., in aedibus olim Rondininiis MAR.; ibi adhuc servatur.

MVRDIAE · L · F · MATRIS
SED · PROPRIIS · VIRIBVS · ADLEVENT · CETERA · QVO · FIRMIORA
PROBABILIORAQVE · SINT
OMNES·FILIOS·AEQVE·FECIT·HEREDES·PARTITIONE·FILIAE·DATA'AMOR
MATERNVS · CARITATE · LIBERVM · AEQVALITATE · PARTIVM · CONSTAT
VIRO·CERTAM·PECVNIAM·LEGAVIT·VT·IVS·DOTIS·HONORE·IVDICI·AVGERETVR
MIHI·REVOCATA·MEMORIA·PATRIS·EAQVE·IN CONSILIVM · ET · FIDE·SVA·AD
HIBITA·AESTVMATIONE·FACTA·CERTAS·RES·TESTAMENTO·PRAELEGAVIT'
NEQVE·EA·MENTE·QVO·ME·FRATRIBVS·MEIS·QVOM·EORVM·ALIQVA *sic*
CONTVMELIA·PRAEFERRET'SED MEMOR·LIBERALITATIS·PATRIS·MEI
REDDENDA·MIHI·STATVIT'QVAE·IVDICIO·VIRI·SVI·EX PATRIMONIO
MEO·CEPISSET'VT·EA·VSSV·SVO·CVSTODITA·PROPRIETATI·MEAE·RESTI *sic*
TVERENTVR
CONSTITIT·ERGO·IN HOC·SIBI·IPSA·VT·A·PARENTIBVS·DIGNIS·VIRIS·DATA
MATRIMONIA·OPSEQVIO'PROBITATE·RETINERET'NVPTA·MERITEIS·GRA
TIOR·FIERET'FIDE·CARIOR·HABERETVR'IVDICIO·ORNATIOR·RELINQVERE
TVR'POST·DECESSVM·CONSENSV·CIVIVM·LAVDARETVR'QVOM·DISCRIPTIO
PARTIVM·HABEAT·GRATVM·FIDVMQVE·ANIMVM·IN VIROS'AEQVALITA
TEM IN LIBEROS'IVSTITIAM IN VERITATE
QVIBVS·DE CAVSEIS·Q·QVOM·OMNIVM·BONARVM·FEMINARVM·SIMPLEX·SIMI *sic*
LISQVE·ESSE·LAVDATIO·SOLEAT·QVOD·NATVRALIA BONA·PROPRIA·CVSTO
DIA·SERVATA·VARIETATES·VERBORVM·NON·DESIDERENT'SATISQVE·SIT
EADEM·OMNES·BONA·FAMA·DIGNA·FECISSE'ET·QVIA·ADQVIRERE
NOVAS·LAVDES·MVLIERI·SIT·ARDVOM'QVOM·MINORIBVS·VARIETA
TIBVS·VITA·IACTETVR'NECESSARIO·COMMVNIA·ESSE·COLENDA'NE QVOD
AMISSVM·EX·IVSTIS·PRAECEPTEIS·CETERA·TVRPET
EO·MAIOREM·LAVDEM·OMNIVM·CARISSIMA·MIHI·MATER·MERVIT'QVOD
MODESTIA·PROBITATE'PVDICITIA'OPSEQVIO'LANIFICIO'DILIGENTIA'FIDE'
PAR·SIMILISQVE·CETEREIS·PROBEIS·FEMINIS·FVIT'NEQVE·VLLI·CESSIT'VIR
TVTIS'LABORIS'SAPIENTIAE'PERICVLORVM' PRAECIPVAM·AVT·CERTE

Recognovimus Dressel Mommsen ego. Fea apud Winckelmann *storia dell' arte* 3 p. 202 (inde Orelli 4860); solos vv. 1—6 Winckelmann in epistula data ad Bianconium c. a. 1758, ed. in *Antologia romana* 1779 VI p. 34; eadem in linguam Germanicam versa extat in eius operibus (ed. Fernow, Dresdae 1808) vol. 2 p. 244; Marini cod. Vat. 9126 f. 154. Cf. Rudorff *Abhandl. der Berliner Akademie der Wissenschaften* 1868 p. 217 seq.

14 in. CONSTITIT correctum ex CONSTSTIT. — 30 litterarum partes inferiores non cernuntur, tamen litterae ipsae omnino certae sunt. — Est laudationis pagina altera.

Murdiae L. f. matris. |
sed propriis viribus adlevent cetera, quo firmiora | *probabilioraque sint.* [1]) |
Omnes filios aeque fecit heredes partitione filiae data. Amor | *maternus caritate liberum, aequalitate partium constat.* |
Viro certam pecuniam legavit, ut ius dotis honore iudici augeretur. |
Mihi revocata memoria patris eaque in consilium et fide sua adhibita aestumatione facta [2]) *certas res testamento praelegavit,* | *neque ea mente, quo me fratribus meis quom* [*e*]*orum aliqua* | *contumelia praeferret: sed, memor liberalitatis patris mei,* | *reddenda mihi statuit, quae iudicio viri sui ex patrimonio* | *meo cepisset, ut ea u*[*s*]*u suo custodita proprietati meae resti*|*tuerentur.* |
Constitit ergo in hoc sibi ipsa, ut a parentibus dignis viris data | *matrimonia opsequio probitate retineret, nupta meriteis gra*|*tior fieret, fide carior haberetur, iudicio ornatior relinquere*|*tur, post decessum consensu civium laudaretur, quom discriptio* | *partium habeat gratum fidumque animum in viros, aequalita*|*tem in liberos, iustitiam in veritate.* |
Quibus de causeis, [*q*]*uom omnium bonarum feminarum simplex simi*|*lisque esse laudatio soleat, quod naturalia bona propria custo*|*dia servata varietates verborum non desiderent, satisque sit* | *eadem omnes bona fama digna fecisse, et quia adquirere* | *novas laudes mulieri sit arduom, quom minoribus varieta*|*tibus vita iactetur, necessario communia esse colenda* [3]), *ne quod* | *amissum ex iustis praecepteis cetera turpet.* |
Eo maiorem laudem omnium carissima mihi mater meruit, quod | *modestia probitate pudicitia opsequio lanificio diligentia fide* | *par similisque cetereis probeis feminis fuit, neque ulli cessit vir*|*tutis laboris sapientiae periculorum praecipuam aut certe* [4]) . . . .

[Inscriptionem ex orthographia vetusta 9. 17. 20 *quom*, — 15 *meriteis*, 20 *causeis*, 26 *praecepteis*, 29 *ceterеis probeis*, — 24 *arduom* apparet scriptam esse non post Augustum, nec recte Rudorffium eam ad imperatorum Flaviorum fere aetatem revocavisse. Ad liberam rei publicae aetatem adscendere eam apicum ratio vetat; scripta igitur sit necesse est sub ipso Augusto. Notabile est in lapide non solum apices cerni, quibus distinguuntur vocales longae, sed praeterea (id quod Rudorffius cum ignoraret, de apicum usu protulit plane perversa et incredibilia) passim adesse virgulas ad commata separanda interpositas; forma non differt, sed ut illi supra litteras, ita hi inter litteras pinguntur. TH. M.]

[1]) Haec quo pertineant, parum perspicitur, nisi quod, cum tempora praesenti scriptor utatur, agi videtur non de matris, sed de suo facto aliquo; puta libertis maternis quiddam eum erogasse, quod ipsorum contributionibus ut augeatur desideret. TH. M.

[2]) Quadratarium verba male transposuisse putat Mommsenus, cum requiratur *eaque in consilium adhibita et fide sua aestumatione facta*. Nobis potius ita intellegendus videtur locus: *eam in consilium adhibuisset memoriam patris et fidem suam*.

[3]) Aut deficit verbum quale est *intellegitur* simileve aut abundat *esse*; oratio enim indirecta unde pendeat non habet. TH. M.

[4]) Supplerim ad hoc exemplum: *virtutis laboris sapientiae periculorum* (id est *periculorum, quibus virtutem laborem sapientiam comprobarit*) *praecipuam aut certe nulli secundam memoriam sibi parans*. TH. M.

10231 eippus marmoreus repertus a. 1773 extra portam Capenam in vinea Iulii Cassinii presbyteri, nunc in museo Vaticano AMAD. GAL. FEA. Ibi adhuc extat (*Gall. lap.* Dii II). — S. 1 MAZ.

capis — puer pileo indutus — mensa arbores — ciste

LOCVS · SIVE · IS · AGER
EST · QVI · EST · VIA · APPIA · INTER
MILIARIVM · SECVNDVM · ET · III
EVNTIBVS AB ROMA E PARTE DEXTERIORI
IN AGRO CVRTIANO · TALARCHIANO IN
PRAEDIS · IVLIAES · MONIMES · ET · SOCIORVM
LOCVS · IN QVO AEDIFICATA · EST · SCHOLA SVB POR
CONSACRATA · SILVANO ET · COLLEGIO EIVS · SODALIC
MANCIPIO ACCEPERVNT · IMMVNES · ET CVRATOR
ET · PLEPS · VNIVERSA COLLEGI · EIVS · DE IVLIA · MONIM
ET · SOCIS EIVS SESTERTIO NVMMO VNO DONATIONIS
CAVSA · TVTORE C · MEMIO ORIONE IVLIAES · MONIMES
ET AD EVM LOCVM ITVM ACTVM ADITVM AMBITVM
SACRIFICIA · FACERE VESCI EPVLARI · ITA LICLAT sic
QVANDIV IS COLLEGIVS STETERIT QVODSI ALITER
FACTVM FVERIT QVOD AD COLLEGIVM PERTINET
..LVANI · IS · LOCVS SACRATVS RESTITVETVR
... SINE VLLA CONTROVERSIA HAEC
... TISVNT

Locus[1]) *sive is ager* | *est, qui est via Appia inter* | *miliarium secundum et (tertium),* | *euntibus ab Roma e parte dexteriori,* | *in agro Curtiano Talarchiano in* | *praedis Iuliaes Monimes et sociorum,* | *locus*[1]), *in quo aedificata est schola sub por(ticu)* | *consacrata Silvano et collegio eius sodalic(i),* | *mancipio acceperunt immunes et curator* | *et pleps universa collegi eius de Iulia Monime* | *et socis eius sestertio nummo uno donationis causa, tutore C. Memio Orione Iuliaes Monimes,* | *et ad eum locum itum actum aditum ambitum* | *sa[c]rificia facere, vesci, epulari ita lic[e]at* | *quandiu is collegius steterit. Quodsi aliter* | *factum fuerit, quod ad collegium pertinet* | *[Si]lvani, is locus sacratus restituetur* | . . . . . *i sine ulla controversia. Haec* | . . . . . *ti sunt* | . . . .

1) [Scribendum fuit *locum* omisso v. 7 eodem vocabulo; quadratarius primum casum posuit deceptus eo quod idem sequitur. TH. M.]

Descripsi, versus 18. 19 mea causa contulit Schmidt. Amadutius anecd. III p. 466, 9 (inde Orelli 4947) acceptam ab Andrea Iohannettio; A. S. Mazochi syll. ms.; Marini sched. Vatic.; Fea *rustel Gandolfo, Albano* ect. p. 175.

18 prima littera fuit aut I aut N, secunda aut P aut B aut R. — 19 STIPVLATI SVNT Mar.; vestigiorum quae Schmidtius enotavit primum videtur pertinere ad litteram C aut O, alterum ad P aut B; deficiunt elementa duo. Ex Marinii lectione facile efficitur [*praestari s*]*tip(ula)ti sunt*, quae sententia loco apta videtur.

10232 fragmentum tabulae. In via Appia altero fere lapide in vinea Ioannis Baptistae Leni PIGH., similiter LIG.

ARIAM · PERTINET
SEMPRONIVS · NIGER · M
MANCIPAVIT · IS · I · R · CO
NIMENTI · OR · HONOREM · DAT
SVPRA · SCRIPTO · EAMQVE · A
C · IVLIVS · APOLLONIVS · AS
CLVSIT · MVNIVITQVE · DE SVO
DONVM · DEDIT · CVRATORIBVS · S

Pighius Berol. f. 80; Ligorius Neap. l. 39 p. 159 (inde Panvinius Vatic. 6036 f. 40' ex eoque Donius 5, 155 'ex schedis Manutii bibliothecae Vaticanae'; item ex exemplo olim Barberin., nunc Vatic. Fabretti 50, 284). Ex Donio Donat. 262, 4.

Supra fractam esse non indicant Pigh. Lig. — 3 CO Pigh. — 4 in. INVICTI Lig. pro NIMENTI, fortasse recte, ita ut cogitandum sit de *collegio dei invicti*. *Sodalicium solis invicti* est huius vol. n. 717; cf. n. 734. — extr. DA Pigh. — 6 extr. A idem. — 8 extr. S om. Pigh.

Agitur de donatione areae et nescio cuius rei ad eam aream pertinentis facta a Sempronio Nigro collegio alicui: singula tamen restitui nequeunt.

10233 in domo quadam haud longe a superiori (praecedit: extra urbem p. duo mil. pass. a latere S. Pauli in domo quadam), ubi templum olim Bacchi erat RED., similiter CETERI.

P · AELIVS · CHRESTVS · ET · CORNELIA · PAVLA
HOC · SCALARE · ADPLICITVM · HVIC · SEPVLCHRO
QVOD · EMERVNT · A FISCO · AGENTE AGATHONICO
PROC · AVGVSTORVM · NOSTRORVM · QVOD · HABET
SCRIPTVRA · INFRA SCRIPTA
GENTIANO · ET · BASSO · CONS · VII · KAL · APRIL a. 211
MARTIALIS · AVGG · LIB · PROX · TAB · SCRIPSI · ME
ACCEPISSE · AB AEL · CHRESTO · PRO PODISMO · STRV
CTIONIS · SCALARIS · QVOD · EST · VIA · OSTIENSI
PARTE · LAEVA · INTER · MIL · I · ET · II · QVOD · CONDVCTVM
HABET · SVLPICIANVS · EX BONIS · AELIORVM · ONESI
MI · ET · FORTIS · IN PRAEDIS · AMARANTIANIS · SECVN
DVM · RENVNTIATIONEM · MENSOR · PRO ARE · PEDES · N · C

P. Aelius Chrestus et Cornelia Paula hoc scalare adplicitum huic sepulchro quod [*quod* delendum] *emerunt a fisco, agente Agathonico proc(uratore) Augustorum nostrorum,*[1]) *quod habet scriptura infra scripta. — Gentiano et Basso cons. VII. kal. April. Martialis Augg. lib. prox(imus) tab(ulariorum) scripsi me accepisse ab Ael(io) Chresto pro podismo structionis scalaris, quod est via Ostiensi parte l[a]eva inter mil(iarium) I et II, quod conductum habet Sulpicianus ex bonis Aeliorum Onesimi et Fortis,*[2]) *in praedis Amarantianis, secundum renuntiationem mensor(is) pro are[a] pe[d(um)] n(umero) C s[estertios . . . .]*

1) [Observandum est fisci nomine procuratorem vendere, proximum tabulariorum pecuniam solvi. Procurator intellegitur opinor is qui praedia Amarantiana administrabat; vendere autem is sine dubio non potuit nisi adsentiente procuratore a rationibus, ad cuius officium Martialis pertinuisse videtur. Cf. vol. VI n. 1115: [*Chre*]*simus tabul(arius)* [*su*]*mmarum rationum* [*cum*] *proximis et adiu*[*tori*]*b(us)*. TH. M.]

2) [Praedium quod Sulpicianus conductum habebat, erat autem fisci, antea fuit Aeliorum Onesimi et Fortis confiscatum fortasse propter aliquod eorum commissum delictumve. TH. M.]

Exhibent cod. Redianus f. 36 et Iucundus rec. 3 Cicogn. f. 111' ex fonte communi. Ex Iucundo Pighius Berol. f. 199, Piccart n. 102 (inde Reinesius 7, 16 corr. ex arbitrio; ex hoc Orelli 4570), Donius Vatic. 7113 f. 8 manu fortasse Aleandri, parum accurate.

Vv. divisio incerta. V. 1. de Rediani, Iucundi, Piccarti. — 2 HVI Iuc. Picc. — 5 SCRIPTVRA·INFRASCRIPTA Picc. — 6 CONS Red. Iuc., COSS Picc. — APR Picc. — 7 SCRIBSI id. — 10 LEVA omnes. — 11. 12 ONESSIMI Iuc. — 12 PRAEDIS solus Picc. — 13 RENVNCIATIONEM Picc. — MENSORVM id.

Praediorum quae antiqua aetate appellata sunt Amarantiana quaeri potest cum nomen supersit in eo quod nunc est *Tor Marancia* sive *Marancio*; cf. Nibby *dintorni* 3 p. 236.

10234 tabula marmorea crassa. In aedibus Barberiniis DENEB; *cachée avec un grand nombre d'autres derrière un espalier de lauriers* addit CHAUPY. Nunc servatur ibidem in repositis.

LEX·COLLEGI·AESCVLAPI·ET·HYGIAE

SALVIA · C · F MARCELLINA OB · MEMORIAM · FL · APOLLONI · PROC AVG QVI FVIT A PINACOTHECIS ET CAPITONIS AVG L ADIVTORIS
EIVS MARITI SVI OPTIMI PIISSIMI DONVM DEDIT COLLEGIO AESCVLAPI ET HYGIAE LOCVM AEDICVLAE CVM PERGVLA ET SIGNVM MARMOREVM AESCVLAPI ET SOLARIVM TECTVM IVNCTVM IN
QVO POPVLVS COLLEGI S S EPVLETVR QVOD EST VIA APPIA AD MARTIS INTRA MILLIARIVM I ET II AB VRBE EVNTIBVS PARTE LAEVA INTER ADFINES VIBIVM CALOCAERVM ET POPVLVM ITEM
EADEM MARCELLINA COLLEGIO S S · DEDIT DONAVITQVE HS L M N HOMINIBVS N LX SVB HAC CONDICIONE VT NE PLVRES ADLEGANTVR QVAM NVMERVS S S ET VT IN LOCVM
DEFVNCTORVM LOCA VENIANT ET LIBERI ADLEGANTVR VEL SI QVIS LOCVM SVVM LEGARE VOLET FILIO VEL FRATRI VEL LIBERTO DVMTAXAT VT INFERAT ARKAE N PARTEM
DIMIDIAM FVNERATICI ET NE EAM PECVNIAM S S VELINT IN ALIOS VSVS CONVERTERE SED VT EX VSVRIS EIVS SVMMAE DIEBVS INFRA SCRIPTIS LOCVM CONFREQVENTARENT
EX REDITV EIVS SVMMAE SI QVOD COMPARAVERINT SPORTVLAS HOMINIB N LX EX DECRETO VNIVERSORVM QVOD GESTVM EST IN TEMPLO DIVORVM IN AEDE DIVI TITI CONVENTV PLENO QVI DIES FVIT V ID MART BRVTTIO PRAESENTE ET IVNIO RVFINO COS VTI XIII K OCT DIE FELICISSIMO N ANTONINI AVG N PII P P SPORTVLAS DIVIDERENT IN a. 153
TEMPLO DIVORVM IN AEDE DIVI TITI C OFILIO HERMETI QQ PP VEL QVI TVNC ERIT X III AELIO ZENONI PATRI COLLEGI X III SALVIAE MARCELLINAE MATRI COLLEGI X III IMM
SING X II CVR SING X II POPVLO SING X I ITEM PR NON NOV N COLLEGI DIVIDERENT EX REDITV S S AD MARTIS IN SCHOLAM N PRAESENTIBVS QQ X VI PATRI COLLEG X VI
MATRI COLLEGI X VI IMM SING X IIII CVR SING X IIII PANE [illegible] VINVM MENSVRAS QQ S VIII PATR COLL S VIII IMM SING S VI CVR SING S VI POPVLO SING S III ITEM PR NON IAN
STRENVAS DIVIDERENT SICVT S S EST XIII K OCT ITEM VIII K MART DIE KARE COGNATIONIS AD MARTIS EODEM LOCO DIVIDERENT SPORTVLAS PANE ET VINVM SICVT S S EST
PR NON NOV ITEM PR ID MART EODEM LOCO CENAM QVAM OFILIVS HERMES QQ OMNIB ANNIS DANDAM PRAESENTIBVS PROMISIT VEL SPORTVLAS SICVT SOLITVS EST DARE ITEM
XI K APR DIE VIOLARI EODEM LOCO PRAESENTIBVS DIVIDERENTVR SPORTVLAE VINV PANE SICVT DIEBVS S S ITEM V ID MAI DIE ROSAE EODEM LOCO PRAESENTIS DIVIDERENTVR SPOR
TVLAE VINV ET PANE SICVT DIEBVS S S EA CONDICIONE QVA IN CONVENTV PLACVIT VNIVERSIS VT DIEBVS S S II QVI AD EPVLANDVM NON CONVENISSENT SPORTVLAE ET PANE ET VINV
EORVM VENIRENT ET PRAESENTIBVS DIVIDERETVR EXCEPTO EORVM QVI TRANS MARE ERVNT VEL QVI PERPETVA VALETVDINE DETINETVR ITEM P AELIVS AVG LIB ZENON
EIDEM · COLLEGIO S S OB MEMORIAM M VLPI AVG LIB CAPITONIS FRATRIS SVI PIISSIMI DEDIT DONAVITQVE HS X M N VTI EX REDITV EIVS SVMMAE IN CONTRI
BVTIONE SPORTVLARVM DIVIDERENTVR QVODSI EA PECVNIA OMNIS QVAE S S EST QVAM DEDIT DONAVIT COLLEGIO S S
SALVIA C F MARCELLINA ET P AELIVS AVG LIB ZENO IN ALIOS VSVS CONVERTERE VOLVERINT QVAM IN EOS VSVS QVI S S S QVOS ORDO COLLEGI N DECREVIT ET VTI
HAEC OMNIA Q S S S EIS DIEBVS VT ITA FIANT DIVIDANTQVE QVODSI ADVERSVS EA QVID FECERINT SIVE QVID ITA NON FECERINT TVNC QQ VEL CVRATO
RES EIVSDEM COLLEGI QVI TVNC ERVNT SI ADVERSVS EA QVID FECERINT QQ ET CVRATORES S S VTI POENAE NOMINE ARCAE N INFERANT HS XX M N
HOC DECRETVM ORDINI N PLACVIT IN CONVENTV PLENO QVOD GESTVM EST IN TEMPLO DIVORVM IN AEDE DIVI TITI V ID MART C BRVTTIO PRAE a. 153
SENTE A IVNIO RVFINO COS QQ C OFILIO HERMETE CVRATORIB P AELIO AVG LIB ONESIMO ET C SALVIO SELEVCO

Descripsit Bormann. Exhibent cod. Barberinius 31, 26 manu Moronii; Ptolemaeus sched. Senens. 1, 246; Spon *recherches* p. 326, misc. p 52 (inde Donati 228, 1); Fabretti 724, 443; citat Chaupy *maison d'Horace* III p. 370. Ex prioribus Orelli 2417 et Wilmanns 320.

9 natus est Antoninus Pius XIII kal Octobres Fl. Domitiano XII et Cornelio Dolabella cos. (a. 86): cf. Capit. vit. 1. — 12 PANEA[illegible]III Bormann, PANEM·III Barb., PANEM·III° Ptolem., PANES·IIII perperam Spon Fabr., PANE·E·IIII Chaupy. — 13 *Strenua* esse item apud Iordanem Get. 52, 270 et alibi monuit Mommsen. — 16 fin. V iam deest.

Lex collegi Aesculapi et Hygiae. |

Salvia C. f. Marcellina ob memoriam Fl(avi) Apolloni proc(uratoris) Aug(usti), qui fuit a pinacothecis, et Capitonis Aug(usti) l(iberti) adiutoris | *eius, mariti sui optimi piissimi, donum dedit collegio Aesculapi et Hygiae locum aediculae cum pergula et signum marmoreum Aesculapi et solarium tectum iunctum, in* | *quo populus collegi s(upra) s(cripti) epuletur, quod est via Appia ad Martis intra miliarium (primum) et (secundum) ab urbe euntibus parte laeva inter adfines Vibium Calocaerum et populum. Item* | *eadem Marcellina collegio s(upra) s(cripto) dedit donavitque (sestertium quinquaginta) m(ilia) n(ummum) hominibus n(umero sexaginta) sub hac condicione, ut ne plures adlegantur quam numerus s(upra) s(criptus), et ut in locum* | *defunctorum loca veniant*[1]) *et liberi adlegantur, vel si quis locum suum legare volet filio vel fratri vel liberto dumtaxat, ut inferat arkae n(ostrae) partem* | *dimidiam funeratici, et ne eam pecuniam s(upra) s(criptam) velint in alios usus convertere, sed ut ex usuris eius summae diebus infra scriptis locum confrequentarent.* | *Ex reditu eius summae si quod comparaverint, sportulas hominib(us) n(umero LX) ex decreto universorum, quod gestum est in templo divorum in aede divi Titi con*|*ventu pleno, qui dies fuit V id(us) Mart(ias) Bruttio Praesente et Iunio*

1) 'Aut quadratarius dare debuit *locave veniant*, aut *locum* omittere' TH. M. Nobis intellegendum videtur *veniant*.

Rufino co(n)s(ulibus), uti XIII k(alendas) Oct(obres) die felicissimo n(atali) Antonini Aug(usti) n(ostri) Pii p(atris) p(atriae) sportulas[1]) *dividerent*[2]): *in | templo divorum in aede divi Titi C. Ofilio Hermeti q(uin)q(uennali) p(er)p(etuo) vel qui tunc erit, (denarios) III, Aelio Zenoni patri collegi (denarios) III, Salviae Marcellinae matri collegi (denarios) III, imm(unibus) | sing(ulis denarios binos), cur(atoribus) sing(ulis denarios binos), populo sing(ulis denarios singulos). Item pl(acuit) pr(idie) non(as) Nov(embres) n(atali) collegi dividerent ex reditu s(upra) s(cripto) ad Martis in scholam n(ostram) praesentibus q(uin)q(uennali denarios sex), patri colleg(i denarios sex), | matri collegi (denarios sex), imm(unibus) sing(ulis denarios quaternos) cur(atoribus) sing(ulis denarios quaternos), panem [a(ssium) III]; vinum mensuras q(uin)q(uennali) s(extariorum novem), patr(i) coll(egi sextariorum novem), imm(unibus) sing(ulis sextariorum senorum), cur(atoribus) sing(ulis sextariorum senorum), populo sing(ulis sextariorum ternorum). Item pr(idie) non(as) Ian(uarias) | strenuas dividerent, sicut s(upra) s(criptum) est XIII k(alendas) Oct(obres). Item VIII k(alendas) Mart(ias) die karae cognationis ad Martis eodem loco dividerent sportulas pane(m) et vinum, sicut s(upra) s(criptum) est | prid(ie) non(as) Nov(embres). Item pr(idie) id(us) Mart(ias) eodem loco cenam, quam Ofilius Hermes q(uin)q(uennalis) omnibus annis dandam praesentibus promisit, vel sportulas, sicut solitus est dare. Item | XI k(alendas) Apr(iles) die violari eodem loco praesentibus dividerentur sportulae vino pane sicut diebus s(upra) s(criptis). Item V id(us) Mai(as) die rosae eodem loco praesentib(us) dividerentur spor|tulae vino et pane sicut diebus s(upra) s(criptis), ea condicione qua in conventu placuit universis, ut diebus s(upra) s(criptis) ii qui ad epulandum non convenissent, sportulae et pane et vinu | earum venirent et praesentibus dividerentur excepto eorum qui trans mare erunt vel qui perpetua valetudine detinetur. Item P. Aelius Aug(usti) lib(ertus) Zenon | eidem collegio s(upra) s(cripto) ob memoriam M. Ulpi Aug(usti) lib(erti) Capitonis fratris sui piissimi dedit donavitque (sestertium decem) m(ilia) n(ummum), uti ex reditu eius summae in contributione sportularum dividerentur.*

Quod si ea pecunia omnis, quae s(upra) s(cripta) est, quam dedit donavit collegio s(upra) s(cripto) | Salvia C. f. Marcellina et P. Aelius Aug(usti) lib(ertus) Zeno, in alios usus convertere voluerint, quam in eos usus qui s(upra) s(cripti) s(unt), quos ordo collegi n(ostri) decrevit, et uti | haec omnia, quae s(upra) s(cripta) s(unt), suis diebus ut ita fiant dividantque, quod si adversus ea quid fecerint, sive quid ita non fecerint, tunc q(uin)q(uennalis) vel curatores eiusdem collegi qui tunc erunt, si adversus ea quid fecerint, q(uin)q(uennalis) et curatores s(upra) s(cripti) uti poenae nomine arkae n(ostrae) inferant (sestertium viginti) m(ilia) n(ummum).[1]) |

Hoc decretum ordini n(ostro) placuit in conventu pleno, quod gestum est in templo divorum in aede divi Titi V id(us) Mart(ias) C. Bruttio Prae|sente A. Iunio Rufino co(n)s(ulibus), q(uin)q(uennali) C. Ofilio Hermete, curatorib(us) P. Aelio Aug(usti) lib(erto) Onesimo et C. Salvio Seleuco.

1) '*Sportulas* vocabulum nimio spatio a verbo *dividerent* diremptum denuo ponitur'. Wilmanns, recte.

2) [Condiciones quas Marcellina ipsa dixit, decretumque collegii de ea re postea factum hoc loco male contaminata esse apparet. Esse debuit sic fere: *sed ut ex usuris eius summae diebus quos collegium decreverit, locum confrequentent. In templo divorum . . . . consulibus placuit universis, uti XIII kal. Oct. ex reditu eius summae quam Marcellina collegio donavit, curatores hominibus numero LX sportulas dividerent in templo* cet. Th. M.]

1) [Haec quoque perturbata sunt a scriptore parum perito. Voluit dare talia: *Quod si eam pecuniam partemve eius pecuniae quam dederunt collegio Marcellina et Zeno, in alios usus converterint, aut si quid fecerint, quo minus haec omnia ita fiant, sive quid ita non fecerint, tunc quinquennalis . . . . . eruunt uti poenae* cet. Th. M.]

10235 tabula marmorea. In suburbano comitis Galletti GALL. — Collocata a Passioneio cardinali in secessu Tusculano PASS. — In museo Vaticano (*Gall. lap. mag.* II).

· D · M ·
P · AEL · AVG · LIB · IOBACCHVS · FECIT · ET ·
PEDATVRAM · DEDIT · ANTE TITVL · P · XXX ·
ANTE FRONTE · P · XXX · ET IN AGRO QVOQ ·
· P · CENTENOS · YACINTHO VERNA SVO ·
· ET SIBI LIBER · LIB · LIBERTABVS SVIS POS
TERISQVE EORVM · EXCIPIT · ITVS ACTVS
ADITVS AMBITVS ITEM AQVAE AXRAM
FVNEM PISTRINE FVRNI VIRGAR · LIGNI ·
SACRIFICIIS FACIVNDIS · ET CETERA QVAE
IN LEGE PVBLICA CONTINENTVR · HOC MO
NVMENTVM HEREDEM NON · SEQVITVR
· H · M · D · M · A · S · M · M · C ·
ORFITO · ET · PRISCO · COS · c. 149

Descripsi. Paulus Galletti in schedis apud Io. B. de Rossi; Passionei 24, 4 (inde Donati 168, 1, ex quo Orelli 4379); Marini Vatic. 9122 f. 82, 9123 f. 99.

10236 in S. Anastasia AP. AMBR.

CALVPIVS · DAVLICIVS PAETVS FECIT SIBI ET . . .
. . . . . TIS LIBERTABVSQVE SVIS POSTERISQ · EORVM ET LEG . . .
. . . PHILEMONI ET HELLADI AMICIS IVS VNIVS AEDICVL ET
G · RVFE ET APOLLONIO NELOPI COL MEIS SING IVS SINGVL AEDICVL
ET TROPIDI ET SINTROPIO CRESCENTIS IVS SINGVLAR AEDICVL T · MARCIO
· ET PHILEMO AMICI ET COLIIBERTI FIDEI VESTRAE COMMITTO NE
sic QVIS VENDAT AVT ABALIENET H M H N S SED IVT HIS QVI SVPRA SCRIPTI SCRIP
sic TIVE SVNT PER ME ET MEOS POSTEROSQ SINGVLA HEC BENEFICIA FACIENDA
PRESTABVNTVR

Exhibent Apianus 308, 3, qui cum quae praeterea ex urbe Roma affert omnia ab auctoribus certis notisque traxerit, hanc solam opinor a nescio quo homine acceptam pleniore forma solus proponit (inde Grut. 856, 6, ex quo Orelli, 4357) et partem tum superstitem cod. Ambrosianus A 55 inf. f. 5 (inde Mur. 1457, 4 'e schedis meis').

Vv. divisionem neglectam ab Apiano indicat fere Ambros.; inclinatis dedi partes ex Apiano adiectas. — 1 CALVPIVS DADVCHVS Ap.; nomina haud dubie corrupta. — PAET . . . Ambr. — 1. 2 SIBI · ET · LIBERTABVS SVIS Ap. — 3 PHILEMANI id. — HELIADI Ambr. — VNIQ Ap. — 4 NELOPI Ambr. — COI MEIS Ambr. — SING · EDICVL Ap. — 5 SIRITROPIO Ambr. — CRESCENTIS IVS] CRESCENTIVIS id. — 6 post PHILEMO inserit IVRA · C · SEMPRONII Ap. quae interpolata esse vidit Mommsenus, et propter nomen Gai Sempronii iuris auctoribus usitatum et propter Ambrosianam lectionem, quae principio versus sexti non recipiat nisi ET · PHILEMO, denique quod quae sequantur post *aedicul.* primo casu scripta sint. — COMITTO Ap.

Titulum valde corruptum sic fere intellegendum esse censet Mommsen: *Calupius* (?) *Daulicius* (?) *Paetus fecit sibi et [suis et | liber]tis libertabusque suis posterisq(ue) eorum et leg[avit | Marcioni? et] Philemoni et Helladi amicis ius unius aedicul(ae), et | [G]ru[p]o et Apollonio [et P]elopi col(libertis) meis sing(ulis) ius singul(arum) aedicul(arum) | et Tropidi* (?) *et S[y]ntrop[h]o Crescentis ius singular(um) aedicularum. Marcio et Philemo, amici et colliberti, fidei vestrae committo, ne | quis vendat aut abalienet. H(oc) m(onumentum) h(eredem) n(on) s(equitur). Sed [t]ut[o] his, qui supra scripti script[or]ve sunt, per me et meos posterosq(ue) singula h[a]ec beneficia facienda | prestabuntur.*

5 pro CRESCENTIS maluerim CRESCENTIB. Adcrescentes similiter usurpati noti sunt ex codice Theodosiano. Th. M.

10237 cippus marmoreus. Rep. in via Lavicana loco qui dicitur *Centocelle* visc. (Clem.); in via Labicana ad miliarium tertium repertum Piranesii fratres in museum suum intulerunt MORC. — Apud equitem Piranesium OD. — Inventus Tiburi, nunc apud heredes Piranesii caelatoris AM. errore, ut videtur. — Extat Stockholmiae in museo publico.

T · T · COCCEÎ · GAA · ET
PATIENS · QVAEST · III
MENSAM QVADRATAM · IN TRICHIL
ABACVM · CVM · BASÎ · HOROLOGIVM
LABRVM · CVM · FVLMENTÎS · MARMOR
PVTIALE · CRVSTAS · SVPRA · PARIETEM *sic*
ITINERIS · MEDÎ · CVM · TEGVLIS · COLVMEL
LAM · SVB · HOROLOGIO · TIBVRTINA · T *sic*
PROTECTVM · ANTE · PORTICVM · TRVTI
NAM · ET · PONDERA · D · D · S · POSVERVNT
ET · LOCVM · POST · MACERIAM · VLTERIOREM
EMENDVM · VSTRINASQVE · DE · CONSAEPTO
VLTIMO · IN · EVM · LOCVM · TRAICIENDAS · ET
ITER · AD · EVM · LOCVM · IANVAMQVE · BENE
FICIO · ET · LIBERALITATE · T · PATRONI · FACI
ENDA · CVRAVERVNT ·
IDEMQVE · VÎTIVM · POMORVMQ · ET · FLORVM
VIRIDIVMQVE · OMNIVM · GENERVM ·
SEMINIBVS · EA · LOCA · QVAE · T · P · DECVRI
ONIBVS · SVIS · ADTRIBVERAT · EX · PECV
NIA · PVBLICA · ADORNAVERVNT
SISENNA · TAVRO · L · SCRIBONIO · LIBONE · COS a. 16

IMPENSAE · CAVSAM · TITVLVM · QVI · PERLEGIS · AVDI
ET · IVSTAM · QVAESO · PIETATIS · PERCIPE · CVRAM
QVIS · VERA · VT · CVPIANT · CONCORDE · VIVERE · MENS · EST
HOS · ANIMOS · SPECTENT · ATQ · HAEC · EXEMPLA · SEQVANTVR
HAEC · LOCA · DVM · VIVENT · LIBEAT · BENE · CVNCTA · TVERI
POST · OBITVMQ · SVVM · TRADANT · TVM · DEINDE · FVTVRIS
NE · DESERTA · VACENT · IGNOTIS · DEVIA · BVSTA
SED · TVTA · AETERNO · MANEANT · SI · DICERE · FAS · EST ·

Descripsit Guilelmus Wattenbach. Exhibent Oderici sched. Genuens. f. 15; Amadutius anecd. litt. vol. 4 p. 519, 6 qui vidit kal. dec. 1776; E. Q. Visconti cod. Paris. 9697 f. 175*b*, mus. *Pio-Clement.* 1 p. 123; Morcelli de stilo p. 416 (inde et ex Amadutio Orelli 4517).

Wattenbachii exemplum secutus sum, nisi quod habet 3 TRICHII, — 6 CRVSTAS litteras aliquantum corrosas dicens, — 25 VL. — Idem non notat litteras extantes v. 4 in BASI, v. 5 FVLMENTIS, quas exhibet Oderici, et puncta nonnulla omittit v. 10.

T(iti) Coccei Gaa et | Patiens quaest(ores tertium) | mensam quadratam in trichil(a), | abacum cum basi, horologium, | labrum cum fulmentis marmor(eis), | putiale, crustas supra parietem | itineris medi cum tegulis, columellam sub horologio Tiburtino, | protectum ante porticum, trutinam et pondera d(e) d(ecurionum) s(ententia) posuerunt, | et locum post maceriam ulteriorem | emendum ustrinasque de consaepto | ultimo in eum locum traiciendas, et | iter ad eum locum ianuamque bene|ficio et liberalitate T(iti) patroni faciunda curaverunt.

Idemque vitium pomorumq(ue) et florum | viridiumque omnium generum | seminibus ea loca, quae T(itus) p(atronus) decuri|onibus suis adtribuerat, ex pecu|nia publica adornaverunt. | Sisenna Tauro, L. Scribonio Libone co(n)s(ulibus).

Impensae causam, titulum qui perlegis, audi
Et iustam, quaeso, pietatis percipe curam.
Quis (= quibus) vera, ut cupiant concorde vivere, mens est,
Hos animos spectent atq(ue) haec exempla sequantur.
Haec loca, dum vivent, libeat bene cuncta tueri,
Post obitumq(ue) suum tradant tum deinde futuris,
Ne deserta vacent ignotis devia busta,
Sed tuta aeterno maneant, si dicere fas est.

10238 cippus marmoreus. S. l. MAN. — In aedibus Barberiniis CETERI. Ibi servatur in repositis.

a in antica:

tres pueri sertum sustinentes

T · FLAVIVS · AVG · LIB
ALCON · ET · ANTONIA
LYDE · MONVMENT
FECERVNT · SIBI · ET · SVIS
LIBERTIS LIBERTABVSQ
COMMVNIBVS · POS
TERISQVE · EORVM
CVM AEDIFICIO
ESCITATIANO · CVS
TODIAE CAVSA · MO
NVMENTI · ITVM
ACTVM ADITVM

b in latere:

AMBITVM
ITA VT VIVI
POSSEDIMVS
POSTERIQVE
NOSTRI PO
S · SIDEANT *sic*
VIVI VIVIS
DEDIMVS
INSCRIBI
IVSSIMVS ·

c in latere:

QVOD SI QIS *sic*
EORVM PAR
TEM · IVRIS
SVI VENDIDE
RIT · AVT · EX
CONSESV · VNI *sic*
VERSORVM
EA · PECVNIA · IN
AERARIVM · PO
PVLI ROMANI · IN
FERRI IVBEMVS
HOC MONVMEN
CVM SVA CVSTOD *sic*
A · HEREDEM NON
SEQVETVR

Descripsit Bormann. Manutius Vatic. 5237 f. 125; cod. Barberinius 29, 148 in schedis Holstenii et 30, 136 f. 81 manu ignota; Fabretti tab. II. p. 376, inscr. 433, 320; solam a Marini Vatic. 9123 f. 6'.

(a) *T. Flavius Aug(usti) lib(ertus) | Alcon et Antonia | Lyde monumentu(m) | fecerunt sibi et suis | libertis libertabusq(ue) | communibus posterisque eorum | cum aedificio | Escitatiano custodiae causa monumenti. Itum | actum aditum |* (b) *ambitum | ita, ut vivi | possedimus|, posterique | nostri po|ssideant, | vivi vivis | dedimus, | Inscribi | iussimus.* | (c) *Quod si q(u)is | eorum partem iuris | sui vendidere aut ex | conse(n)su universorum*[1], | *ea(m) pecunia(m) in | aerarium populi Romani in|ferri iubemus. | Hoc monumen(tum) | cum sua custod(i)|a heredem non | sequetur.*

1) [Post *vendiderit* supplendum videtur certe cogitatione *aut sine consensu sociorum*, ut id quod est *aut* quodammodo significet *licet*. TH. M.] Nobis inconcinne inter se opponi videntur *partem iuris sui* et *ex consensu universorum*, scilicet quod unius et quod universorum est.

10239 tabula marmorea. Rep. extra portam Labicanam prope aquaeductum Claudii in vinea d. Hieronymi de Lazaris CART. (Ver.); s. l. IDEM (Vall.) — Fragmentum collocatum est a Passioneio cardinali in secessu Tusculano PASS. — Id nunc servatur in museo Vaticano (*Gall. lap.* patron. 1).

T·FLAVIVS · SYNTROPHVS · PRIVSQVAM · HORTVLOS · EPAGATHIANOS · DADV
CVM·AEDIFICIO·ET·VINEIS·MACERIA CLVSIS ITA · VTI · INSTRVCTI · SVNT·QVI SVNT·VIA LABIC
SVNTIBVS·AB·VRBE·PARTE·LAEVA AD·VIAM ·AITHALE · LIBERTO · SVO · MANCIPIO · DARET · TEST
CIONEM · MANCIPARE · VT INFRA ·SCRIPTVM EST SI·TIBI · HORTOS·EPAGATHIANOS · DAD
Q·D·A·Q·S·S·S·MANCIPIO·DEDERO·VACVAMQVE·POSSESSIONEM · TRADIDERO·TVM·PER TE·NO
PER·HEREDEM·TVVM·SVMVS·AD QVEM·EA·RES·Q·D·A·PERTINET · PERTINEBIT · QVOMINVS · II · HO
MVNE·TIBI·CVM · CONLIBERTIS·TVIS·VTRIVSQVE · SEXVS·QVI·A ME TESTAMENTO CODICILLISV
ARIS · PARIQVE·PORTIONE·INTER · EOS·REDITVM · EIVS · CVSTODIATIS · ITA · VT · DIE · PARENTALI
TIONIS · ITEM · XII · K · IVNIAS · DIE · ROSATIONIS · ITEM · III · K · IANVAR · DIE · NATALI · MEO · CV
QVISQVE·VESTRVM·VIVET·QVIVE EX·VOBIS·GENITI·ERVNT·AVT·A·QVO VESTRVM·QVIS MA
PLVRESVE · PORTIO · SIMILITER · HVIVS · LOCI · AEDIFICIIVE · PERTINEBIT · ID · EX FORMVLA · SV
IBI · INHABITARE · VOLVERIT · EX COMMVNI · OMNIVM · CONSENSV · MAIORISVE · PARTIS
QVAE · AVTEM · MEMBRA · AEDIFICII · VACABVNT · IN REDITV SINT ITA VT HVIC VOLVNTA
IMPENSAE·ET ·QVOD AD TVTELAM AEDIFICI ·OPVS ERIT·QVOD RELIQVOM ERIT·INTER V
FICIS · INSTRVMENTOQVE · OMNI · QVOD DIE MORTIS MEAE IBI HABVERO VSVI·VESTRO
QVIVE · EX VOBIS NOVISSIMVS · MORIETVR · EODEM · MODO · TESTAMENTO · SVO
EX IIS · PROGNATI · ERINT · AEQVALITER · IN FAMILIAM · NOMINIS · MEI · PERMANEA
AB HAC · RE PROMISSIONEQVE · DOLVS · MALVS · CVIVS·VESTRVM DE QVIBVS · AGITVR · A
TANTAM PECVNIAM · DARI · ET · AMPLIVS · POENAE · NOMINE HS · L · M · N · STIPVLATV
SPOPONDIT · T · FLAVIVS · AITHALES · LIBERTVS · TVM · HORTVLOS CVM · AEDIFICIO · E
EMPTI SVNT ET QVAE POSTEA IIS ACCESSERVNT MANCIPIO ACCEPIT T FLAVIVS AITHA
LIBRIPENDE · TI · CLAVDIO · PHILETO · ANTESTATVS · EST · T · FLAVIVM · THEOPOM
RVM Q · S · S · E · EX·CAVSA·SVPRA SCRIPTA · IRE · AVT · MITTERE · IVSSIT · T · FLAVIVS · S
INDE EXCESSISSE · DESISSEQVE · POSSIDEREQVE · DIXIT · SALVA · VOLV
HORTIS·INFERRI·CONSACRARIVE·VOLVERIT·ACT·III / / / / / S·M
M·CLODI·SATVRNINI·A·CASCELLI· DORYPHORI·T·FLAVI·PII·T·ST
TI · CLAVDI · PHILE

Descripsit de Rossi. Ligorius Neap. 39 p. 162 et Pighius Berol. f. 76. Ex Ligorio Panvinius Vatic. 6036 f. 3' (inde Donius 9, 12 'ex schedis Manutii'); ex eodem et Donio Mur. 308, 2; ex exemplo, ut videtur, olim Barberinio, nunc Vaticano Spon 69 'ex schedis Barberinis'. Errore exemplum Ligorianum dedi inter spurios huius vol. n. 2688*.

1 intellegendum *decur(ionum)*. — 2 *quae i(nfra) s(cripta) s(unt)*. — 3 PONPEI Rossius vix recte. — inter 3 et 4 *fr(atrum)*. — 4 pro LASCIVI Ligor. exhibet IVSTINI. — 5 pro CESTI, FESTI. — 8 extr. ALEXAN . . . Rossi, ALEXA Lig. Pigh. — 9 QVI LOC·COLLEGIVM·D·D Lig.; lectionem Rossii confirmat Pighius ita, ut ab initio litteras CVP ut incertas exhibeat, pro NYM ponat NVM. Versus quid significet non perspicio; cogitavi de *cup(am) loc(o) coll(egii) et Nym(phaeum)*. [Post nomina decurionum decem videntur scripta esse haec: *Suavettia Amaryll(is) Suavettius Alexan(der) cur(atores) loc(um) coll(egio) et Nym(phis) d(e)d(icarunt)*. TH. M.] — 10. 11 inclinatis dedi litteras ex Pighio desumptas, quae iam desunt; Ligorius interpolatos dedit.

10351 tabula marmorea. Apud Franciscum Mazzantem HOLST. PTOL., idem intellegendum apud GVD. — In villa Altieri SEG. ROSSI. — Nunc in aedibus I. B. de Rossi.

D · M
FABIA · MYRTE · T · FLAVIVS
PANISCVS · CONIVGI · B · M · F ·
ET SIBI · ET · POSTERISQVE · SVIS
EX · DECRETVM · DECVRIONV *sic*
ET · POPVLI ·

Descripsit de Rossi, contulit Kaibel. Holstenius cod. Barberin. 30, 182 f. 8 parum accurate; Gudius ms. 73, 4, ed. 272, 3; Ptolemaeus sched. Senens. 2, 271 (inde Mur. 1311, 4 parum accurate); Seguier Paris. f. 137.

10352 tabella marmorea columbarii, in aedibus Merolli.

ASINIA M L PRIMA
DEC · ET · FAM
H · C · VIX · AN · XXX

M · ASINIVS · MENAND
FECIT · SIBI · ET · CONIVGI · SVAE

Descripsit Gatti, contuli ipse.
[2. 3 intellegi *dec(uriones) et fam(ilia) h(onoris) c(ausa)*. TH. M.]

10353 in margine mensae marmoreae magnae rotundae. S. I. GIOV. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* suppl. mag. I).

PETRONIA · PELAGIA · PIEPS · MENSAM · MARMOREAM · RVTVNDAM · P · DECVRIONIBVS · ET · PLEBEI · DE · SVO · DONVM · DEDIT ·

Descripsi. Giovenazzi Vatic. 9150 f. 55.

PIE P S videtur scriptum in lapide errore quadratarii.

Apud Giovenazzium praecedit titulus Eucopionis, qui videtur urbanus. — *Pleps* nomini postpositum quid significet, hic non magis apparet quam in titulis supra relatis n. 4259. 4260. 4261. 4262; invenitur semper appositum feminis (nam n. 4263 incertae lectionis est).

10354 cippus marmoreus CHIS. In domo Prosperi S. Crucis SAB. IVC.; in aedibus Iacobi de S. Croce in foro piscario MAZ., similiter BOISS. CIACC. CITT.; ad S. Mariam in publicolis CHIS. — S. I. BELL.

PERMISSV · DECVRIONVM *in cymatio*

ATIMETVS · ET · IAS
MARCIAE · A · XVIII
HYMNO · A · XVI
FILIIS · SVIS · ET · SIBI

P. Sabinus Marc. f. 107, Ottob. f. 20 (inde Iocundus rec. 3 Ciogn. f. 58; Mazochius f. 120, corrigitur in emendationibus; Metellus Vatic. 6040 f. 73); Bellievre Paris. f. 198'; emendationes ms. in libri Mazochiani exemplis Metelli, Podagri, Leblantii; anonymus Hispanus Chisianus f. 208'; Cittadinius Vatic. 5253 f. 123; Cicconius Raff. f. 104'; Boissard Holm. f. 66', Paris. p. 219, ed. 5, 37. Ex Mazochio correcto Smetius 173, 13 et Grut. 695, 7.

1 servarunt Bell. et emendationes ed. et ms. ad Mazochium. — 5 FILIS Sab. Bell. Citt., FILIIS Chis. Ciacc. — Sprevi minora.

10355 urna quadrata cineraria ex lapide Tiburtino, reperta in vinea Amendola aliave e regione eius sita, nunc in museo Laterano in repositis.

PERMISSV
DECVRIONVM

Descripsimus de Rossi et ego.

10356 arula SMET., tabella marmorea TORR. In domo Gentilis (Marii KNIBB. BOISS. CIACC. WINGH.) Delphinii SMET. TORR. KNIBB. BOISS. CIACC. WINGH., Delphiniorum LIPS.

IVLIAS · PLEBEIAS
IN HONOREM ʒ
ALEXANDRI · ET · DEME
TRI · CAESARIS · AVG · L
EX DECRETO · DECVR
OLLA·PVBLICE·DATA·EST

Smetius ms. Neap. p. 256, ed. 129, 8 (inde Grut. 424, 4) qui vidit; a Smetio Pighius Berol. f. 198, Manutius orth. 92, 2 (inde Ligorius Taur. vol. 9 s. v. Iulia), Panvinius Vatic. 6036 f. 19'; — habent porro Torrentius Brux. f. 21 acceptam a Nic. Florentio; Knibbius Berol. p. 1; Iacobon. app. ad Fonteium p. 46; Lipsius ms. f. 35'; Boissard Holm. f. 71', Paris. p. 267, ed. 5, 121; Ciacconius Raff. f. 127; Winghius Brux. 2 f. 24.

Litteras extantes dedi ex Smet. ms. — Aliter exhibent Knibbius 3. 4 ALEXANDR·ET·DEMETRI·CAES AVG LIB, Iacobon. et Ciaccon. 5 DECVRIONVM. — Omittunt v. 2 notam ʒ Knibb. Lips. Boiss. Wingh.

10357 in domo Ludovici Viterbiensis.

C · N
DECVRION
ET · FAMILIA

P. Sabinus Marc. f. 170' (inde Iucundus rec. 3 Cicogn. f. 120' et Gori xen. 2, 151).

Vv. div. incerta. 1 in margine CAESARI·NOSTRO adscribunt Sab. et Iuc., male; est enim legendum *Gaio nostro*. — 2. 3 DECVRIONES ET·FAMILIAE Iuc.

10358 penes Marcum Antonium Sabbatinum.

M·AEMILIVS·M·L·ANTEROS·DECVRIO·
PRIMVS·OLLAS·HABET·CONTINENTES·
VI · M · AEMILIVS · M · L · AESCINVS
AEMILIA · M · L · SIMENE
M · AEMILIVS · M · M · L · GEMELLO *sic Fabr.*

Fabretti 12, 56.

1. 2 cfr. infra n. 10378: *P. Numicius P. l. Berullus dec. habet ollas continentes VI primus*; *primi* vocabulum additum est ad augendum honorem, sicut supra n. 10332: *ei... primo .. ollae sex datae sunt.* Notandum est, has inscriptiones tres fuisse apud Sabbatinum; itaque in eodem fortasse sepulcreto inventae sunt.

10359 tabella columbarii. Bononiae in instituto scientiarum MVR. GVARN. Nunc ibi in museo publico.

M · AEMILIVS
GEMELLVS·OB
CVRIO·/////
SOPE·FECIT·L
SVO

Descripsit Zangemeister, contulit Bormann. Mur. sched. Mut. 21, 231 et ed. 669, 6 descriptam a Gherardio Mutinensi; Guarnieri sched. n. 1776 f. 6' n. 56.

1. 2 litterae inclinatae iam perierunt. — 3 extr. scalpro deletas.

10360 cippus marmoreus eleganter sculptus. In domo Petri (Dominici MAGL.) de Maximis IVCVND.; Pauli de M. SAB., similiter PIGH. — S. l. ALC. — In domo Egidii Belge Galli statuarii ad fontem Trivii CITTAD. — Videtur referri inter titulos apud M. Milesium extantes a DON. — Romae sub Capitolio GVD. — In hortis Iustinianeis PTOL. MONTF. SEG. MAR. — Nunc in museo Vatic. (*Chiaram.* a dextra).

caput Medusae sitile inter armaturas; ipse lineas corpus ...

DIS · MANIBVS
M · ANTONI
ALEXANDRI · DSC
PANEROTIS·AVG·L·L·SIBI·ET
ANTONIAE · COSTONIDI
CONTVBERNALI · SVAE
BENE · MERENTI ·

in utroque latere binae columbae a cratere bibentes

Descripsi. Exhibent Iucundus Veron. f. 95, Magl. f. 37 (inde Mazochius f. 95, non vidit corrector; ex eo Grut. 606, 7); P. Sabinus Marc. f. 142; Alciatus Fead f. 95'; Pighius Berol. f. 75 imaginem; Cittadinius Marc. p. 180; Donius Vatic. 7113 f. 20' manu, ut videtur, Donii; Ptolemaeus sched. Senens. 1, 27; Gadius ms. 688, 4 e schedis Rycquii, ed. ind. 85; Montfaucon Paris. 1293 f. 155 manu Hispani anonymi; Seguier Paris. f. 81; Marini emend. ad Grut. suum nunc Vatic.; cf. denique Fabretti emend.

10361 cippus marmoreus. In museo Capitolino GVASCO, ubi adhuc extat.

DIS · MANIBVS
ANTONIA · IONIS · FECIT
urceus M·ANTONIO·CHRYSOGONO *patera*
DECVR·CONTVB
BENEMERENTI · ET
ALEXANDRIAE
VERNAE SVAE

Descripsi. Guasco M. C. 285; Marini sched. Vatic.

10362 tabella marmorea. *Nell' orto del capitan Vecchi in Trastevere* PTOL.; in vinea comitum de Vecchiis MVR. 673. — In suburbano comitis Galletti GALL. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* suppl. mil.).

M ANTONIVS
EROS DECVR

Descripsi. Ptolemaeus sched. Senens. 2, 502 (inde, ut videtur, Mur. 887, 10 'e schedis meis'); Mur. 673, 7 acceptam a P. Scarmagli; schedae Gallettii apud I. B. de Rossi.

10363 ara marmorea serto ornata. In domo Petri (Domenici MAGL.) de Maximis IVCVND., Pauli de M. SAB.; in aedibus Maximorum, vel similiter PLERIQVE. — Apud nobiles de Patriciis PTOL. Ibi adhuc extat. — S. l. ALC. LVP.

DIS · MANIBVS
ANTONIA · CHARIESSA
IMMVNIS · SIBI · ET
urceus M·ANTONIO·MYRTILO *patera*
CONTVBERNALI·SVO
BENE·MERENTI·DEDIT
ET · M · ANTONIO·
SOSTHO · DSC

Descripserunt Dulm, minus accurate Brusza et Matz. Iucundus Veron. f. 95, Magl. f. 37 (inde Mazochius f. 95, non vidit emendator); P. Sabinus Marc. f. 142; Alciatus Fead f. 96; Ach. Statius Vallic. f. 52 citat; Lipsius ms. f. 39' et 48, auct. 46, 3 (inde Grut. 960, 6) qui vidit; Boissard Holm. f. 92, Paris. p. 407, ed. 6, 19; Ciacconius Raff. f. 85; Ptolemaeus sched. Senens. 2, 138; Lupi Vatic. 9143 f. 63, ded. anonymus.

8 DSC plane a sinistra positum omiserunt Lips. Boiss. Ciacc. Ptol. Lup. Bruzz. Matz.

10364 s. l.

TI·CLAVDIVS·QVIETVS
DECVRIO
CLAVDIA · CHLOE

Ligorius Neap. l. 39.

10365 fragmentum tabulae marmoreae in repositis musei Capitolini in tabulario.

L·D L
DIADVM . .
DECVR·VI

Descripsit Schmidt, contuli ectypum.
3 potest esse *decur(io) vi[vos]*.

10366 fragmentum repertum a. 1860 in fundamentis iaciendis aedium quarundam ad principium viae di *Borgo nuovo* siturum.

P FABIO I
MO·AVGVR
DEC·TRIB
. MCO · OPTI . .

Descripsit A. Pellegrini.
4 legendum [am]co.

10367 ara marmorea. In villa Pelucchi MAR.

D M
T · FLAVI · CYR
IVLIANI · DECVR
urceus VIX · ANN · XXIIII patera
S M · III · D · XIII
FLAVIA·APHRODISIA
MATER · FILIO
PIENTISSIMO
FECIT

Oderici misit Zaccariae *annali lett. d' Italia* 1762 1, 2 p. 209; Marini sched. Vatic.
2 FLAVIO, — 3 DECVR, — 8 PIENTISSI . . ., — 9 FEC Oder.
2 CYR quid significet non perspicio; cogitavi de *cur(atoris)* postmodum adiecto; tribum Quirinam Graece expressam significari putat Mommsen.

10368 tabula, ut videtur, marmorea. Ex urbe advecta, Florentiae apud Guicciardinios DON. — In hortis Corsiniis GORI (1); olim apud Corsinios GORI (3), ubi a. 1862 frustra quaesivi.

FORTVNATVS·DEC	TI · CLAV
TI · CAESARIS	CLEMA
CHIONES	
MAMMAE	FORTVNATI

Donius Vatic. 7113 f. 64' manu, ut videtur, ipsius, descriptam ab Alexandro fratre: ex schedis Donii Gori I. E. 3, 302, 457; idem partem minus accurate I. a. 1, 140, 38.
1 extr. TI·CL·M Gori 3. — 4 MAMMIAE id. — Gori 1 exhibet sic:

FORTVNATVS DE
TI·CAESARIS GERM
CHTONES
MAMAE · FORTVN

10369 tabella marmorea. In museo Laterano in repositis. — S. l. FEA. AB.

HYMNVS·IVLI
DECVRIO·IDEM·SOCIVS

Descripsi. Fea sched. f. 169; Amati Vatic. 9747 f. 22.
1 videtur legendum esse *Iuli[anus]*.

10370 in agro supra coemeterium Callisti.

DIS · Manibus
TI · I
DEMO
DECVrioni

Descripsit de Rossi.

10371 tabella marmorea. S. l. VISC. 7. — In vinea Moroni ad viam Appiam VISC. 9697. — In museo Vaticano MAR.; ibi adhuc (*Gall. lap.* Off. 11).

D·IVNI·D L·PILODAMI·Dec
SVETTIAE·C·L·PRIMAE

Descripsi. E. Q. Visconti sched. Paris. 7 f. 227 et cod. Paris. Lat. 9697 f. 133' parum accurate; Marini Vatic. 9124 f. 86.

10372 in vase marmoreo reperto in villa Pelucchi GIORG. OD. FEA. — Exemplum novicium tituli operculi fuit apud Piranesium MAR. quod emptum a Maria imperatrice Russiae a. 1780 adhuc servatur in castello Pawlowsk HAND. MVRALT. STEPH. LVG.

a in operculo vasis:	*b in vase ipso:*
SEX · LARTIDIVS	IVLIA · PRIMILLA
SEX·L·THAMYRVS	VALENTI·FILIO·SVO
DECVRIO	

a solam Giorgi sched. Casanat. XVI, qui descripsit a. 1736; *a. b.* Oderici sched. Genuat. f. 57; Fea sched. 62. — Exemplum novicium descripsit Lugebil; exhibent Marini Vatic. 9122 f. 160, qui damnavit; Hand antiq. inscr. Lat. p. 12; Muralt *mém. de la soc. de St. Pétersbourg* II p. 359; Stephani *Antikensammlung zu Pawlowsk* p. 38, 65.
In exemplo novicio 2 THAMRIVS omnes; sigla D M addit Muralt. — Cf. n. 10313.

10373 in vinea Pelucchi extra portam Pincianam.

. . . . . IDIVS·SEX·LIB·
. . . . . ER·DEC·IN·FAM
. . . OB C F·LIBERTA·

Giorgi sched. Casanat. XVI, qui descripsit a. 1736.
Videtur fuisse v. 1 [*Sex. Lart*]*idius* (cf. tituli ibidem reperti n. 10313. 10372), v. 3 [*St*]*or*[*ge*].

10374 tabella marmorea. Apud Carolum Strozzium, reperta a. 1640 ad portam Capenam BARB. 39; Florentiam avecta a Carolo Strozzio ID. 122; *nella mia villa di Montughi* STROZZA. Ibidem GORI et adhuc. — S. l. MONTF. FABR.

L·LICINIVS·L·L·CHILO
DECVRIO
AEBVTIA·C·L·ARBVSCVL
CONIVNS·L·LICINI

Contuli. Strozza et in cod. Barberin. 30, 182 f. 122' in epistula a. 1657 data (inde Fabretti 387, 242) et in cod. Florent. f. 68 (inde Gudius ms. 848, 6); Bouchard cod. Barb. 30, 182 f. 39 a Strozzio; Montfaucon Paris. 1293 f. 80'; Gori I. E. 1, 354, 62.

10375 apud Martium Milesium Sarazaninm.

Q·LOLLI·Q·L
ALEXANDRI
DECVR

Donius cod. Marucell. A, 293 f. 206, ed. 5, 76 (inde Mur. 714, 10) qui vidit.

10376 tabella marmorea. Reperta in vinea Cremaschi extra portam Latinam AM. Nunc in museo Laterano in repositis.

Q·LOLLIVS·Q·L·
DAMASIPPVS
DECVRIO

Descripsi. Amati Vatic. 9761 f. 18.
3 DECVRIO Amati.

10377 Romae apud D. Audr. de Rubeis.

LVCRIO VEDIAN
DECVR
DEDIC
SCALARIA PRIMA OPERE
A TECTORIO EXPOLIENDA ET
PAVIMENTVM EODEM LOCO·D·S·P

Castellinius qui vidit in additamentis ms. ad Smetiam bibliothecae Veronensis f. 107.

1 VEDLAN traditur. — Hic Vedianus ut alter (n. 10395) videtur ex hereditate Vedii Pollionis factus esse Augusti.

10378 penes Marcum Antonium Sabbatinum.

P · NVMICIVS · P · L · SERVLLVS
DEC HABET·OLLAS·CONTINENTES·VI·PRIMVS
SIBI · ET · SVIS
AFRAIA · Ɔ · L · ITALIA

Fabretti 12, 55.

Cfr. supra n. 10358.

10379 in domo Ioannis Ciampollini SAB., similiter CETERI.

a

C · OCTAVIVS
MEMNO·DEC

b

ATHEMAIS
MEMNONIS · L

P. Sabinus Marc. f. 175, Ottob. f. 65 (inde Mazochius f. 109 et 111, vidit auctor emendationum, ex quo Grut. 444, 4); Bellievre Paris. f. 188'; cod. Ambrosianus A, 55 inf. f. 44.

Vv. div. incerta. — a 1 C· om. Bell. Maz. 109. — OCIAVVS Maz. 109. b 2 I pro L Sab. Marc., om. Ambr.

10380 in domo Ludovici Belli.

D·PAPI·Ɔ·L·AGATHEMERI·DEC . . .

P. Sabinus Marc. f. 145' (inde Gori xen. 2, 100).

Vv. div. incerta.

10381 tabula marmorea. Apud marmorarium iuxta B. Marine in montibus DON. — Apud secretarium praesulis Rinuccini MAR. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* Off. II).

P·RVBRIVS·EVPHORVS
DECVR · SIBI · ET
FILIABVS · GEMELLIS

Descripsi. Donius Vatic. 7113 f. 28' manu ipsius; Marini Vatic. 9125 f. 313.

10382 in hortis Campanae prope Lateranum.

P RVBRIVS·POTHVS
DECVRIO · ET
RVBRIAE · AMMIAE

Descripsit de Rossi.

10383 tabella marmorea in museo Laterano in repositis.

SCIRTVS·PINI TI
CAESARIS L
SERVO DECVRIONI

Descripsit Detlefsen.

10384 tabella marmorea. In aedibus I. B. de Rossi.

VS · L-SCRIBONIVS
L · MITHRIDATES
DEC

Descripsit Kaibel, contuli ego.

10385 tabella marmorea. In museo Albano MVR. In museo Capitolino GVASCO et adhuc.

CN SENTIVS IVNIA·PRIMA
MELANTHA MELANTHAE
DEC VXOR

Descripsi. Muratori 743, 5 acceptam a Laurentio Maffeio; Guasco M. C. 391; Marini sched. Vatic. manu ignota.

10386 cista ornata. In palatio Farnesiano GVD. — In museo Neapolitano MOMMS. FIOR.

STATILIAE STORGE
COMTVBERNALI
STATILI · MYSTIS
DECVR

Descripsit Mommsen I. N. 6393. Gudius ms. 393, 4, ed. 310, 10; Fiorelli cat. 431.

10387 tabella marmorea litteris bonis saeculi fere primi. Apud Io. Bonium Londini allata ex urbe RAFF. Nunc in museo Britannico.

P·STENIVS· PLOSVRNIA
RVFVS T·L·SALVILLA
DEC

Descripsit Huebner. Maffei M V. 448, 5; Ellis *Towniey collection* 2, 240; *Ancient marbles of the British museum* V p. 22, tab. V, 5.

10388 tabula marmorea. In domo Pauli de Alexiis SAB.; in domo quondam Francisci Porcari IVCVND. (Iulii GAMM. MAZ. KNIBB. SEG.), nunc principis Pamphilii addit PTOL. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* Off. II).

M·SVELLIVS·M·L·SATVRVS
DEC

Descripsi. Iucundus Veron. f. 92, Magl. f. 28' (inde Mazochius f. 138, vidit auctor emendationum, ex quo Grut. 995, 17); Knibbius Berol. p. 48 (inde et ex Mazochio Grut. 923, 12); Ptolemaeus sched. Senens. 2, 257; Seguier Paris. f. 174. — Habet etiam P. Sabinus Marc. f. 110' (inde fortasse Gammarus f. 176') conexam cum titulis *L. Fadii L. f. Ter.* (Grut. 911, 10) et *Ti. Poeni Faustuli.*

1 M·VELLIVS Sab. Gamm.

10389 tabella marmorea in museo Laterano, in repositis.

M · TIT
DEC

Descripsi.

10390 in coemeterio SS. Petri et Marcellini via Labicana.

LA
M · VLP · S
DEC
FAC
I TA
V

Descripsit de Rossi.

Potest etiam cogitari de *decurione equitum singularium.*

10391 tabella marmorea, olim apud Fabrettium, nunc Urbini in aedibus ducalibus cl. XVIII.

L · VOCONI · VERI
COGNATI·LIVIORVM
DECVR

Descripsit Bormann. Fabretti 34, LXII.

2 tabula videtur extitisse in columbario aliquo domus Liviae et *cognati Liviorum* ideo additum esse, ut determinaretur ratio intercedens inter Voconium Verum et alios quosdam eius familiae.

10392 fragmentum tabulae marmoreae in museo Laterano in repositis.

I — V —
Q·DECVRI
ONOMI
T

Descripsit Detlefsen.

10393 tabula marmorea. In museo cardinalis Albani MVR. — In museo Capitolino GVASCO. Ibi adhuc extat loco altissimo posita et calce oblita.

. . . RA · DECVRIO · SIBI
ET · OSSIBVS · SVIS · SE
VIVO · FECIT

Descripsi. Mur. 769, 4; Guasco M. C. 860; Marini sched. Vatic. manu ignota.
1. 2 litterae inclinatae nunc non apparent.

10394 fragmentum repertum a. 1862 in vinea Ricci, contigua moenibus urbis et monumento C. Cestii extra portam Ostiensem.

E DECVR
. . HI · ET
adhuc forte NATALE · CONIVG
C · TREBIO · CASTO
D ET · OFILLIIS
D · THAIDI · RHODINE
APIS · QVOS EX OFILIA
fortasse "SO. ME PISSIM
primi SC

Descripsit de Rossi.

DECVRIAE COLLEGIORVM

10395 fragmentum prius repertum est a. 1847 in vinea Codini prope monumentum libertorum Marcellae, extat parieti externo eius monumenti affixum. — Fragmentum alterum fuit in domo d. Alfonsi de Anania IVC. Coniectura coniunxit Henzen.

L. passieno C · CALV*isio cos* a. u. c. 750
ER
V
EVO
*dec*VR · EMIT
SY
L · LENTV*lo* M · MESS*alla cos* 751
ZOILVS
HERMES IVLI*Anus*
Θ LIVIVS ALEX*ander*
EROS
DECVR *emit*
NICEROS
IMP · CAESARE · XIII · M · *plautio cos* 752
ANOPTES
LVCRIO ANTON*ian*
C · IVLIVS HY *pianus?*
C · IVLIVS · DIVI · AVG · L · DIONYSIVS
COSSO · CORNELIO · L · PISONE · Cos 753
AMPHIO PHILOTEE
FLORVS SPENDONT
Θ GAA AMYNT
Θ APOLLONIVS AMYNT
DECVR · EMIT
C · IVLIVS HILARIO
C · CAESARE L · PAVLO · COS 754
EROS ANTONIAN
DAMOCRATES AMYNT
PSES VEDIAN
ONESIMVS ISOCHRYSIAN
DECVR · EMERVNT
C · IVLIVS AGAMEMNO
ORESTES
Θ C · IVLIVS PARTHENIO
C · OCTAVIVS CLEMENS
AMIANTHVS · ARCHITECT NICANORIANVS

Fragmentum prius descripsi et edidi *ann. dell' inst.* 1856 p. 14 n. 36 et huius vol. n. 4714; fragmentum alterum servavit Iucundus Veron. f. 141, Magl. f. 91; ex eo Pighius Berol. f. 214, Annal. 3 p. 529 (inde Reinesius 10, 3) 'e S. Crucis libro', et Mur. 298, 3, qui errore se ex schedis Farnesiis petisse refert. Ex Pighio potissimum edidi huius operis vol. I p. 473, 11, non semper recte expletum.
5 fuit *Euo[dus]* vel *Euo[nymus]*. — 10 IVLIA in litura repositum est. — 16 ANOPTOS male Pigh. Berol. — 21 PHILOTEE Iuc., PHILOTEC Pigh.; intellegendum est fortasse *Philotaerianus*. — 22 SPENDONT Iuc., SPENDONT Pigh. Berol., intellege *Spendontianus*. — 23. 24. 29 AMYNT id. fortasse recte; est *Amynt(ianus)*. — 25 EME id. male; unus semper est qui emit. — 27 PAVLO Iuc. — Post 33 quae inserit Pigh. P · VINVCIO · P · VASOCOS, ex interpolatione addita esse non solum inde probatur, quod in codice Berolinensi verba illa postea adscripta sunt, sed etiam quod verbis *decuriam emerunt* plures praeter Agamemnonem emisse indicantur.
Fasti sunt collegii ad comparandum sepulcrum commune instituti, cui praefuerunt magistri annui quaterni, quodque in familia Augusta constitisse probabile fit et ex nominibus libertorum (11. 18. 19. 26. 33. 35. 36) et additis signis *Amynt.*, *Vedian.* cet., quae extra eam familiam rarissime occurrunt, maxime denique loco quo inventum est fragmentum prius. Fastos hos incisos esse post mortem demum Augusti patet ex v. 19. Eiusdem generis sunt fasti supra n. 8639 et Antiates vol. X n. 6638. — 23 idem homo nominatur in titulo huius vol. n. 4715, reperto et ipso prope monumentum Marcellae: *Isocrysus argentarius* (cf. v. 31) *Gaa Amynt(ianus)*.

10396 cippus ex lapide Tiburtino undequaque mutilus; in hortis marchionis Campana prope Lateranum.

EX · DECVR *a* . . .
P · KANENVS · CY
P · SEXTILIVS · APO
C · NAVTIVS · NIKANOR
M · PACCIVS · ANTIOCV*s*
M · VOLCIVS · AGATHO*pus*
C · NAVTIVS · PHILOXSENVS
A · AGRIVS · HELIODORVS
C · GEMINIVS · NVMIO
C · POPILLIVS · ANTIO*cus*
A · TERENTIVS
L · LARCIP . .

Descripsi. Habet Amati Vatic. 9772 f. 32.
12 nunc deest; servavit Amatius, qui dat L · LARC · V . . .

10397 Romae reperta, apud Ficoronium FIC. — In museo Kircheriano OD. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* Off. II).

C · ACILIVS
PAEDEROS · DEC · XII
SIBI · ET · SVIS

Descripsi. Ficoronius in litteris datis ad Muratorium die 3 Augusti a. 1740 Mutinae servatis (inde Mur. 2020, 5); Oderici sched. Genuens. f. 1.

10398 Romae FIC.

P · CARPINIO · P · L
VENVSTO VENETINVS
PATRONVS · DES . . . .
L · M · EX · DEC · VIII

Mur. 687, 3 missam a Ficoronio.
[3. 4 fortasse *de s[uo] l(ibens) m(erito)* TH. M.]

10399 in museo Ciampino.

GELOS · DIVI · AVGVSTI · L · EX · DEC*uri* . . .
POST · MORTEM · FILII · SVI · NO
FECIT · ET · DEDICA*vit*
DIII · NONAS · MAIAS · T · STATILIO · TAVRO · P · POMPO*nio graecino cos.* a. 16

Fabretti 701, 224.
1 ex. potest item suppleri *ex dec[reto decurionum]*.

10400 apud Ficoronium MVR. — Mediolani in bibliotheca Ambrosiana ex museo abbatis Menatti Florentini, qui emerat Romae MAR. Ibi frustra quaesivit MOMMSEN.

DIS · MAN
TI · IVLIVS · CERI
*AL*IS · EX · DEC · III
*S*IBI · ET · SVIS · FEC

Mur. 710, 6 acceptam, ut videtur, a Ficoronio; Marini Vatic. 9128 duobus exemplis, *Arv.* 295 qui descripsit.
Litterae inclinatae desunt apud Marinium, qui v. 3 in. omisit etiam I exemplo altero Vatic. et Arv.

10401 ara marmorea litteris optimis in museo villae Pincianae Borghesiorum (*stanza d' Ercole*).

D · M
L · IVLI · EVTYCHIANI
DEC · III · IIII
urceus VIX·ANN·XXV·M·VIII·D·VIII patera
IVLIA · SPENDVSA
MATER·INFELICISSIMA
FECIT · ET · SIBI · LIBERTIS
LIBERTABVSQ · EVIS
POSTERISQ · EORVM

Descripsi.
Hominis duabus huius generis decuriis adscripti alterum titulum nullum novimus.

10402 urnula FABR. Extra portam Flaminiam in hortis Bosii GVD., similiter DON.; vinea Caesarina PTOL. FABR.

D · M
Q·LVCCIO·SVHODO
EX · DEC · VIII · NVMISIA
GEMINA·COIVGI·B·M·FEC
LOCVS·DAT·A IVLIO·REDEM
ET · IVNIO · EVAG CVTO

Donius cod. Marucell. A, 293 f. 198, ed. 12, 11, qui vidit; Gudius ms. 373, 1 qui vidit; Ptolemaeus sched. Senens. 1, 271; Fabretti 156, 257.
5 REDEN Don., REDETI Gud., REDEO Ptol. — 6 EVAC . . . CVIO Don. (Maruc.), EVA . . . CVIO Don. (ed.), EVAC . . . CVPO Gud., EVAC . . . ACVTO Ptol., EVAG CVTO Fabr.

10403 tabula marmorea. *Ritrovate in questi mesi* MARVC. 77 (de n. 10403. 10405 et supra n. 10146); a. 1731—1733 apud Ficoronium, repertae ut videtur in principio viae Appiae et Latinae antiquarum MARVC. 6 de iisdem; apud Ficoronium SEG. MVR. — In museo Capitolino GVASCO, ubi adhuc extat.

DEC·II
L · OLIVS
CLIANTVS
V·A·XXXVIII

Descripsi. Ficoronius misit Gorio litteris 2 Aug. 1732 cod. Maruc. A 77 f. 99, rursus in schedis cod. Marucell. A 6 f. 481', item Muratorio 726, 8, ubi subiungitur n. 10405; Seguier Paris. f. 257; Guasco M. C. 1165.
Videntur haec et n. 10405 pertinere ad collegium scabillariorum cuius est titulus una repertus n. 10146.

10404 Mediolani in bibliotheca Ambrosiana ex museo abbatis Menatti Florentini qui Romae emerat MAR. Ibi adhuc servatur.

C·SELLIVS·HELIVS
EX DEC III
IVVENTIA·ILIAS
CONIVNX

Descripsit Mommsen. Marini qui vidit Vatic. 9128 duobus exemplis, *Arv.* 266.
1 sic videbatur Mommseno, C·ETILIVS·HELISA Mar.

10405 ut n. 10403 MAR. MVR. — Nunc in museo Britannico.

DEC · XII ·
M · VAREN
VS · FELIX ·

Descripsit Huebner. Ficoronius misit Gorio litteris 2 Aug. 1732 cod. Maruc. A 79 f. 99, rursus cod. Marucell. A 6 f. 481; item Muratorio 726, 8 qui coniungit cum n. 10403.

10406 tabula marmorea in museo Laterano in repositis.

dis MANIBVS·C
EX·DECVRIA
TAE LOC

Descripsit Detlefsen.

INSCRIPTIONES RELIQVAE COLLEGIORVM.

10407 monumentum ex lapide Tiburtino quattuor lateribus scriptum, olim apud Aemilianum Sarti; desideratur tamen in museo Capitolino inter lapides Sartianos.

a

C · PAPIRIVS · Ɔ · L · DIOPHANES
LIGVTIVS·PL·L·DIONYSIVS
Q · CAECILIVS DIPHILVS

L · MAESIVS AMPHIO	A · RVSTIVS HERE . .
L · VALERIVS MENAN	HERMAE MEVI . . .
Q·RAPIDIVS·Q·F·CARIA	M·VESON·PENIC . . . .
A · AQVILIVS FRVD	A·RVSTIVS SOTIA . . .
A · PETRONIVS EROS	C·CLODIVS AENA . . .
EROS LEPIDI	C·CEDI·DIPHILVS . .
SEX · VOLCAN · SCAEL	A·FVRIVS POLLO . . .
. . . . ALEXANDER	. . . .
	. . . .

b in latere postico:

C · CLODIVS ALEXAN ·	L CAEVILIVS . . .
L CANIVS LEPIDI	L · ARBIVS . . .
. . . .	S · VIBIVS EROS . . .
	Q . . . . . CORN . . .
	C·CORENVS MAR . . .
	C·LIVIVS SVRVS . . .
	. . . .
	. . . .

c in parte superna:

QVEI · HAEC NOMINA
SOCIORVM ABOLVERIT
VT IS NEQVE APVD DEOS
SVPEROS NEC INFEROS ACCEPT
SIT

d a latere:

BARNA LAEL
A·RVSTIVS LYSIA
P·ASREN·HEVOD
OL

Dedit Canina e. m. v. excerptum ex indice inscriptionum quas possidebat Sartius.
a, 2 potest fuisse TI·CVTIVS·TI·L similiterve.

10408 tabula marmorea collocata in museo Vaticano a. 1855 (*Gall. lap.* omne genus VIII).

ENO · SATVRNIN
R
·ONTVLERVNT
mODESTVS · PR ·
ATIS · PR ·
?·SEVERVS D·CORNELIVS·D·F·FIRMVS·
?LISSVS ?T?IVS · D·P·LIBERA?IS

Descripsit de Rossi, contulit Schmidt.
1 videtur esse nomen eponymi anni, quo contulerunt. — 4. 5 PR fortasse est *pr(aefectus)*.

10409 in vinea proxima portam Capenae ad sinistram exeunti, litteris pulchris.

IMAGINEM · MARMOREAM · ET · ZOTHECAM
VS·QVI·SVNT·HVIVS·MONIMENTI·SOCI·HONORIS
PECVNIA PVBLICA D · D
SEX · PAPINIO · Q · PLAVTIO · COS a. 36

Pighius Berol. f. 76'.

Titulus sic fere videtur intellegendus esse: . . . . *imaginem marmoream et zothecam* [*curatorib*]*us, qui sunt huius monumenti, soci honoris* [*causa*] *pecunia publica d*(*ecurionum*) *d*(*ecreto*) [*p*(*osuerunt*)]. Nomina eorum, quibus imagines et zothecae, singulis nempe singulae, dicatae erant, non in hoc titulo, sed fortasse sub ipsis statuis exaratae fuerunt. — 4 de Papinio cf. huius operis vol. V, 2823; de Plautio act. Arval. ind. nom. p. 194.

10410 fragmentum tabulae, ut videtur, marmoreae, repertum in scalis domus cuiusdam Romanae.

C · IVLIO · DIVI · AVG · I
IMAGIN MARMORI
PEC·PVBLIC VNIVERSI SI D

Amati sched. Vatic. in scheda non numerata.

10411 *tabella in Santa Prasede* CITT.; in pavimento eccl. S. Praxedis in saxo detrito RYCQ

T · AELIVS · VICTORINVS
LOCVM SEPVLTVRAE · CORPORVM · EXTRVXI
CVI · LOCO · RELIGIOSO · ACEDERE · VOLO ·
OMNE . . AEDIFICIVM · ADIACENS ·
ITEM·AGRVM . . . . . VINE·CINCTVM·MACERIA·
CVIVS·REDITVM S·SERVIRE · AD TVTELAM·
TOTIVS·LOCI . . . . PROSPEXI
VTEM . . . . I . . VT · SEPELLIENDI
I·SVP . . . . . VINT ·
RA · EMPTA · SVNT ·
RELIGIONIS · HOMINES

Cittadinius Marc. p. 173; Rycquius apud Gudium ms. 68, 12, ed. 313, 14 solum v. 1, adnotans cetera legi non posse.

5 *agrum* [*sive*] *vine*[*am*] supplevit Mommsen. — 7 sq. idem hunc fere in modum supplendos censet: *prospexi* [*a*]*utem* [*testamento meo*], *ut sepeliendi* [*sint ex meis qu*]*i sup*[*erstiter*]*int* [*in locis quae ut sup*]*ra empta sunt* [*meae*] *religionis homines.*

10412 tabula marmorea litteris saeculi II exeuntis, ut videtur, ROSSI (p. 95). In villa Patriciorum extra p. Piam.

MONVMENTVM VALERI M
ERCVRI ET IVLITTES IVLIAN
I ET QVINTILIES VERECVNDES LI
BERTIS LIBERTABVSQVE POSTE
RISQVE EORVM AT RELIGIONE
M PERTINENTES MEAM HOC A
MPLIVS IN CIRCVITVM CIRCA
MONVMENTVM LATI LONGI
PER PEDES SINOS·QVOD PERTIN
ET AT IPSVM MONVMENT

Descripsi. De Rossi *bull. Crist.* 1865 p. 54, cf. p. 92 seqq.

Tituli hi ad christianam fortasse religionem pertinent; cfr. de Rossi l. c. p. 92.

10413 saxum ex lapide Tiburtino litteris vetustis, repertum anno fere 1862 aut 1863 in campo Verano prope S. Laurentii, nunc in museo Capitolino.

. . . L
AGATHO·L·L
CONLEGEIS
ARQVITI · PO
AGATHONIS·I

Descripsit Zangemeister.

10414 s. l.

M · AVFIDIVS · M.
CERDO · COMMO
RIENTES · HAVETE

Amati Vatic. 9762 f. 31'.

Commorientes alii commemorantur huius vol. n. 6215. 6216.

10415 lapis Tiburtinus MELCH. Via Aurelia vinea Caramella FABR.; extra portam S. Pancratii in introitu vineae MEM.; in limine portae apud Virginem dictam *del riposo* MELCH.

A · CLODIVS · A · L
APOLLODORVS
VETTIA·Q·L·GLVCERA
A · CASCELLIVS · A · L
NICEPOR · MONV
FECERVNT · SOCII
SIBI · ET · SVEISQVE

Fabretti 175, 340; Melchiorri in schedis suis; idem cum Petro Hercule Visconti *memorie Romane* I p. 42, 18 (inde Cardinali *diplomi* 431). Ex prioribus huius operis vol. I n. 1041.

3 GLVCERA Fabr., GLYCERA ceteri.

10416 sub statua marmorea mulieris. Rep. in vinea Pelucchi BRACCI; in villa Grottae Pallottae MAR. — S. l. ZACC. — Apud Martinettium antiquarium BRVZZA BORMANN.

BVTILIA · PREPVSA · HVNC · COLLEGIVM
CONSTITVIT CON L·CERBARIO BONO *sic*
CONIVGI·SVO LIBERTIS·LIBERTABVSQVE *sic*
POSTERISQVE · EORVM

Descripserunt Bormann a. 1867 et Bruzza. Bracci, cui descripsit Zanobetti, in epistula ad Lamium missa d. 29 Ian. 1757 servata inter epist. Lamianas in bibliotheca Riccardiana (inde *Novelle lett. Fiorent.* 1757 p. 91; ex iis Donati 237, 8, unde Orelli 4123); Zaccaria *annali lett. d'Italia* I 2 p. 209 missam ab Odericio; Marini sched. Vatic.

2 CERBARIO Mar, Bruzza, CERBABIO Borm., CARRABIO Zacc., CORBARIO Bracci. — Marinianam lectionem praetuli propter titulum nuper a Gattio descriptum et infra edendum, qui ad eundem hominem pertinere videtur: *d. m. L. Cervarius Bonus monimentum h. v. sibi et suis et l*[*ibertis liber*]*tab*[*us* . . .].

10417 in fragmento basis statuae viri altitudinis eiusdem (scil. statuae mulieris n. 10416) ad cuius pedes stat scrinium clave clausum cum anulis hinc inde, a quibus connexum est ligamentum in lori speciem efformatum.

*L. cerbar*IVS · BONVS · ET · BVTILIA *prepusa*
*liber*TIS·LIBERTABVSQVE·D·D

Marini sched. Vat.

10418 in villa Matthaeiorum, olim in horto Iuliani Cesarini DON., in hortis Coelimontanis Matthaeiorum GVD., similiter PTOL. SEG. — Exemplum manifesto spurium fuit olim Hagae Comitum in aedibus Hugeni, deinde apud Papenbroekium OVD. et cum monumentis ab hoc collectis in museum Lugdunense illatum est, ubi adhuc servatur IANSS.

C · SEPTVMIVS · ET · L · SARRONIVS
PAVIMENTVM · DE · SVO
FECER · SIBI · ET · SOCIS

Donius Vatic. 7113 f. 32 manu ipsius; Gudius ms. 546, 1, ed. 75, 6; Ptolemaeus sched. Senens. 2, 10 (inde Mur. 485, 5); Seguier Paris. f. 76. — Exemplum novicium exhibent Oudendorp mon. Papenbroek. p. 21 n. 22 et Janssen mus. Lugd. Bat. p. 106, imaginem tab. XX, 6; contuli ectypum.

1 SARDONIVS Gud. — 3 SOCIIS Seg. — In exemplo novicio scriptum est 1 TE pro ET, — 3 FECIT, — SOCIIS.

10419 praecedit: in Antonii Lilli domo retro Araecoeli MET. — S. I. LIG. BARB.

L · S E R T O R I
H E L E N I
LVRIO · AGATHOCLENE
CORAM SOCIS SVIS

Metellus Vatic. 6039 f. 260' 'exscr. Petrus Varondellus Sequanus a. 1547'; Ligorius Neap. l. 39 p. 203 (inde Panvinius Vatic. 6036 f. 70, ex quo Donius Barb. p. 94); cod. Barberinius 29, 20 f. 39'.

2 HENENI Lig. — 3 IVRIO Barb. — AGATHOCIENE Met., AGATHOGENE Lig., AGATHOCLENE Barb. — 4 COREM Lig. [Aut adfuit olim aut cogitatione supplendum est *mancipio dante* vel simile quiddam. TH. M.]

10420 tabula marmorea in aedibus Corsetti.

D M
TRITOGE
NI COL
LEGIVM
I B · M
FECERVNT

Descripsit Descemet, contulit Kiessling.

2 in. littera T male formata est.

10421 cippus ex lapide Tiburtino in museo Kircheriano amplificato, effossus, ut videtur, prope monumenta Statiliorum.

S O C I O R V M
! ! ! ! ! ! ! !
IN · FRONTE · P · X ·
IN · AGRO P · X ·

Descripsi.

10422 in villa Pamfilia.

SOCIEI

Amati sched. Vatic. 9738 f. 90.

10423 tabella marmorea columbarii litteris non bonis in museo Vaticano (*Gall. lap.* suppl. domus Aug.).

TI · B · M
COLLEGI
MVLIERVM

Descripsi.

Titulus integer est; TI. I videtur significare *Ti(gridi* vel simile nomen) *b(ene) m(erenti)*.

10424 Florentiae apud Guicciardinios Roma advecta DON. *Venuta di Roma, hoggi in Firenze nel giardino del sig. march. Bartolomeo Corsini* STROZZA, similiter GVD. Modo deperdita GORI.

D M
M · A · ET · L · F
FILI · CAR · B · M
POSVIT · VIXIT · AN
XXXXV · DIES · IX · O · H

Donius Vat. 7113 f. 60' descriptum ab Al. Donio; Strozza cod. Florent. f. 75, 3 (inde Gudius ms. 810, 3, ed. 249, 4; Gori I. E. 1, 184, 223, ex quo Mur. 1234, 6).

10425 in vinea Brunona.

D · M
C · A · EVHODO · FRATRI
ET · F · TYCHENI · MAT
N E L I V S
bene M E R E N T
F E C I T

Fabretti 372, 157.
5 . . NE MERENT traditur.

10426 locus non indicatur; praecedit *a S. Lorenzo Paneperna nel cortile.*

D · M
M · A · EVTERPIANI
QVI · VIXIT · ANN · II
MENSIS · VI · DIEB
XIIII · M · A
EVTERPIANVS · ET
IVSTA · MATER · PA
RENTES · FILIO · DVL
CISSIMO

Manutius Vat. 5241 p. 268 (inde Fabretti 373, 163 'e schedis Vaticanis').

10427 Auximi in domo Guarnieri. Speciem prae se fert originis urbanae MOMMSEN.

D M
A / / / / / / / / / / / / / / . / . / R
LOCA PVRA PLVRIMA · HVIVS MONI ·
ET · AGRI · PVRI EX CAVSA EMPTI · ADQVE
DONATIONIS SIBI SVISQVE LIBERTIS *et*
LIBERTIS LIBERTARVSQVE PORT
ERISQVS · EORVM · FABRICA · COQVE ·
INSTITVTA · FECIT

Descripsit Mommsen.

10428 tabula marmorea in villa Pamfilia in sepulcreto.

D · M · A
FECIT · A
NIAE · A
GEMIN
TERTIA
AFRODI
CONIG

Descripsi; contulit Bormann a. 1868.

10429 fragmentum tabulae marmoreae in repositis musei Laterani.

. . M A
CI
LVS
ET

Descripsit Detlefsen.

10430 operculum sarcophagi, in agro supra coemeterium Callisti.

delphinus Q A
N

Descripsit de Rossi.

10431 fragmentum tabulae marmoreae in claustro coenobii *alle tre Fontane.*

FIL . .
QVAE · VIXIT · A
DIEBVS XXIII · P · A
AVG · LIB · IANV *arius et*
CINNIA · EVPHEM
INFELICISSIM

Descripsit Gatti a. 1877.
3 *Aelius* videtur supplendum esse et propter *Aug. lib.*, et propter *Publii* praenomen.

10432 tabula marmorea a B. Grandio empta; nunc in impluvio domus eius via *Bocca di Leone.*

ABASC
ET
MARCELLO
VIX · ANNI

Descripsit Bormann.

10433 tabella alta pedem in vinea Rmi. card. Carpensis TORR.; in hortis Carpensibus MAN.

D · M · S
A B A S C A N
T V S VIXIT
A N · XVI · M
X I · D · V
PARENTES MI
SERI FILIO · PI
ISSIMO

Manutius Vat. 5253 f. 370 manu ignota; Torrentius Brux. f. 5 a Nicolao Florentio missam.

10434 s. l. VISC. Extat nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* incert. 1).

D · M ·
ABASCAN
TVS · AN · III
MEN X · D · II
P AT · ABASC · L B *ne*

Descripsi. Visconti sched. Paris 7 f. 263'.

10435 titulus e sepulcreto quodam effosso anno 1857 in praedio vulgo *Tor Marancia* via Ardeatina ROSSI. — Apud antiquarium Penselli in platea *Campo de' Fiori* anno 1873 vidit DRESSEL.

D · M
ABASCANTO
FILIO · FECIT
ABASCANTVS
PATER · B · M

Descripserunt de Rossi et Dressel.

10436 s. l. (praecedit: Velitris, sed habet etc. in fine urbanarum).

*abas*CANTVS · AVG · LIB · FILIO
*ab*ASCANO · QVI · VIX · AN · XXI
MENSIBVS · VI · DIEBVS · XIII · HORIS · VIIII

Iucundus rec. 3 Cicogn. f. 145.
Vv. div. incerta. — 1 C · CANIVS, — 2 ASCANIO traditur.

10437 (Romae rep. in columbario in principio viarum Appiae et Latinae intra moenia Aureliani) a. 1731—1733 apud Ficoronium.

D · M · S
ABASCANTO
ATIMETI · VICARIO

A Ficoronio missam et cod. Marucell. Gori A, 6 f. 482' et Muratori 935, 1, qui male coniungit cum titulo subsequente in Marucelliano MVNI · SALVI ort.

10438 in villa Matthaeiorum PTOL. — Albani apud Cavaceppiam MAR. — Nunc in museo Neapolitano.

DIS · MAN
ABASCANTHVS *sic*
Q · MAGI
PHILETI · SEX
CHRYSIDI
CONSERVAS
SVAE CARISSIMA *sic*
FECIT · VIXIT
ANNIS · XXX

Descripsit Mommsen I. N. 6915. Exhibent Ptolemaeus sched. Senens. 2, 14 (inde Mur. 1569, 1); Marini sched. Vat.; Fiorelli *catal.* 270.

10439 rep. circa sepulcrum T. Flavii Posidonii in via Appia, primo ab urbe lapide dextrorsum procedendo ab aedicula Domine quo vadis MONTF.; in via Appia MVR. — In museo Capitolino GVASCO, ubi adhuc extat.

corona
DIS · MANIB
ABASCANTO VICARIO
DE SE BENE MERITO
PHILETVS · HEX
T · I · O · SSS

Descripsi. Exhibent Montfaucon 1293 f. 158 manu ignota; Mur. 935, 2 missam a Bimardo; Guasco M. C. 317.

[4. 5 *her(edum) T. I(uli) O(nesimi)* similiterve Th. M.]

10440 in museo Capitolino.

D · M
ABASCANTVS
PAT · VENERIA
MAT · VENERIAE
FILIAE · FECERV

Descripsi. Exhibet Guasco M. C. 541; Marini sched. Vat. manu ignota.

Ad eundem hominem fortasse pertinet titulus infra edendus: *D. M. Veneriae b. m. f. Abascantus* (Mur. 1508, 2 e schedis Ambrosianis).

10441 tabula marmorea in aedibus Castellaniis in vestibulo.

VS · ABASCANT
O IN QVIBVS · SV
FERI · A · XVBRIA SPH
*lib*ERTIS · LIBERT · Q POST*eris*

Descripsit Bormann.

10442 cippus marmoreus in via Appia.

d. m. s.
QVI VIX*it an*
XXI · M · VIII · D
ABASCANT*us*
FILIO DVLC*is*
SIMO FE*c*

Descripsi.

10443 litteris bonis HVEBNER. Oxonii OMNES.

· M
IS · ABASCANTVS
NIA · RESTITVTA
I · SIBI · ET · SVIS · ET
libertis LIBERTABVSQVE · SVIS
*po*STERISQVE · EORVM

Contulit Huebner. Prideaux marm. Oxon. p. 264 n. CXXVII; Maittaire marm. Arundel. p. 40 n. 95; Chandler marm. Oxon. n. XLVII.

4 in. ET, 5 LIBERTIS LIBERTABVS, 6 POSTERIS Prid., supplens puto.

10444 fragmentum Romae in aedibus Ronconii in monte Pincio.

*dis man*IS · SACRVM
*p*ATRON · S · M · ET
FIL · VIX · A · VII M · III
*ab*ASCANTVS · PAT · ET
MATER · FIL · KAR
*p*OSTERISQ · EORVM

Gudius ms. 505, 8, qui vidit.

10445 tabella columbarii. Florentiae in museo Mediceo GORI.

C · ABELLANI
FELICIS

Gori I. E. 1, 61, 158 (inde Mur. 1621, 1, qui male coniunxit cum titulo *L. Octavi L. l. Thiasi*).

10446 tabella columbarii. Florentiae in museo Mediceo GORI, ubi adhuc extat class. XI. — Alterum exemplum fuit olim apud Fabrettium, prostat nunc Urbini in palatio ducali.

C · ABELLANI · FELICIS

Descripsi exemplum Florentinum; Urbinas vidit Rocchi, contulit Bormann. Primum exhibet Gori I. E. 1, 61, 163; alterum Fabretti 1, III.

10447 apud Ficoronium MARVC. Nunc extat in museo Britannico.

M · ABENNA · M · L
SVPHEMVS · VIXIT
ANNIS IIII

Descripsit Huebner. Exhibet cod. Marucell. A, 6 in schedis a Ficoronio ad Gorium missis a. 1732 f. 483.

2 extr. VIXIT Maruc.

10448 s. l. VISC. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* incert. 11).

M · ABENNA OPPIA · C · F
PROSVS PRIMA

Descripsi. Visconti sched. Paris. 7 f. 251 parum accurate.

10449 tabella marmorea. S. l., praecedit 'apud Vescovalium' FEA AMATI. Fuit deinde in repositis musei Vaticani; est in museo Laterano in repositis.

ABENNIA *palma* IVLIA · TI · CAESAR
SYMPOSIO AVG · L · ICONIO
A · TVRRANIVS SYNETHVS LOCV
DEDIT · ICONIONI · SORORI SVAE
AB IMO ORDINE · SVMO · OLLAS · VI

Descripsimus Detlefsen et ego. Exhibent Fea sched. f. 169 manu ignota; Amati Vat. 9747 f. 22.

10450 tabula marmorea alt. m. 0,215, lat. 0,25. Romae in vinea Nari via Salaria effossa circa a. 1741/42 MARANG. — Placentiae in museo S. Augustini MVR. ANG. — Nunc extat Parmae in museo publico.

DIS · MANIBVS
M · ABERRINO · PHILA
DESPOTO · VIX · A · XXXV
FECIT · EI · M · ABERRI
NVS · FORTVNATVS
ET · AEMILIA · PRIAGIA *sic*
PATRONI · EIVS · LIBER
TO DE SE BENE MERITO
ET NVTRICIO · FILIAE SVAE

Descripsit Bormann. Exhibent Marangoni *cose gentil.* p. 471 qui vidit; Mur. sched. olim XVII, 204, ed. 2084, 1 missam a Chiappinio; G. B. Anguissola ms. (1820) p. 21, ed. p. 21 n. XVI; de Lama *guida* p. 86 n. 65; Lopez cat. ms. p. 27 cl. V n. 44.

10451 fragmentum tabellae columbarii in repositis villae Pamfiliae.

ABIL.

Descripsit Gatti.

10452 tabula marmorea in villa Pamfilia.

D · M ·
SEXTVS · ABILIVS
TROPHIMVS ·
FECIT·VERECVDO *sic*
ac VNNO·SVO ·
QVI·VIXIT·AN...

Descripsit Bormann a. 1866.

10453 Romae apud Clementem statuarium prope S. Laurentii in Lucinae.

D M
ABILIAE
PAVLAE
ALCIBIADES
AVG · LIB
...

Schedae Donii Vat. 7113 f. 37 manu ipsius.

10454 tabella columbarii. In museo card. Carpensis SMET. WINGH. — In monte Aventino apud DD. de Casalibus BARB. — *In via Salaria, nella vigna di Elena Orsini* LIG. fraude. Nunc in museo Brunsvicensi.

ABINNAEVS
CAESARIS · AVG · P

Descripsit Bormann. Smetius 106, 8 (inde Grut. 603, 6) qui vidit; Ligorius Neap. 39 p. 139 (inde Panvinius Vat. 6035 f. 121); Wingbius Brux 2, 19a; Sirmondus Paris. suppl. Lat. 1419, 352; cod. Barberin. 30, 182 f. 67; *neues vaterländisches Archiv, fortgesetzt von Spangenberg* I (a. 1826) p. 357 n. 11.

Ex hoc titulo Ligorius finxit n. 982*. — 2 ex. littera P videtur indicari aut officium, p(*edisequus*) vel tale quid, aut alterum nomen, quo persona determinaretur.

10455 in museo Vaticano (*Gall. lap.* incert. 11).

M ABINNIVS
VICTOR
L · AECIVS
QVARTIO

Descripsi.

10456 in pavimento ecclesiae Laterani MARC. RED., similiter IVCVND. qui addit in Ver.: 'alias forsan fuit, nunc non invenio'; *nella nave di mezzo alla quinta colonna a sinistra entrando* CITT. — S. l. ACC. — *In via Appia in la vigna di Diavolello peruicendolo* LIG. fraude.

D · M
ABORTENNIA
FESTA · FECIT
VILLIO · MAXIMO
B VIX·AN·III·D XXB

Mazzanova Bern. n. 185 et ex eodem fonte cod. Redinnus f. 11', Iucundus Veron. f. 52, Magl. f. 170' (inde Mazochi f. 33', corrigitur in emendationibus impressis et manu scriptis; Apianus 239, 3; ex Maz. Grut. 664, 3); Accursius ad exemplum Apiani Ambros. M, V, 11 p. 239; Ligorius Neap. I, 39 p. 320; Cittadinius Marc. p. 156, Vatic. 5253 f. 247'; Manutius Vatic. 5253 f. 425'.

1 D·M om. Citt. — 2 BORTENIA Marc. Red., BORTENNIA Iuc., ABORTENIA Citt. (Marc.). — 3 FESTA Acc., FESSA Iuc., FESSIA Marc. Man., FESIA Red. Maz. Lig. Citt. — 4 T·VILLIO Lig., VIBIO Man. — 5 VIXIT Citt. — XXV id. — Ligorius l. c. adiungit titulum spurium n. 983*.

10457 tabella columbarii in museo Capitolino.

L·ABRENVS·HERA
ABRENA · ILIONA

Descripsi. Exhibet Guasco M. C. 734.

10458 tabula marmorea. Apud Fabrettium FABR. Nunc Urbini in aedibus ducalibus el XVIII.

D · M
L · ABVCCIVS · AQVI
LA · ET LVCCEIA · FELICI
TAS · HOC LOCO · SACRA
BVNT · VBE POSTA EST · *sic*
ABV'CIA' · VEEN'E · NOS
TE'E · BENE · MERENTI
FORTVNATA' ANNOBV'
XVIII · DIEB · XXIII SI QVI
'VIC · LOCO MANVS IN
TVLERIT·'ABIAT·DOLOREM *sic*
MEVM·Q'EM·EGO 'ABVI

Descripsit Bormann. Fabretti 110, XIII; ectypum a Rostgaardio c. a. 1695 sumptum servatur in bibliotheca universitatis Havniensis, unde ed. Ussing act. acad. Havn. 1866 p. 213.

Scriptura in lapide emendata est insertis litteris minoribus in v. 6. 7. 8. 10. 11. 12.

10459 *comunicata da Francesco Rinaldo* loco non adnotato MAZ. Probabile est esse urbanam.

L·ABVCCIVS . . . .
RVSTICVS·SIBI·ET
ABVCCIAE·NAERAE

A. S. Mazochi ms. (inde edidit Mommsen vol. X n. 6129).

10460 lapis aptando sedili adhibitus repertus in cubiculo coemeterii Cyriacae ad D. Laurentii detecto anno 1775 in vinea Caraccioli MAR. Fuit apud Caietanum Marinium, nunc periit aut latet.

D · M
L · ABVCCIVS · TROPHIMVS
SIBI · ET · SVIS · · FECIT
LIBERTIS · LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE · EORVM ·
SE·VIVO·SOLO EMPTO·AEDIFICAVIT
IN·F·P·X IN·A·P·X
ITVM·AMBITVM

Marini Vat. 9125 f. 212.

10461 Florentiae apud principem Corsinium GORI et adhuc.

in antica:

D M
ABVCCIAE · FLO
RAE·Q·V·AN X·M·VII
D · XVIII · ABVCCIA
MELITINAE·VER *sic*
NAE · SVAE · DVL
CISSIMAE · F · C

in postica:

D M
CN · CORNELIO
DROMONI · FE
CIT·AELIVS·FELIX

Descripsi partem anticam. Integram exhibet Gori I. E. 1, 182, 208 (inde Mur. 1515, 1, qui partem posticam male repetiit 1456, 7), partem tantum idem cod. Marucell. A, 196.

10462 *long. 7 palmi larg. pal. 2* BARB. In domo Laelii Gratiani DON. — S. l. BARB.

ABVCCIA·POLLA
ET
ABVCCIA ADAVCTA

Cod. Barberin. 30, 182 f. 78; Donius 15, 8 (inde Mur. 1610, 15 qui errore dicit e schedis Ptolemaei desumptam); Reinesius 15, 54.

10463 tabula marmorea. Bononiae in aedibus Marsiliis SEG. MVR. GVARN.; nunc ibi in museo publico.

D · M
ABVCIAE·TROFIMEN
L · CALPVRNIVS ·
EPIGONVS·CONIVGI
SVAE·DE SE·ET·M·
MAGIVS·EVTYCHVS
B · M · FECERVNT
V · A · XXXB ·

Descripsit Zangemeister. Seguier Paris. f. 310; Mur. sched. olim 21, 231, ed. 1287, 1 missam a Gherardio Mutinensi; Guarnieri sched. Bonon. f. 14' n. 10 et f. 30' n. 12.

[5 seq. fuit *de se b. m. fecit*; dein nomine altero adiecto oratio turbata est. TH. M.]

10464 cippus. Ad aquas Salvias (*alle tre fontane*).

DIS · MANIB ·
M · ASVLLEVS · MELIS
ae FECET · SIBI .T · LIBERTIS
SVIS POSTERISQVE ·
s aeorus EOEVM · OMNIBVS · VIRI *patens*
ANNIS · LXXVI · EX · IS · CASTE
VIXIT · ANNIS · XXXV SINE · AERe
de ALENO · COMMANDO · HVNc
LOCVM · DSCSM · IVGERA ·
ee AGRI · SENE · DOLO · MALO ·

a tergo:

figura sacrificans

Descripsit Kaibel a. 1873, contulerunt de Rossi et Gatti a. 1881.

10465 in pariete cuiusdam horti trans Tiberim IVCVND.; accuratius: in pariete cuiusdam domus non procul ab aede S. Mariae Transtiberina regione ACC., similiter MAN. — In platea prope S. Bartholomaeum MAZ., minus bene ut videtur.

DIS · MANIEVS
ASVRIAE · GENSSI
L · SAVFEIVS · FELIX
BENE · MERSNTI · COHIVGI
SVAE · FECIT

Iucundus Veron. f. 33', Magl. f. 59; P. Sabinus Marc. f. 98; Accursius Ambros. D 420 f. 63' (inde Mur. 1287, 2); Mazochius f. 151 (inde Grut. 749, 2), corrector non vidit.

Vv. divis. incerta — 1 om. Sab. — 2 ABVRIAE Acc. — 3 L · AVFERIVS Maz. — FELIX om. Sab. — 4 BENE MERENTI om. Maz.

10466 in *S. Stefano del Cacco.*

d | ∘ M
. . *aborum* . . . . | NATIANO · L · ABVRNIVS
. . . . *et* . . . . *pr* | IMIGENIA · FILIO
| EX · TRIMATV / /
| TA · NEPOTI
| V · A · I

Cittadinius Marc. p. 181.

2 intellegendum *Eg*]*natiano* vel similiter. — 4. 5 nominatos esse *Extri*[*c*]*atum* et . . . . *tam* nvos coniecit Mommsenus. Lineolae in fine versus videntur indicare deesse aliquid.

10467 in aedibus Francisci Mazzantis GVD. PTOL. FABR. — In villa Altieri SEG. MERCKLIN DE ROSSI. — Nunc in aedibus I. B. de Rossi.

DIS · M · S
ABVENIA · PRIMIGENIA
ABVRNIAE · ANTIOCHIDI · FIL ·
PIENTISSIMAE · ET · SIBI · ET ·
COIVGI · SVO · LIB · LIBERTABVS · Q
POSTERISQ · EORVM · FEC
H · M · H · N · S ·

Descripsit de Rossi, contulit Kaibel. Gudius ms. 345, 2 exemplum alterius, quod ipse cum lapide contulit; illud etiam Fabretti 93, 201 'ex schedis Cameli'; Ptolemaeus sched. 2, 301; Seguier Paris. f. 138; Mercklin *archaeolog. Zeitung* 1850 p. 236.

10468 cippus. Romae in domo Antonii Segni *presso la chiavica.*

SOMNO AETERNO
ABVTTIA GALLA MA *ter*
TER ABVTTIAE SO
MENI FILIAE ∘
DVLCISSIMAE
QVAE VIXIT ∘
ANN · ∘ XV ∘
MENSIBVS DVOBVS
DIEBVS ∘ · XXVIIII

Brunelleschi Marucell. f 65'.

10469 fragmentum tabulae marmoreae in repositis villae Pamfiliae.

M · AC
MAT
FIL ·
ET

Descripsit Gatti.

10470 litteris bonis. In museo Vaticano (*Gall. lap. incert.* 1).

D ∘ M
SL · ACANAV
I · C V AN · VII

Descripsi ego, recognoverunt Mau et Boissevain. Titulus integer est; intellegendum videtur (*A*)*el*(*ii*) *Acanavi c*(*ui?*) *v*(*ixit*) *an*(*nos septem*).

10471 urnula. In domo Colotiana.

D · M ·
ACANTHIDI
AN · B · M · VIII
VERECVNDVS · PATER ET
CHRYSEIS · MATER
FILIAE
KARISSIMAE
ET
PIISSIMAE

Mazochius f. 99, corrigitur in emendationibus (inde Grut. 664, 4, cf. corr.).

Vv. divis. incerta.

10472 (R. rep. ad S. Caesarei) a. 1731—1733 apud Ficoronium FIC. — Venetiis in aedibus Maninianis GRIS.

ACCAVONIA
L · L
FELICVLA VIX · A · XXX
PABATVS CONIVGI · MERENTI · D

A Ficoronio missam et cod. Marucell. A, 6 f. 481 Gorii et Muratori 1287, 3; Grisellini inter schedas Gazzerae Taur.

4 extr. ∘ Mur.

10473 Cataniae in museo Biscari.

D · M ·
ACCEAE · CALLIOPE
Q · EVPILIVS · ONESI
MVS · COIVGI
BENE DE SE ·
MERITAE ·

Contulit Mommsen. Exhibent Torremuzza XI, 1; Ferrara *storia di Catania* 419, 14.

10474 s. l. MAN. — In pulchro viridario pontificis CITT., *Belvedere* STAT. PTOL.; *nel giardino di S. Pietro* BARB., similiter FABR. SEG. — In bibliotheca Vaticana MAR., ubi adhuc exstat.

D · M
ACCEPTAE
FECIT
ARESCON · CLODI
HERMETIS · SER
CONIVGI · THALLI
CONSERVI SVI
B · M

Descripsit de Rossi. Exhibent Manutius Vat. 5237 f. 119; Ach. Statius cod. Vallic. f. 163'; Cittadinius Vatic. 5253 f. 290'; cod. Barberin. 30, 182 f. 91'; Ptolemaeus sched. Senens. 1, 194; Fabretti 308, 317; Seguier Paris. f. 121; Marini Vat. 9125 f. 361.

10475 *tr. entro l'odierne mura e dove principiava l'antica via Appia e Latina* MARVC. 62; item intellegendum fortasse 'rep. in vinea S. Caesarei, apud Ficoronium a. 1733—1735' in COD. MARVC. 6. — In claustro monasterii S. Crucis in Hierusalem BES.; ibidem in porticu ROSS. — Nunc in museo Kircheriano amplificato. — Exempla novicia extant duo in villa Aldobrandinia, alterum vv. 5, 6, 8 destitutum.

D · M ·
ACCEPTE
SYRILLAE
T · FLAVIVS
HEDONICVS
CONIVGI ·
B · M · FEC ·
Q · V · A · XXII ·
D · XXXV ·

Descripsit de Rossi. Ficoronius misit Gorio epist. d. 9 Mai 1733 cod. Marucell. A, 62 f. 48 et sched. Marucell. A, 6 f. 475 et Muratorio, qui ed. 1287, 4; Seguier Paris. f. 207; Besozzi *st. della basil. di S. Croce* p. 205; Marini Vat. 9126 f. 45.

E recentioribus exemplis alterum Zangemeister, alterum de Rossi descripserunt et damnaverunt.

10476 cippus lapide Tiburtino, litteris male formatis, in repositis olim musei Vaticani, nunc Laterani.

ACCNAVA · M · L
APPIA · SIBI · ET
L · ACCHAVONI
M · L · STABILIONI
VIRO · SVO · ET · LIBERTIS
IN FR P · XII LIBERTABVS
IN A · P · XII

Descripsi. Edidi in suppl. ad Orell. 6380 ex apographo Mommseni.

Ad liberae reipublicae tempora titulus videtur pertinere praecipue propter praenomen patroni diversum a praenomine liberti. [Antiquum gentilicium *Accaeus* sive *Accaus* masculine, feminine *Acca* (exempla composui RÖM. *Forschungen* 2 p. 2) hic ita redit, ut summam antiquitatem prae se ferat, masculine formatum *Acc*(*h*)*avo*, feminine *Acc*(*h*)*ava* et *Accavonia* (n. 10472). TH. M.]

10477 reperta a. 1703 vel 1704 in vinea Moroni via Appia VIG.

ACCIMNE
EVPOLIS FRATRI
SVO B · M · F ·

Vignoli col. Ant. 221 (inde Mur. 1429, 1) et 279, qui vidit.

10478 fragmentum lapidis Tiburtini in coenobio S. Pauli via Ostiensi.

n
ACCIVS·C·L
an TIOCVS
ac?A·C·L

Descripsit Bormann.
Potest esse etiam [*Sila*]*cene*, [*Sil*]*accia*.

10479 in vinea Guidi.

L·L·ACCIVS·
IVLLVS

Descripsit Farcella a. 1864

10480 s. l. SIRM, apud quem praecedit 'in S. Agne'.

D · M
A C C I A E
T R O F I M E
V I B I T A · R
M I · D · XXIV
L I B E R A L I S
C A E V E R N
F R A T E R F E
CIT SORORI
BENEMERENTI
POSTERISQVE
S V O R V M

Sirmondus Paris. suppl. Lat. 1417 f. 81.
2 *Acciae* nescio an corruptum sit; fuit fortasse *Aciliae*, cum v. 7 videatur esse *Cae*(*saris*) *vern*(*a*).

10481 saxum ingens marmoreum, litteris magnis aevi circiter Augustei, via Appia ad sepulcrum Caeciliae Metellae (in marmore quo componebatur ianua castri Sabelliorum MELCH.).

L·ACCOLEI·M

Descripsi Melchiorri in schedis, qui descripsit anno 1824.

10482 tabula marmorea. Senae Gallicae in aedibus Baviera GVARN. et adhuc.

L · ACCVLEIVS
L · L · SALVIVS
IN · F · P · XIIII · IN AG · P · XII

Fabretti 91, 190 (inde Orelli 4397), qui vidit.
4 LIBETABVS Fabr., errore typographi ut videtur. — 6. 7 ita scriptam fuisse disertis verbis affirmat Fabr. Quod si recte contendit, de errore quadratarii cogitandum erit, cum manifestum sit locutiones duas *libertis libertabus posterisque eorum* et *hoc monumentum heredem sequetur* utpote plane contrarias coniungi nullo modo posse.

11452 tabula ex lapide Tiburtino, sat similiter PIGH. MAN. STAT.; lapis Tiburtinus long. lat. ped. 2 BARB. In Vaticano ad portam Pertusam PIGH.; haeret parieti dextro in via quae fonti Vaticani nemoris proxima est MAN. (Vatic.); in pulchro viridario summi pontificis ID. (orth.) CITT., similiter STAT. (cum Malv. Fabr.), *trovato in valle Egeria al casale de' Caffarelli*, addit LIG. fraude. — S. l. DESS.

L · ALFIO · C · L · L · PROTHVM
PATSONO · NOSTSO
L · L · ALFIEIS · L · L · HILARVS
ET · PROTHVMVS
LIBSRTIS · DE · SVO
FACIVNDVM · COERA
ET · LIBSRTIS · LIBERTABVS
QVE · NOSTRIS · IN · FS · PE
XD · IN · AGS · PE · XVI

Pighius Berol. f. 69; Manutius Vatic. 5253 f. 352, orth. 418, 22 (inde Ligorius Taur. 2 s. v. Alfia, ex quo Gudius ms. 1176, 1, ed. 340, 7 et ind. LXXX; item ex Man. Grut. 931, 1); Ach. Statius Vallicell. f. 4' (inde Donius Barberin. p. 165; item, ut videtur, Malvasia p. 68; Fabretti 178, 364); Cittadinius Vatic 5253 f. 289'; cod. Barberin. 30, 182 f. 66; Ptolemaeus sched. 1, 192. Est huius operis vol. I n. 1024.
1 C · L · L ·] L · L · L · Man. (orth.), L · L · Stat. (cum Don. Malv. Fabr.) — PROTIS Ptol. — 3 ALFIEI Malv Fabr. ALEIEIS Ptol. — 4 POSTVMVS Malv. — 6 COER Stat. (cum Don. Malv. Fabr.) — 7 LIBERTAB Malv. — 9 P XVI Malv.

11453 parvulus cippus marmoreus. Effossus in vinea Moroni ad portam Capenam a. 1704 BIANCH. — Apud Ficoronium SEG. FIC., ex Gualterii hereditate, a me iam vendita, emi m. Aug. 1738 addit MARVC. — In museo Capitolino GVASCO et adhuc.

D · M
ALFIAE · GRATIAE
CONIVG
B · M · FEC
ALFIVS · DIDYM
VS

Descripsi. Bianchini Veron. 353 f. 59; Ficoronius misit eodem exemplo Gorio cod. Marucell. A, 6 f. 504' n. 81 et per Ramaginium Muratorio sched. 18, 224, ed. 1294, 1; Seguier Paris. f. 223; Guasco M. C. 490.

11454 in horto Sabustianorum trans Tiberim DON. — In vinea comitum de Vecchiis MVR.

OSSA
ALFIA·C·L
RVFA

Donius in cod. Barb. p. 235 et apud Bouchardum Barb. 30, 182 f. 51, descriptam a Car. Ant. Puteo; Mur. 1628, 19 cui misit P. Scurmagli.
2 ex. C·l Don.

11455 tabula marmorea in museo Laterano in repositis.

— MI
ALFOCRA
F O

Descripsit Detlefsen.
Alfocra[*s*] fortasse idem est quod *Arphocra*[*s*] III, 6254.

11456 s. l.

ALICIÆ SEVERÆ

Suaresius cod. Vatic. 9140 f. 4.

11457 tabula lapidis Tiburtini in villa del Grande prope *Tor Pignattara*.

A L I A · M E V I A
L·MEVIVS·L·L·ZABDA
SIBI ET SVEIS·
P·EVLPICIVS·P·L·ANI R sic
SIBI·ET·SVEIS

Descripsimus ego et Brussa.

11458 reperta in vinea Naria via Salaria a. 1741/42.

D · M
ALIAE · FYRILIAE
DOMINAE·VXORI
IVLIVS·HERCVLES
FEC·ET·SIBI POS

Marangoni *cose gentilesche* 469 (inde Donati 389, 3).
2 nomen corruptum est.

11459 urnula in vinea Ferentilla ad viam Portuensem.

ALLECINIAE·M·L
SEVERAE
quattuor lineae erasae FABR.

Fabretti 602, 27.

11460 in labro sarcophagi Tritonum ac Nereidum figuris insignis. S. l. COB. PIGH. — In vinea cardinalis Aldobrandini, nunc Clementis IIX, olim Fabianini de Monte CITT. — Florentiae in museo Mediceo GORI et adhuc. — Labaci, nunc Lubianae, in Carinthia MVR. errore.

ALLEDIAE·MARCIAE·FILIE DVLCISSIME·*QVE VIXIT·AN·XII·MENS* III·DIES XIII ALLEDIVS·TEOFIMIANVS·ET·AELIA·MARINA·PARENTES·BENE·MERENT·FECER·*VNT*

Contuli. Cod. Coburgensis f. 197 eodemque exemplo Pighius Berol. f. 72ᵃ (inde Beger spicil. ant. n. 28 aeri incisum, ex eoque Mur. 2054, 3 missam a Bricherio); Cittadinius Vatic. 5253 f. 221 (inde Fabretti 602, 28); Gori I, E. I p. 15, 16, item 3 p. XC et imaginem tab. XIV; Marini Vatic. 9120 f. 30.
Litteris inclinatis dedi verba quae iam perierunt, habent Cob. Pigh. Citt., quem in minoribus secutus sum; Gorius non plus vidit quam nos. — DVLCISSIMAE Pigh. — VIX·ANN· Citt. — n pro XII Pigh.

11461 Romae.

ALLIARIAE
C · F
SABINAE

Mur. 1629, 6 'e schedis meis'.

11462,**63** in via Flaminia.

DIS·MANIBVS
M · ALLIDI
COMINIANI
ALLIDIA
SEDATA
MATER·FILIO
ISSIMO

Lipsius ms. f. 49ʳ, auct. 53, 14 (inde Grut. 667, 2).

11464 in suburbano comitis Galletti GALL. — Collocata a Dom. Passionei in secessu Tusculano PASS. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* incert. II). — S. l. MAR.

C · A L L I D I O · H E R M A E
QVI · QVID · QVID · DIXIT
DVLCIS · AMICIIS · ERAT sic
HVNC·QVO·QVE POST MORTEM sic
D E F L E M V S · A M I C I
VIXIT·ANNIS·LX

Descripsi. Schedae Pauli Gallettii apud Io. B. de Rossi; Passionei p. 85 n. 11 (inde Donati 406, 22); Marini Vatic. 9122 f. 82ʳ manu ignota.
3 AMICVS Pass. falso.

11465 apud Perrandam WINGH.; in Ferrandae vinea, praecedit apud DON. — S. l. CIACC.

C·ALLIDIVS C·L
PHILOMVSVS
OLLAS · IV

Winghius Brux. 2 f. 45n, qui vidit, eodemque exemplo Ciacconius Raff. f. 140; Donius Vatic. 7113 f. 50ʳ, Barb. p. 235 et apud Bouchardum Barb. 30, 182 f. 51 (inde Fabretti 603, 33 'ex schedis Barberinis').
1 C·ALTIDIVS Don.

11466 *appresso il sig. marchese Lucatelli in Roma* 1744 GVARN. — In museo Borgiano CARD. — Nunc in museo Neapolitano.

DIS·MAN·SAC
ALLIDIAE · EGLOGE
SALVTARIS·ET·RESTITVTA
FILIAE · EVAE
CARISSIMAE
INFELICISSIMI · FECER
VIX · AN · I · MENS · II

Descripsit Mommsen I. N. 6923. Guarnieri sched. Pisaur. f. 38ᵛ; Cardinali *iscr. ant. ined.* n. 219; Fiorelli cat. n. 368.

11467 parvus cippus marmoreus. Ex dono Iacobi Belotti illatus museo Vaticano NOV.; in museo Vaticano MAR. et adhuc (*Chiaramonti* a dextra).

D · M · SACR
A L L I D I A E
S E X · F I L
L V C I F E R A E
D V L C I S S I M A E
VIX·ANN·XIII·D XLII
ALLIDII PRIMITIVVS
ET·HELPIS·PARENTES

Descripsi. Amaduzzi *Nov. Florent.* 1772 p. 708; Marini Vat. 9129 f. 13ᵃ.

11468 in via Cassia, 2500 p. ab urbe ad aediculam D. Philippi Neri in fundo olim Sicuranorum, postea Carnevaliorum.

T·ALLIEN/////

Biondi in actis acad. archaeol. Romanae vol. VI (1835) p. 376.

11469 tabella. A. 1736 apud Ficoronium MARVC. — Nunc Mediolani in peristylio bibliothecae Ambrosianae.

L · ALLIENVS
A·F·FAL
BASVS *sic*

Descripsimus Mommsen et ego. Ficoroni in schedis Gorio missis cod. Marucell. A 6 f. 466'.
2. 3 FAL | BASVS Fic., FAI | BASV superest.

11470 cippus ex lapide Tiburtino litteris antiquis non bonis ROSSI. Rep. ad viam Appiam prope sepulcrum Metellae, extat in domo Francisci Cancellieri VISC.; in aedibus quondam Cancellieri CARD.; effossus a. 1825 in praedio vulgo *la giostra* via Appia ad S. Sebastiani, extat in aedibus Profiliorum ad S. Petronii secus palatium Farnesium ROSSI FORC. et adhuc.

A·ALLINVS·CERDO
ALLIENA · CRHEST *sic*
COCCEIA · FASTA
IN·FR·P·XII·IN·AGR
M·VARENVS·P·XII
M · L · ANTEROS

Descripserunt de Rossi et paullo imminutam Forcella, contulit Gatti. P. H. Visconti *iscr. nella casa Cancellieri* p. 14 n. 8; Cardinali *dipl.* 411.
Quae extra lineam posita sunt nunc latent, habent Visc. Card.

11471 tabella columbarii in villa Pamfilia in sepulcreto.

Q· ALLIENVS·Ɔ·L
FELIX

Descripsimus ego et Bormann.

11471a in museo Kircheriano BON. MVR. LVPI.

A·ALLIENVS
NICEROS
V·A·II·DIES XXX

Bonanni M. K. 109, 59; Mur. 1628, 4 a Scarmaglio missam, item 2097, 10; Lupi Vatic. 9143 f. 6.
1 ALBIENVS Bon. Mur. — 2 NIPEROS traditur.

11472 tabula marmorea, in aedibus Morolli.

D · M ·
C·ALLIENI
PVDENTIS
ET PVDENTIS
FIL · EIVS ·
ALLIENA ·
SVCCESSA ·
COIVGI ·
B·M·F·C·

Descripsit Gatti, contuli ipse.

11473 s. l.

ALLIVS · E
TVS ET OC
? *Mallius* ANINA ELIA,
sic E LIBERTES·E
NTIO P

Suaresius Vatic. 9140 f. 187.
1 potest esse etiam *Mallius*.

11474 cippus ex lapide Tiburtino litteris male incisis. In museo Laterano in repositis.

D M
M·ALLIO·ACVTO *sic videtur*
VIXIT · AN · V
MENS · IX · DIES ·
TRES
TI · CLAVDIVS
PROTVS·DELIC·
SVO · CARISSIM

Descripsi.

11475 tabella. S. l.

C·ALLIVS
AIAX

Panvinius Vatic. 6036 f. 84' (inde Donius Barb. p. 75).

11476 in domo Francisci de Sclavo SAB. — Ad cruciferos CITT.

D · M
C·ALLIVS · ANENCLETVS · FECIT
PATRONAE·B·M·ET·SIBI·ET·LIBER
LIBERTABVSQ · POSTERISQ · EOR
ITEM · ALLIA · TATIAS · ADSIG
NAVIT · SE · VIBA · DOMITIAE
TYCHENI · ET · LIBERTIS · LIBER
TABVS·POSTERISQVE·EIVS

P. Sabinus Marc. f. 121, Ottob. f. 81 (inde Iucundus rec. 3 Cicognae f. 135 et parum accurate Mazochius f. 65, corrigitur in emendationibus; ex eo, ut videtur, Manutius schol. in Caes. ad p. 582 n. 1, cf. p. 655); Cittadinius Vatic. f 289. Ex Maz. et Man. Grut. 931, 3.
Secutus sum correctorem Mazochii et Cittadinium, qui servavit versuum divisionem — 1 om. Citt. — 2 C·ALLIVS·ANENDETVS Sab. (Ott.) cum Maz., CALLIM . . TETVS Citt., recte Sab. (Marc.) et corr. ad Maz. — 3. 4 B·M·ET·S·ET·L·L·P·Q Sab. — 4 EORVM Sab. — 7. 8 L·L·P·Q Sab.

11477 urna marmorea in museo Vaticano (*giardino della Pigna*).

D · M ·
Q · ALLI · FESTI ·
ANTONIA · MELITE
FEC · CONIVGI ·
BENE MERENTI ·

Descripsi.

11478 cippus marmoreus in museo Vaticano (*Chiaramonti a sinistra*).

D · M ·
L · ALLIVS ·
FLAVIANVS
erasa ALLIAE · *patera*
SOPHIAE
VXORI·B·M·F

Descripsi.

11479 Romae rep. in columbario in principio viarum Appiae et Latinae intra moenia Aureliana, a. 1731—1733 apud Ficoronium FIC. — Nunc Londini in museo Britannico.

C·ALLIVS·HELIVS
SIBI · ET ·

Descripsit Huebner. Ficoronius misit Gorio Marucell. A 6 f. 479' et Muratorio 1679, 11, item alio exemplo Gorio l. c. f. 483 et Mur. 1616, 42.
Infra nihil deest; SVIS Mur. 1616 adiecit coniectura.
1 GALLVS·HELIVS Fic. 479 cum Muratorio 1679 qui perperam hunc titulum coniunxit cum altero *Fundania Chreste* praecedente apud Ficoronium.

11480 extra portam Portuensem, in vinea Sebastiani Cypriani.

D · M
C · ALLIO HERM
ETI·ALLIA·HELPI
S · CONIVGI · BEN
EMERENTI·ET·L·LICINI
O · PHILETO · FRATRI
ET · SIBI · POSTERIS
QVE · EORVM
SVIS · LIBERTIS
LIBERTABVSQVE
EORVM

Accursius Ambros. D 420 f. 69' (inde, ut videtur, Mur. 1294, 7 'e schedis meis'), qui vidit.
9 LLBERTIS traditur.

11481 in aedibus episcopi Aquinatis KNIBB. — Apud equitem Borrominum PTOL. — In villa Carpinea FABR.

C·ALLIVS·C·C·L·MYRO PAT
ALLIA · C · L · MEGISTE · L
ALLIA · C · Ɔ · L · NICE · L
C·ALLIVS · C·L·MARIO · L

Knibbius Berol. p. 61 (inde Grut. 959, 11); Ptolemaeus sched. 2, 333; Fabretti 475, 124 et emend. ad Grut.
1 C·C·L] C·L Fabr. — MYROPAT Knibb. (MYROBAT Grut.), MYROPAI Ptol., est *Myro pat(ronus)*, ut L in versibus sequentibus *l(iberta)* vel *l(ibertus)*. — 4 in. C om. Knibb. — 5 fin. L] I Ptol.

11482 cippus marmoreus fastigio ornatus in museo Laterano in repositis.

corona

DIS · MANIB
P · ALLIO
PANNYCHO
VIX · A · VII · M · III
ET · ALLIAE
PSECADI
LIBERTIS
P · ALLIVS
APOLLONIVS
DIGNISSIMIS

Descripsi.

11483 Romae apud Io. Bapt. Viscontium AM.

P · ALLIVS · P · P · Ɔ · L
PHILOMVSVS
V · A · XC

Amadutius misit Io. Bianchio Ariminensi qui ed. in ephemeride Veneta *la Minerva* d. 13 Nov. 1765 n. 45 p. 207, et ipse edidit *Nov. Fiorentine* 1765 p. 649 (inde Donati 465, 4).

11484 apud statuarium in vico Ferratino Romae.

D · M
T · ALLIO · T · F
PROFVTVRO
VIXIT ANN · VII
MENS · V · DIEB
V · HOR · I L AMVS
ADMETVS ET
AVFILA IVS *sic*
TA PARENTES

Gudius ms. 270, 2, ed. 227, 7.

6 HORBALIVS exemplum Gudii, HOR · I · T · ALLIVS idem conicit in margine ms., id quod receptum est in editione.

11485 tabella columbarii Ravennae in museo Classensi.

L · ALLIVS · L · F · POM
SPERATVS
L · ALLIO · L · L · PYLADI
PATRI · V · A · LXV

Descripsit Bormann. Spreti Ravenn. I, 126, 227.

11486 *all' offizio del Monaldi in banchi.*

DIS MAN	DIS MAN
L · ALLIO SVCCESSO	ALLIA SVCCESSA
FECIT L ALLIVS ANICIVS	FECIT //////
PATRONO DE SE	BENEMERENTI
MERENTI	DE SE

H M E H N S
FIL L ALLIO DAPHNO CONLIB
LIBERTIS LIBERTABVSQ
IN F P S IN AGRO P · SIV

Ptolemaeus sched. 2, 508 (inde Mur. 1517, 7).

7 FIL traditur pro ET · L.

11487 basis urnae rotundae sculptura eleganti ornata, alta pal. 1¾, lata 1⅓ in palatio Barberino BOVCH. 41. — S. I. m. 35.

ORTVNATAE
FECIT
C · ALLIVS · C · F · VERVS
MAMMAE · SVAE
CARISSIM · B · M ·

Bouchard cod. Barb. 30, 182 f. 35 et f. 41.

1 vestigia nominis non satis perspicua sunt; Mommseno videtur fuisse *Fortunatae.*

11488 duo fragmenta quae videntur eiusdem inscriptionis, in cubiculo ad dextram Scalae Sanctae prope basilicam Lateranam in pavimento.

D M
AVGVSTO L
ALLIA
coniuGI · CARISS
FECIT
cum qu O · VIXIT ANNIS

Descripsit de Rossi.

2 videtur fuisse *Augusto*[*rum lib.*]. — 3 potest etiam remansisse ex cognomine aliquo

11489 in aedibus Rondininiis.

DIS · MANIBVS
ALLIAE · SOTERIDI
LIBERTAE SVAE · CARISSIMAE · FEC
M · ALLIVS · SOTERICHVS · ET
ALLIAE · SOTERIDI · FILIAE · SVAE
ET · SVIS · LIBERTIS · LIBERTABVSQ
POSTERISQVE · EORVM

Descripserunt Mommsen et Reifferscheid. Marini sched. Vat.

11490 tabula ad claudendum loculum christianum aptata, reperta in coemeterio Cyriacae, servatur in museo Laterano in repositis.

D M
ALLIAE · ELPIDI IVLIVS ALEXANDER *et sibi et suis*
LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERisque eorum

Descripsit de Rossi.

11491 praecedit: effossa Romae a. 1640 in sepulcreto prope portam Capenam BOVCH., Roma Florentiam avecta a Car. Strozzio STROZZA (Barb.); *nella sua villa di Montughi* STROZZA (Flor.); in eadem villa GORI et adhuc.

EDONE ALLIA · EVROPA · V · A · SVIS
XXXX · PIA · SANCTA · FRVGI · IN · SVIS

Descripsi. Bouchard cod. Barb. 30, 182 f. 55; Strozza apud Bouchardum cod. Barb. 30, 182 f. 120 (inde Fabretti 252, 41 'ex schedis Barberinis') et cod. Flor. f. 52' n. 139 (inde Gudius ms. 820, 1, ed. ind. LXXXI); Gori I. E. 1, 364, 101 (inde Mur. 1668, 9).

1 ex. XVII omnes, superest SVI. — 2 ex. SVIS Bouch. Strozza, SV Gori ego.

11492 Romae apud Demetrium Diamilla.

D · M
ALLIAE · FRO
CVLAE · A · DI
DIVS · FIRMVS
CONIVG · PISSIM

Matranga *bull. dell' inst.* 1849 p. 37.

11493 *a un strazzarolo in strada Giulia* MAR.; *sasso di ms. Stefano in strada Giulia* STAT.

D · M
ALLIA · SPATALE · FECIT
MONIMENT · M · SE VIVA · SIBI
ET · SVIS · FVNDVM · LARCIANVM
MVRO · CINCTVM · MONIMEN
TO · CEDIT · ET · LIBERTIS · LIBER
TABVSQVE · POSTERQVE

Manutius Vatic. 5237 f. 111 (inde Fabretti 83, 134); Ach. Statius Vallicell. f. 72 (inde Donius 2, 186 'ex adversariis Achillis Statii'; ex Donio Mur. 1624, 2).

Dedi fere exemplum Statii. 2 AELIA Don. ex arbitrio. — 4 non liquet, utrum LANIANVM an TANIANVM scripserit Manutius; LAVIANVM legere sibi visus est Fabr — 6 CEDET Stat. — LIBETIS id. — 7 POSTERISQVS Man.

11494 ossuarium quadratum altum m. 0,25, latum m. 0,25, repertum d. 6 Febr. 1880 in Esquilino *viale principe Eugenio.*

DIS · MANIBVS
ALLIAE SYNTYCHENI
SEX · ALLIVS · NICIA
PATRONAE · B · M ·
FECIT

Lanciani *bull. arch. com.* 1880 p. 290.

11495 in basilica S. Pauli *nella nave del P. S. Benedetto tra la seconda e la terza colonna* de fragmento priore, *nella nave del P. S. Benedetto, tra il pilastro della madonna e la prima colonna* de fragmento posteriore. Coniunximus coniectura.

D · M
ALLIAE
THAIDI
VIX · A · VI · D · XXVIII
ALLIA FORTVNATA
VERNAE · B · M ·
FECIT

Fragmentum prius exhibet Margarini ms. p. 34 (inde perperam coniunctum cum frustulo infra inter fragmenta edendo Marg. ed. n. 604, ex quo Nicolai *basilica di S. Paolo* p. 244 n. 828); posterius Margarini ms. p. 3, ed. n. 608 (inde Mur. 1517, 5; Nicolai *basilica di S. Paolo* p. 244 n. 831).

Versus quattuor priores traduntur sic:

Marg. 3:	*Marg. 34:*
	D M
AL	ALLIAE
THAI	IDI
VIX · A · VI · D · XXV	VIII

11496 fragmenta tabulae marmoreae litteris malis, effossa in fundo *Acqua bollicante* extra portam Maiorem in fossionibus institutis a principe *del Drago* mense Maio a. 1881.

NVMI'DIS'·OI MANIB' OP/ ae
ALLIAE·VRBICAE·CONIVGI·
M AVRELIV
Θ

Descripsi.

Coniungendum est *Alliae Urbicae Numid[ae] coniugi op(timae)*.

11497 cippus WINGH. Erui vidi in vinea Hieronymi Lopiia a. 1590 WINGH. — S. l. SM.

D · M
ALLIAE ZOTICENI
QVAE VIXIT ANN
III·DIEBVS XXIX
5 FILIAE CARISSIM
ALLIVS ZOTICVS
PATER ET MATER
B · M · FECER

Winghius Brux. 2 f. 24'; Amati Vat. 9734 f. 31.
2 AELIAE, — 3 VITIT, — 6 AELIVS Am.

11498 tabula marmorea. In vinea Pellucchi (Perrucchi GIORG.) extra portam Pincianam GIORG. SAR. — Nunc in villa Aldobrandini.

protome
DIS MANIBVS
ALPHENO·VIXIT
ANNIS·XVIII
FECIT·L·VIRIDIENVS
5 HERMOGENES
FRATRI · SVO
BENE MERENTI



gallus spica gallus

Descripsit Bormann. Giorgi sched. Casanat. vol. XVI, qui descripsit a. 1736; Marini Vat. 9121 f. 167, *Arv.* 671.

11499 urna marmorea in coenobio S. Marcelli *al Corso* SARTI et adhuc.

D · M
ALPHENIA·HYGIA
L·TVCCIO·CORINTIANO
FIL·BENE MERENTI FECIT
5 QVI·VIXIT·ANN
XXII·M VII·D·V

Descripsit Gatti. Sartius ms., qui vidit.

11500 in vinea Philippi Volpi in Aventino altra thermas Antoninianas parieti casae insertam.

L·ALPHIO T
L·ALPHIO
L·ALPHIVS·T
FRATRIBVS P*iissimis*
5 FECIT·ET·SIBI *et suis liber*
tis·LIBERTABVS(*que posterisque*
EORV*m*

Descripsimus de Rossi et paulio imminutam ego.

Quae ego non vidi, expressi inclinatis. 1 ex. I non vidi. — 3 ex. T', — 4 ex. P, — 5 ex. SI, — 7 ex. EOX ego.

11501 cippus marmoreus. In regione Columnae, in aedibus Mariani Alterii ACCVRS.; *in casa di M. Giro(lamo) degli Altieri*, praecedit apud SAN.; *in casa di...* (vacat spatium) XNIBR., apud quem intellegi et ipsas aedes Alteriorum inde constat quod eadem praescriptio pertinet ad titulum huius vol. n. 1445. — Hodie apud Bosellium statuarium GVD. — In museo Ciampino FABR. — Florentiae in aedibus Rinuccini SAR. et adhuc.

D · M
ALPHIVS·ORFITI
ET·PISONIS·SER
GAVILLIAE
5 CONIVGI
DVLCISSIMAE
B · M · F

Descripsi. Accursius Ambros. D, 420 f. 22', qui vidit; Manutius Vat. 5241 p. 118; Kaibbius Berol. p. 19 (inde Grut. 959, 12, ex quo Orelli 2843); Gudius emend. ad Grut. ed. 2; Fabretti 308, 320; Marini Vat. 9123 f. 4.

[Eorundem libertum et procuratorem habuimus supra n. 9830. Iam vero postquam reperto diptycho a. 178 patefactum est, huius anni consuli nomina fuisse Ser. Scipionis Orfiti (Eph. epigr. IV p. 502 seq.), Calpurnii Orfitus et Piso horum titulorum ut fratres videntur fuisse, ita alter certe quoniam consul a. 175 processerit, obstat aetatis ratio. TH. M.]

11502 in museo Vaticano (*Gall. lap.* parent. III).

D · M
Q·ALPIO·Q·F
TVTELLANO·FILIo
CARISSIMO·
5 QVI·VIXIT·A·V
M·II·D·XIII·FE
ASCLE

Descripsi.

11503 cippus marmoreus. In hortis Caroli della Valle GVD.; in vinea Vallaca FABR. — S. l. SANVC. In museo Kircheriano LVPI BON. Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* coniug. I).

ascia
d M
A L V I A E·
V E N V S T A E·
CONIVGI BENE
5 MERENTI · FE
CIT·T·COCCEIVS
AMARANTVS ET·
M' ALVIVS FELIX·
·F I L I V S·

Descripsi. Gudius ms. 602, 5, qui videtur vidisse; Fabretti 603, 33; cod. Marucellianus A, 260 (Gori) m. ign.; Lapi Vat. 9143 f. 39'; Bonanni mus. Kirch. 100, 5 (inde Mur. 2069, 1).
1 / M Lapi et nunc, D·M reliqui.

11504 in museo Capitolino MAFF. GVASCO et adhuc.

EX · TESTAMENTO
FIERI·IVSSIT·HS·XX
ARBITRATV
ALYPI·L·

Descripsi. Maffei M. V. 308, 8; Guasco M. C. 867.

11505 tabula columbarii. Reperta, ut videtur, in columbario prope viam Praenestinam; apud Ficoroniam SVR. — In museo Capitolino GVASCO et adhuc.

A M O VS
VIX O XII

Descripsi. Ficoronius misit Muratorio, qui ed. 1784, 19; Guasco M. C. 817.
AMIVS VIX | A·XXII Mur.

11506 *presso un villano* MAR. 9123. — In aedibus Rondininiis ID. 79 et adhuc.

AMABILIS · ME
LISSA · MATER
FILIO·PIISSIMO
VIXIT · A · IIII ·
5 M · X · D · XVII

Contulit Reifferscheid. Marini Vat. 9123 f. 74' et in scheda olim vol. 72 inserta.

11507 urnula reperta in vinea Marini, nunc Cartoni via Appia.

MANIBVS
AMABILIN*ae*
SACRVM

Descripsit de Rossi ex ectypo chartaceo, quod dedit Nardonius.

11508 originis urbanae, olim Noti apud Astutum, nunc Panormi in museo publico.

D ◊ M
AMABILIS · QVE
VIX ANN·III
ET·MENS VII
5 DIES XIIII
EVFEMVS·PAT
FIL B'M'F

Descripsit Mommsen. Cf. vol. X n. 1088*, 23.

11509 cippus MAR. In hortis Iustinianeis GVD. PTOL. MONTF. SEG. — In museo Vaticano MAR. et adhuc (*Chiaramonti* a sinistra).

D · M
A M A B I L I
C O N I V G I
urceus B E L L I C V S *patera*
5 T H A L A M V S
B·MERENTI·FECIT

Descripsi. Gudius ms. 522, 2, ed. 263, 7, qui vidit; Ptolemaeus sched. 1, 14 (inde Mur. 1294, 10); Montfaucon Paris. 1293 post f. 152; Seguier Paris. f. 82; Marini sched. Vat.

11510 tabula marmorea in museo Laterano in repositis.

AMAND
CN·BETRI

Descripsit Detlefsen.

11511 in coemeterio D. Agnetis.

D · M · PATER DOMINO
FILIO AMAMTIO CARO DVL
CISSIMO CVIVS AFFECTVS ET BLANDITIES
ET CARITAS QVI MI DOLOREM ET
LVCTVM RELIQVIT VNICVS
IN DIEM VITE MEAE
QVI VIX · AN · VI · M · II · D · XV · MOR
HOR · NOCT · X

Fabretti 582, 167.
2 nomen *Amantii* originem christianam subindicare videtur.

11512 tabula reperta in coemeterio Praetextati via Appia prope sepulcra cultorum Mithrae (v. supra n. 142).

D M
AMANTIA MARITO BEN*e merenti*
QVI VIXT·AN·XL·M·III D*ies* . . *sic*

Descripsit de Rossi.

11513 in museo Carpineo.

AMANTIAE COIVGI DVLCISSIMAE
ET MERENTI QVAE VIXIT ME
ANNVM ET DIES XXIIII ATHENIO
COMIVX

Fabretti 550, 18.
2 ex. intellege me[*cum*].

11514 tabula marmorea in villa Pamfilia.

d | m m
*ama*RANTIANI
*f*ECIT
*...*IA · EVHODIA
*mat*ER · CARISSIMA
*qui v*IXIT · ANNO VNO
*mense*S · QVATOR · D

Descripsit Bormann.

11515 in domu D. Ioannis Galli scriptoris poenitentiariae SAB. — In aedibus Marii Volaterrani episcopi Aquinensis in regione Parionis ACC.

AMARANTHI
O · N · S · S
PATER · FILIO
VIXIT·ANNOS·XX

P. Sabinus Marc. f. 101 (inde Iucundus rec. 3 Cicogn. f. 129; Mazochius f. 97, ex quo Grut. 667, 8; Gori xen. 2, 31); Accursius Ambros D, 420 f. 39' (inde Mur. 1129, 5 'e schedis meis').
Vv. div. incerta. — 2 o(*ssa*) *h*(*ic*) *s*(*ita*) *s*(*unt*).

11516 *à une fontaine qui est auprès de la porte Majeure.*

DIIS MANIBVS
AMARANTHO
VIXIT ANNIS VIIII
IVNIVS CALLISTVS
VERNAE FECIT

Seguier Paris. f. 118.

11517 fragmenta duo tabulae marmoreae, in coenobio S. Pauli NIC. et adhuc.

...VIS · ET
...NTIS
...*a*MARANTI
...*a*E · STACTES
...*a*MARANTVS
*f*ECIT · ET
*lib. lib. post*ERISQVE EORVM

Descripsit Zangemeister, contulerunt Bormann et Gatti. Nicolai *bas. di S. Paolo* p. 183 n. 336.

11518 in hortis Campanae prope Lateranum.

AMARVLLIS
VIXIT · ANNM · M XI *sic*
FORTVNATA · VIX · A · VI
MENSSS · XI · D · XVI
VERNÆ CLODI · LEONIS
FAVSTVS·ET·SALVIA·MER·F·

Descripsit de Rossi.

11519 tabella columbarii. Effossa d. 23 Febr. a. 1722 in vinea adhaerente arcui Drusi (cf. cum n. 10243) BIANCH. — Apud Ficoronium SEG.; ex Gualtorii hereditate a me iam vendita emi m. Augusto 1738, addit MARVC. — In museo Capitolino GVASCO et adhuc.

M · AMATIVS	AMATIA
Ɔ · L	Ɔ · L
MARTIALIS	PRIMIGENIA

Descripsi. Bianchini Veron. 348 f. 109; Ficoronius misit eodem exemplo Gorio cod. Maruc. A, 6 f. 509' n. 191 et per Ramagginium Muratorio 1517, 8; Seguier Paris. f. 237; Guasco M. C. 949.

11520 litteris bonis, rep. in coemeterio Cyriacae a. 1844, servatur in bibliotheca Vaticana in repositis.

AMAZONE·DAPHINICVS
CONIVGI BENEMERENTI FECIT

Descripsit de Rossi.

11521 tabula. Reperta a Fortunatio in effossionibus a. 1858 institutis prope viam Latinam, extat in aedibus Maximorum.

D M
AMAZONIVS
EVTYCNETI·
COIVGI·B·B·FEC *sic*
QVI·VIX MECV *sic*
ANNIS · XXII·
sic QVI · VIXIT·
ANNIS · XLV·

Descripsit Dessau. Fortunati *scavi sulla via Latina* p. 66 n. 92.

11522 in hortis card. Medicei WINGH. — In suburbano card. Borghesii extra portam Pincianam DON.

D · M
AMEIANAE
Q · V · AN
XXVIII
BENEMEREN
TI · MATRI · F
ET·FRATER
TITLVM·POSV
MATRI · V

Winghius Brux. 2 f. 8; Donius Marucell. A, 293 f. 213 inter inscriptiones acceptas a Menetriero.
2 AMBIIIANAE Don. — 3 ANN idem.

11523 tabula marmorea reperta in vinea PP. Praedicatorum ad viam Salariam, nunc penes institutum archaeologicum.

CN · AMBIVIVS
ALEXANDER·FECIT·SIBI
ET · CN · AMBIVIO · IANVARIO · L·
ET · AMBIVIAE · PROBAE · L ·
POSTERISQVE · SVIS

Descripsit de Rossi, contulit Bormann.

11524 collocata a Ben. Passionei in aedibus ipsius Forosemproniensibus PASS., ubi adhuc extat.

C · AMBIVIO · BASSO · ET
AMBIVIAE · PROTOGEN*iae*
M·VALERIVS·ANTEROS·DAT

Descripsit Bormann. Passionei p. 176 n. 14 (inde Donati 408, 11).

11525 tabellae columbarii duae. Repertae a. 1861 prope *Tor Sapienza* ACTA. Servantur in museo Laterano in repositis.

a	*b*
CN · AMBIVI	CN · AMBIVI
EVPORI	EVPORI

Descripsit Bormann. Sunt in actis curatoris operum publicorum et commercii qui sub pontificibus fuit.

11526 urna marmorea. Florentiae apud Guicciardinos DON. GORI. Ibi extat.

aquila

P · AMBIVIVS
FELIX · VIX · A · XXXV
TROPHIME · LIB
FECIT

area duae
avis *sertum* *avis*

Descripsit Bormann. Donius Vatic. 7113 f. 68', Barb. p. 161 descriptam ab Alexandro fratre; Buonarroti cod. Maruc. A 43; Gori I. E. 1, 229, 12 (inde Mur. 1517, 12).

11527 cippus marmoreus litteris valde detritis. *In via del Gesù n. 8 per le scale* SARTI, similiter AMATI; adhuc in atrio aedium Viscardi-Giannelli *via Cesarini n. 8.*

C AMBIVIVS
FEROX
AMBIVIAE CHRYSIDI
VXORI
Q AMBIVIO *ISMAEO*
PATRI
AMBIVIAE SECVNDAE
MATRI

Descripserunt Mau et a. 1881 Gatti. Amati Vatic. 9734 f. 75; Sarti ms.

Quae nunc evanuerunt, dedi inclinatis. — V. 8 non vidit Gatti.

11528 urna semirotunda marmorea. Roma advecta Florentiae apud Guicciardinos DON. GORI. In eorum aedibus adhuc extat.

sertum

D · M · P · AMBIV
IO · GRATO · P ·
tripus AMBIVIVS · FRO *tripus*
NTO · PATR · ET
MATRI · FEC

Descripsit Bormann. Donius cod. Vatic. 7113 f. 68' descriptam ab Alexandro fratre; Buonarrotius cod. Maruc. A 43; Gori I. E. 1, 229, 11 (inde Mur. 1517, 11).

11529 tabula marmorea rep. in coemeterio Callisti via Appia.

a. in *adversa:*

L · AMBIBIVS · HERMES
FECIT · SE · BIBO · SIBI · ET
L · AMBIBIO · CALLINICO ·
PATRI · SVO · ET · LIBERTIS ·
LIBERTABVSQVE · POSTE
RISQVE · EORVM

b. *in aversa:*

d | M · S
. . . . |NIAE · FORTVNA
tae fe|IT · CONIVX · CON
iugi be|NE · MERENTI · ET
. . . c|AVDIVS · STASIMVS · PO
nit e|C · TE · TVA · VOTA
sequa|NTVR · VT · TV
. . *hu*|C · LOCVM · DVMV
. . . *u*|LEDERE · VELLIS

De Rossi *Roma sotterranea* 3, 174.
b 8. 9 *dum v*[*adis*] coniecit Mommsen.

11530 ara marmorea sertis arietumque capitibus insignis; infra titulum monstrum marinum, quo genius vehitur; in angulis sphinges. S. l. CAST. — In aedibus cardinalis Floretie (l. Florentiae) WINGH.; in palatio Altemps SIRM. SPON FABR. — In hortulo olim Campanae ad plateam populi et viam *del Babuino*, nunc *hôtel de la ville.*

P · AMBIVIVS
P · FIL · QVI · HERMES
urceus ARAM · POSVIT *patera*
P · AMBIVIO · P · LIBERT
HERMETI · PATRI · SVO · VIXIT
ANNIS · LXV
ET · AMBIVIAE · P · F · IVCVNDAE
SORORI SVE VIX ANN XIX M VI *sic*

infra sertum:

P · AMBIVIO · P · F · QVIR · FESTO · VIX · ANN · XXVI · ET · AMBIVIAE
AGATHE · LIB · VIX · ANN · XIX · AMPHIA · AMPLIATA · MATER · FIL · CARISS
TECTVM · CVM · CLAT · FEREТIS · D · E · P ·

Descripsi. Winghius Brux. 2 f. 23'; Sirmond Paris. suppl. Lat. 1419, 137; Zaratinius Castellinius Vallicell. f. 258; Spon 11 (inde Donat. 64, 6); Fabretti 719, 401; edidi suppl. ad Orellium 1—8 n. 7358, 9—11 n. 7369 ex apographo Braunii.
V. 9. 10. 11 om. Wingh. Spon Fabr.

11531 cippus marmoreus. In villa Matthaeiorum OMNES et adhuc.

DIIS · MANIBVS
P · AMBIVIO · P · L ·
HERMETI · V · A · LX · VII
ET
AMBIVIAE · P · L · MARGARIDI
V · A · L · V ·
PARENTIBVS · OPTIMIS · ET
BENE · DE · SE · MERITIS · FECIT
P · AMBIVIVS · P · F
HERMES · F
PIENTISSIMIS

Descripsi. Ptolemaeus sched. 2, 66; Fabretti 718, 399; Seguier Paris. f. 69; Mon. Matth. III p. 136 n. 35.
[3 nota in cippis duobus eidem viro positis aetatem diverse indicari. — 10 F legendum *filius*; versu sequenti haud scio an *pientissimis* pro eo quod requiritur *pientissimus* non sit error quadratarii. TH. M.]

11532 tabella columbarii, in aedibus Merolli.

CN · AMBIVIVS
IANVARIVS
VIXIT · ANN · XII


Descripsit Gatti, contuli ipse.

11533 tabula marmorea. In palatio comitis Zollerani GRVT. — Bononiae in instituto scientiarum MVR. GVARN. — Ibi extat in museo publico.

P · AMBIVIO *sic*
SVCCESSO · V · A · LX · II
AMBIVIA · NICE · PAT
RONO · BENEMERENT
FECIT

Descripsit Zangemeister. Grut. 1150, 3 'ex autographo comitis de Zollern'; Mur. sched. 21, 231, ed. 1517, 10 descriptam a Gherardo Mutinensi; Guarnieri sched. a. 1776 f. 7 n. 67.

11534. 11535 dum anno superiore negotiantes vinarii, qui varias cryptas aestivo frigore commendabiles intra Dolioli seu Testacei tumuli viscera e meridionali parte, quae sola intacta remanserat, montem effoderent, cum pedes plus minus L penetrassent ut septem ab exteriori area descendissent, terram puram offenderunt, et in ea cippum e lapide Tiburtino ita inscriptum (sequitur n. 11535). Reassumpto sub initio praeteriti veris opere, ad enunciatam ab hoc cippo distantiam, frons monumenti Rusticeli patuit magnifica et eleganti specie in hanc formam:



Lapides non quidem exotici, sed nostrates sunt; basis scilicet et corona ex lapide Albano, reliquum ex topho satis firmo; in ipsis commissuris ornatus gratia canaliculus relictus est; mediam frontem sequens inscriptio Tiburtino lapidi concredita occupat (sequitur n. 11534) FABR.; d. 18 Febr. a. 1687 Fabrettius v. c. sub monte Testaceo invenit gentis Rusticeliae sepulcrum . . . quod habet longitudinis pedes XXX totidemque latitudinis. Ad latus dextrum repertus fuerat anno superiore cippus ex Tiburtino lapide (n. 11535), modo pro limine proximae cellae vinariae inserviens MAB.

11534

AMBEIVIA · L · F · MATER
L · RVSTICELIVS · C · F · SCA
M · RVSTICELIVS · C · F · SCA
Q · RVSTICELIVS · C · F · SCA
LARCIA · L · F · VXOR
SEPVLCR·LONG·PED·XXX·LAT·PED·XXX

11535

CIPPVS · PRIM
VS · DEFIXVS
ERAT · CONTR
A · ANGVLV
M · DEXTER
OREM · MO
NVMENTI
RVSTICELI · ET
ABERAT·AB·TR
VNCO·MON
VMENTI · P · V
ET·AB·STRVCT
VRA · AQVAE
CLVSARIS·P·VR

Fabrettius dedit Mabillonio, qui ed. Iter Italicum (1687) p. 156, et ipse ed. in sylloge 239, 638. 240, 639.

11534 v. 6 om. Mab. — 11535 v. 4 in. A om. Mab. — v. 9. 10 *truncus monumenti* videtur opponi basi et coronae, sicut apud Vitruvium 4, 1, 7 *truncus columnae* opponitur basi et capitulo. — De loco quo inventum est monumentum cf. quae disputavit Dresselius in *ann. dell' inst.* 1878 p. 178—180.

11536 cippus PASS. S. l., praecedit: 'in hortis card. Florent. retro templum Pacis' (apud eundem fuit n. 11530) WINGH. — Collocata a Dom. Passionei in secessu Tusculano PASS.

AMBIVIA · P · L · FELICIO
P · AMBIVIO · P · P · Ↄ · L
FELICI·PATRONO·SVO·ET·SIBI

Winghius Brux. 2 f. 7'; Passionei 97, 1 (inde Donati 416, 6).
3 ET Wingh.

11537 in antiquis (sc. aedibus) Columnensium SIRM.; in hortis Corneliorum (emendandum fortasse 'Columnensium') GRVT. — Marini in villa Bevilacqua VVLPI; eadem loci indicatio praecedit apud CHIS — In aedibus (urbanis) Columnensium, e villa Marinensi Romam allata a nob. viro Vincentio de Columna AMATI FEA. Extabat nuper in hortis Columnensium, a. 1881 latebat.

AMBIVIA·P·L·IRENE FECIT
ET · DEDIT
LIBERTIS · ET · LIBERTABVS
SVIS · POSTERISQVE
EORVM
IN · FRONT *IN·AGRO*
PED · XXVI *PED·XXI*

Descripsit Reifferscheid. Sirmondus Paris. suppl. Lat. 1418, 230 et 1420, 318; Grut. 1154, 8 'a Baiero et Sirmondo qui viderunt'; cod. Chis. J VI, 205 f. 107 manu ignota; Fabretti emend. ad Grut. p. VII solos vv. 6. 7; Vulpi Lat. 7, 148 (inde Mur. 1570, 3); Amati Vatic. 9743 f. 23; Fea sched. 57 descriptam a Mariotti.

V. 6. 7 soli habent Fabr., qui eos ait scriptos esse 'in duobus quadrulis infra', et Vulpi, qui habet IN FRONTE | PED·XXI, et IN AGRO | PED·XXVI.

11538 tabula marmorea. *Ritrovata presso il colombario de' liberti di Livia* FIC. (Maruc. 62). — Senae Gallicae in aedibus Baviera GVARN. et adhuc.

D · M · AMBIBIAE · NICOPOLI · CONIV
GI · CARISSIMAE · ET · D · MARCIO · HER
METIANO · F · VIX · ANN · XXXVII · M · B
CN · AMBIBIVS · ACINDYNVS · ET
AMBIBIA·HELPIS·FRATRI·SVO·FECERVNT

Descripsimus Bormann, Mommsen, ego. Ficoronius misit Gorio litteris d. 11 Apr. 1733 cod. Maruc. A 62 f. 42 et in schedis A 6 f. 474', item Muratorio 1294, 12; Guarnieri sched. Senog. f. 6' n. 21, qui descripsit a. 1783.

11539 cippus. In aedibus marchionis Sacchetti MVR. — Apud Cavaceppium MAR. — Emptus a me a. 1775 apud sculptorem Cavaceppi et Panormum translatus in coenobium S. Martini BLAS.; Panormi in monasterio S. Martini TORR. Nunc ibi in museo publico

DIS · MANIBVS
AMBIVIAE
TYCHE
CHRYSIS·FELIX
SYNTROPHVS
LIBERTI
BENEMERENTI
FECER

Descripsit Mommsen. Mur. 1517, 9, cui misit Passionei; Marini sched. Vatic.; de Blasio in epistula ad praesulem Galletti d. 1 Sept. 1776 inserta ephemeridi *opuscoli di autori Siciliani* tom. 17 p. 333; Torremuzza inscr. Sic. ed. 2 cl. X n. 9; Salinas *catalogo di S. Martino* p. 7 n. 63. Cf. X n. 1088*, 24.

11540 apud Carolum Napolionem statuarium.

AMBIVIAE · VENERIAE · CONIVG
SANCTISSIMAE · Q · FVLVIVS · DOCTVS

Maffei M. V. 280, 6, qui vidit.

11541 ara magna marmorea. In domo domini Bernardini (Francisci SAB., Bruti MET.) de la Valle IVC. SAB. MET.; apud Ursum de la Valle SMET., similiter CETERI. — Parisiis au *Louvre* SEG. et adhuc.

ara ornata est sertis, facibus, personis: Centaurus lyra, Centaura tibiis sonantes, Amorem ille, Psychen haec dorso gestant; in lateribus crania cervorum inter ramos lauri; ansa in margine vasis. In postica lucernarium et mensa, in qua praefericulum et patera posita sunt.

DÍS · MANIBVS
AMEMPTÍ·DIVAE·AVG·L·
LALVS·ET·CORINTHVS·L·

Descripsi ego, recognovit A. Schoene. Iucundus Veron. f. 99', Magl. f. 5' (inde Mazochius f. 129' et Grut. corr. ed. 2 ex codice Palatino); P. Sabinus Marc. f. 141; Io. Bembus f. 28'; Alciatus Fenc f. 81; Metellus ad Mazochium suum nunc Vaticanum, et Vat. 6039 f. 262 'exscr. Petrus Varondellus 1547'; Smetius 132, 9 (inde Grut. 606, 3) qui vidit; Pighius Berol. f. 84 imaginem; Knibbius Berol. p. 16; Manutius Vatic. 5237 f. 177 et 5253 f. 360; Boissard Holm. f. 44', Paris. p. 91, ed. 3, 144; Cittadinius Marc. p. 187, Vatic. 5253 f. 271'. 296'; Winghius Brux. 1 f. 11; Ciacconius Raff. f 83'; Seguier cod. Nemaus. 13795 qui vidit; Bouillon *musée des antiques* III *cippes* tab. 2 n. 5 et Clarac tab. XVII, 177 imaginem; Froehner *catal.* 1 p. 342 n. 373.

1 MÁNIBVS Smet, sed apicem istam lineolam esse casu insculptam affirmat Schoene.

11542 tabula marmorea originis urbanae. Bononiae in instituto scientiarum GHER. GVARN. Nunc ibidem in museo publico.

D · M
AMERIMNIA
MATER · FECIT
VICTORINO
FILIO · B · M ·

Descripsit Zangemeister. Gherardius misit Muratorio ms. 21, 231, ed. 1129, 27; Guarnieri sched. a. 1776 f. 6' n. 53.

11543 originis ut videtur urbanae. Ravennae in museo Classensi SPRETI et adhuc.

protome pueri

DIIS·
MANIBVS
AMERIMNVS
VIXIT · ANN · II
MENS V · NELIX
VIXIT·ANN V·
MENS·VI·FILIS·B
M · AMERIMNVS
CAESARIS

Descripsit Bormann. Spreti Ravenna 1, 226, item tab. IV imaginem.

11544 in hortis Campanae prope Lateranum.

AMERIMNO *sic*
VIX · ANN · III · MENS · IIII
RESTLLVS ET·HORAEA·FÍLIO
CARISSIMO

Descripsit integram Mommsen, paullo imminutam initio v. 3 de Rossi.

11545 tabula marmorea, in museo Laterano in repositis.

AMERIMNVS
]FEIA · Ↄ · L
PISRIS
VIX · ANN · XIIX

Descripsi.

11546 tabella marmorea. Apud Casalium MAR. — Nunc in museo Laterano in repositis.

VIX·ANN·XVIII V
AMERIMNVS·ET·CI
LIMNENIS · F

Descripsit Detlefsen. Marini Vatic. 9121 f. 210.

11547 fragmentum marmoreum *entro la cappelletta ossia piccola chiesa della vigna Paternona del Gallo presso porta Salara.*

D · M
AMETHYST
ALEXANDER
eT·ATHABVS
beNE · M

Fortunatius qui vidit misit Henzeno d. 7 Mart. a. 1867.

11548 in museo Vaticano (*Gall. lap.* incert. II).

aMETHYSTO
feCIT
NERIS · ET
poSTERISQ EORVm

Descripsi.

11549 tabula marmorea. Collocata a Dom. Passionei in secessu Tusculano PASS. — In museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall. lap.* coniug. III).

D · M
AMETHYSTES
VIXIT·ANN·XXX·
CN · DOMITIVS
THESEVS·CONIVG
BENE MERENTI
FECIT

Descripsi. Passionei p. 61 n. 7 (inde Donati 394, 3); Marini Vatic. 9129 f. 21'.

11550 rep. a Ficoronio a. 1733 ad S. Caesarei MARVC.; apud Ficoronium SEG.

AMIANTHVS
SOLONIS F

Ficoronius misit Gorio cod. Marucell. A 6 f. 476 et Muratorio ed. 1615, 6; Seguier Paris. f. 252 ut extantem a dextra tituli C·FVNDANIVS[SOCRATES. 2 SIKIONIS omissa F Mur.

11551 tabula marmorea reperta in coemeterio Cyriacae, est in museo Laterano in repositis.

D · M
AMIANTVS · PATER
VICTORINO FILIO
FECIT · VIXIT·AN·II
MENS VII

Descripsimus de Rossi et ego.

11552 in suburbano comitis Galletti GALL. Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* patron. II).

D · M
AMIANTHO · AVG
LIB · CORNELIA · IVCVN
DA·MARITO·ET CERIALI
AVG · VER · EXTRICATA
AVG · LIB · MATER

Descripsi. Paulus Galletti in schedis apud Rossium.

11553 effossa a. 1725 in basilica S. Pauli GIORG.; in coenobio S. Pauli GIN. MAR. NIC. et adhuc (a sinistra).

P · L · AMIANTHVS
O · P · L · APSAS
PATRONO BENE MERENTI · ET
SPEDIA · L · L · EVTAXIA VXOR
DE SVO · FECERVNT·ET·SIBÍ·ET
LIBERTÍS · LIBERTABVSQVE
POSTERÍSQVE · EORVM

Descripsit Zangemeister. Giorgi sched. Casanat. vol. XVI, qui descripsit d. 24 Mai. 1734; Ginanni misit Muratorio 1545, 4; Marini Vatic. 9120 f. 212; Nicolai *basilica di S. Paolo* p. 109 n. 114.

4 EVTAXIA Mar. Nic., EVTAXIA Zang., EVTADIA Giorgi Gin.

11554 apud Nic. Maronium Palaepolam.

AMIANTI
MATRI · CAR
ISSIMAE MAR
GARITA · ET
ACNILEVS *sic*
FECERVNT

Amadutius, qui vidit, anecd. litt. II p. 470 n. 24.

11555 Florentiae apud Guicciardinos Roma advecta DON., apud Corsinium GORI; extat adhuc Florentiae in hortis urbicis Corsiniorum.

D · M
AMÍCO · SER
CAESARIS · VER
NAE · ET · ANTO
NIAE · HEROI
MI · CONIVGI
SVO · BENE · ME
RENTI · DE · SE ·
FECIT

Descripsi. Donius Vatic. 7113 f. 62, Barb. p. 85 descriptam ab Alexandro fratre; Gori I. E. 1, 139, 35 (inde Mur. 931, 3).

11556 apud Ficoronium MAFF. — *Nella biblioteca di S. Ambrogio di Milano, venuto dal museo del abb. Menatti di Firenze che l'ebbe in Roma* MAR. Ibi non repperit MOMMSEN.

L · AMIVS
NIGER
POMPONIA
GYMNASIVM

Maffei M. V. 296, 6; Marini Vat. 9128 f. 79'.
1 in. L· servavit Maff., AMIVS Mar.

11557 in aedibus Hippolyti Colotii ad pedem montis Cavalli WINGH., similiter CETERI.

D · M
AMMIANI M AVR
APOLLONIVS ET
P CASSIVS EO
ZON M · C · F

Ligorius Neap. l. 39 p. 283 (inde Panvinius Vat. 6036 f. 66, ex quo Donius Barberin. p. 20; ex Donio Fabretti 184, 403 'e schedis Barberinis'; ex Ligorio Mur. 1239, 6); vita Colotii p. 94; Winghius Brux. 2 f. 21. Dedi inter Ligorianas huius vol. n. 1124*, sed tuetur Winghius qui hanc non videtur petisse e Ligorianis.
2 AMMIANI M·AVRE Lig. Col., AMMI ANIMAVS Wingh. — 3 APPOLLONIVS Col.

11558 in villa Matthaeiorum PTOL. — In suburbano comitis Galletti GALL. Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap. parent.* 111).

DIS · MAN ·
AMMIAE · FIL · VIX ·
ANN · ET VI ·
·T· ·F· QVINTO
FILIO · VIX · ANN · XVII ·
·T· F · ZOSIMVS · PATER
ET · F · NAPE · MAT · FILIAE
ET · FILIO · P · S · T · S · Q · E · E ·

Descripsi. Ptolemaeus sched. 2, 10 (inde Mur. 1129, 8); schedae Gallettii apud Rossium; Donati 352, 11 missam a Gallettio.

11559 s. l.

OSSA
AMMIAE
FECIT
CHARITO
CONIVGI · EVAE
CARISSIMAE

P. Sabinus Ottob. f. 142.
Vv. divisio incerta.

11560 fragmentum urnae, ut videtur, in aedibus Maximorum.

D
AMOE

Descripsit Dessau.

11561 tabula marmorea in museo Laterano in repositis.

DIS · MAN
AMOENA · CA
sic EVTNYCHI
SEM

Descripsit Detlefsen.

11562 tabula marmorea in museo Laterano in repositis.

AMOENA
C · IVLI LYRI · L

Descripsi.

11563 tabula marmorea in museo Laterano in repositis.

a MOENA
LYRI · ET
· SOTERIDIS

Descripsi.

11564 tabula marmorea in villa Corsinia.

///////
AMONIANI

Zoega ms. p. 69.

11565 tabella marmorea. In villa Pell(ucchi), postea apud d. Chaupy MAR. Nunc Parisiis *cabinet des médailles*.

Q · AMONIVS · Q · Q · L
PROTOPHANES

Descripsi. Marini Vatic. 9120 f. 385.

11566 cippus parvus. Rep. in vinea Moroni VIGN. — In villa Albanin MAR. et adhuc muro insertus.

in fronte:	*in latere dextro:*	*a tergo:*	*in latere sinistro:*
D · M AMPE LIDI	VIXIT	ANN	XXI

Descripsit de Rossi, sed pars aversa et complures litterae in lateribus incisae nunc latent. Vignoli col. Antonin. 229 (inde Mur. 1629, 16); Marini Vatic. 9120 f. 113.
XXI Mar., XX Vign.

11567 olla marmorea in hortis Iuliani Caesarini prope vincla Petri WINGH. — In vinea Cremonae OVD. — Inter urbanas STEPH.

AMPHILOCHI

Winghius Brux. 2 f. 6'; Stephanonius Leid. f. 168', 2 (ex schedis eius descriptam a Rycquio Gudius ms. 55, 13, ed. 314, 5).

11568 tabella columbarii in aedibus Merolli.

A M P H I O
OSTORIOS · V · A · XXI

Descripsit Gatti, contuli ipse.

11569 *nella vigna di M. Berd.° Acciaiuolo a monte Cavallo per mezzo S. Silvestro* MAN. — In aedibus Brigognae Senensis LIG., non indicans utrum significet aedes in regione Parionis an in Quirinali sitas.

DIS · MAN
AMPHIO · DOMITIAE · DOMITIAN
SER · ZETHO · FRATRI · B · M · V · AN · XL
ET · LARCIAE · THALIAE · LARCIA · SESTI
TVTA · PARENTES · FIL · KAR · FECER · QVI
V · AN · I · D · XXVII · H · V · ET · SIBI · ET · SVIS · POST
EORVM · IN · FR · P · IIII · IN · AGR · P · III

Manutius Vatic. 5241 p. 112; Ligorius Neap. l. 39 p. 172 (inde Panvinius Vatic. 6035 f. 100' et ex exemplo olim Barb. nunc Vatic. Fabretti 9, 35).
3 ZETTHO Man. perperam. — 4 THALLAE Lig. — 5 ET · KAR · BENEMERM Man. — 6 ANN · I · D · XXVIII · V id. — SVI Lig. — 7 EOR Man.
[4 post *Thaliae* cogitatione repete ex praecedentibus *Amphio et*. TH. M.]

11570 in domo Dominici Normandi de Tedallinis SAB. (Marc.), Zedalinis ID. (Ott.), Zedellinis MAZ.; ad columnam Antonini in domo privata SMET. (aedes Tedallinorum in regione columnae fuisse apparet ex Mazochio).

D · M
AMFIONI · FRATRI
PIISSIMO · QVI · AD
DIEM · MORTIS · EVAE
SIMPLICI · ADFECTIONE
VNOQVE · ANIMO · EGIT
MECVM · VIXIT · AVTEM
ANNOS · N · XXI · M · VIII
D · VIII · ZETHVS · CV
RAVIT · FACIENDVM
FRATRI · DVLCISSIMO
ADQVE · INCOMPARABILI

P. Sabinus Marc. f. 120', Ottob. f. 80' (inde Iucundus rec. 3 Cicogn. f. 121 et Mazochius f. 70', corrigitur in emendationibus); Smetius 116, 17 (inde Grut. 844, 7) qui vidit.
Exemplum dedi Smetii cui plane respondent emendationes ad Maz. — Lectionis Sabini discrepantia haec est: 2 AMPHIONI Sab. (Marc.) — 7. 8. 9 verba quae sunt VIXIT—VIII om. Sab. (loc. Maz.)

11571 Florentiae in hortis Riccardiorum aut similiter OMNES et adhuc.

·AMPHIO · SIBI · ET · ZETHO
FRATRI · SVO · ET · ALEXANDRO
ET · · ONESIMAE · SVEIS

Descripsit Kiessling. Donius Marucell. A 6 f. 499', Vatic. 7113 f. 76' (inde Fabretti 9, 36 'ex schedis Barberinis'); Stephanonius Leid. p. 148, 12; Langermannus ms. Hamburg. p. 32; Gori I. E. 1, 92, 33 (inde Mur. 1433, 6); Marini Vatic. 9128 f. 64 et corrigit Arv. 610 n. 45; Osann syllog. 500, 42.

11572 in hortis Angeli Colotii CITT. — Apud Tiburtium sculptorem, praecedit apud DON. — Albinguani in aedibus comitum Costa, dein marchionum di Palestrina, regione vulgo *Ciambellino* COTT. Nunc periit aut latet.

D · M
AMPHIO
SATVRNIN
A CONIVGI
BENE MERE
NTI FECIT
Q · V · A · XXX

Cittadinius Vatic. 5223 f. 294'; Donius Maruc. A 293 f. 222; Cottalasso *saggio storico sopra Albenga* (1820) p. 213 (inde Navone *Ingaunia* 1, 288; Sanguineti inscr. Liguaticae 170, 115) ex ms. equitis d'Aste. Cf. vol. V n. 1013*.
1 om. Don. — 6. 7 quae inclinavimus, solus habet Citt.; 6 FECI Don., FEC Cott. — 7 A· Don., A· Cott.

11573 reperta ut videtur in columbario in principio viae Appiae et Latinae antiquarum; apud Ficoronium a. 1731—1733 MARVC. — Nunc Londinii in museo Britannico. — Aquileiae BVR. errore.

AMPHIA · A · ET · Ↄ
L · EXOCHE
VIX · ANN · XBI
PIA

Descripsit Huebner. A Ficoronio missam Gorii cod. Marucell. A, 6 f. 413 et f. 479'; Mur. 1630, 1 'ex Philippo a Torre', apud quem non extat (subsequitur apud Mur. titulus vere Aquileiensis ex Turrio desumptus vol. V n. 1070). Cf. vol. V n. 51*.

11574 olla cineraria litteris atramento inscriptis, rep. a. 1853 cum vetus porta S. Pancratii destrueretur.

A · AMPI ·, .

Descripsit de Rossi; postea non repperit.

11575 tabella columbarii in villa Pamfilia in sepulcreto.

Q · AMPI · Q · L ·
HILARI

Descripsi.

11576 originis, ut videtur, urbanae. Est Neapoli in museo.

M · AMPIVS · Ↄ · L · ROMANVS
OCTAVIA · Ↄ · L · OLVMPHIA
HOC · MONVMENTVM · ET
VSTRINVM · EX · P · XVII · MI
ET · MEIS · OLLAS · VIIII

Descripsit et contulit Mommsen I. N. 6410 (inde repetivi in suppl. ad Orellium n. 7371); Fiorelli cat. n. 1733. Cf. vol. X n. 358*, VI.

4 nota EX·P redit in inscriptione supra n. 10338, sed ita ut quid significetur neutro loco certum sit. Hoc loco probabiliter intellegitur *hoc monumentum et ustrinum* (*fecimus*); *ex p(arte) decima septima) mi et meis ollas VIIII* (*excepi*), ita ut totum monumentum ollas CLIII habuisse credendum sit. Contra in inscriptione altera *ex p(arte) suorum* vix videtur admitti posse.

11577 ex effossionibus a Fortunatio ad viam Latinam a. 1858 institutis.

T · AMPIVS · Ↄ · L
SALVIVS

Fortunati *scavi sulla via Latina* p. 64 n. 83.

11578 reperta a. 1731 in vinea SS. congregationis Somaschae (collegii Clementini) ad S. Caesareum prope portam Capenam intra urbem.

A AMPIV s
ZOSIMVS · V · A · X ·
AMPIA · TRYPHA ...
CONIVGI · SVO
B · M · FECIT

Fr. Vettori in litteris d. 2 Iun. 1731 ad Gorium datis cod. Marucell. A, 63.

11579 *in verde antico*, reperta a. 1731 in vinea patrum congregationis Somaschae (collegii Clementini) ad S. Caesareum prope portam Capenam intra urbem.

AMPIA · A · L
I · AMNYRA

Fr. Vettori misit Gorio d. 2 Iun. 1731 in litteris cod. Marucell. A, 63 f. 122.

2 nomen corruptum est; fuit fortasse *Lampyris*.

11580 urna quadrata marmorea simplex. Caserculi in aedibus del Bagno.

DIS · MANIBVS
AMPIAE · Ↄ · L ·
FABATAE

Descripsit Bormann.

11581 tabella columbarii. Caserculi in aedibus del Bagno.

AMPIA
PRIMA
MATER

Descripserunt Bormann et Rocchi.

11582 tabula marmorea. Collocata a Ben. Passionei in aedibus ipsius Forosempronìensibus PASS., ubi adhuc extat.

D M
AMPIAE · ROMANAE
CONIVGI BENE ·
MERENTI · M · VL
PIVS · FECVNDVS
FECIT

Contulit Bormann. Passionei p. 160 n. 27 (inde Donati 390, 3).

11583 fragmentum tabulae marmoreae, in museo Laterano in repositis.

aMPLIAT
VICTo
RICI ET

Descripsit Detlefsen.

11584 tabella marmorea elegantissima minimi moduli reperta anno 1850 in vinea olim Amendola ad viam Appiam.

GENIO
AMPLIATI

Descripsit de Rossi.

11585 apud Angelum Colotium.

AMPLIATVS
LESSI · PIRITHI
DELIC
VIXIT · ANN · III

Grut. 661, 10 'e Verderianis'.

2 nomina manifesto corrupta.

11586 Romae in museo Kircheriano.

D · M
AMPLIATO FILI
O QVI VIXIT · AN
NIS DVOBVS DIE
BVS · L · ORIS · VIIII FE *sic*
LICIO ET FAVSTILLA · PAREN

Descripsit Herzog. De Ruggiero *catal.* I p. 53, 175.

11587 tabula marmorea in museo Laterano in repositis.

PIENTISSIM
ET · AMPLIATVS
CONIVGI

Descripsit Detlefsen.

11588 *casa di ms. Bruto de la Valle, nel muro.*

O · AMPLIATO FILIO
QVI VIXIT ANI
XIII · MEN · VIII

Ach. Statius Vallicell. f. 180.

A sinistra fractam esse non indicatur.

11589 collocata a Ben. Passionei in aedibus ipsius Forosempronìensibus PASS., ubi frustra quaesivit Bormann.

M
AMPLIATO
E PRODOCIMENES
CALLIDROMVS
S BENEMERENTI
FECIT

Passionei p. 183 n. 6.

3 debuit esse *Pro[s]doc[i]menes*, erravit aut quadratarius aut Pass.

11590 tabula marmorea. Reperta in fundo *Tor Marancia* (ubi creduntur fuisse praedia Amarantiana, cf. ad n. 10233) AM. 9738. — *Nel cortile del palazzo della duchessa di Chablais* ID. 9748. Nunc in aedibus Guglielmi (*piazza Paganica* 66).

D M
PATER AMPLIATE
FILIAE DVLCIS *sic*
SIMAE VIX ANN
ET MENSES NOVE

Descripserunt Mommsen et Bormann. Amati Vat. 9738 f. 24' et Vat. 9748 f. 115.

11591 in museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall. lap.* patron. 11). — S. I. VISC.

D · M
AMPLIATAE
FECIT C · CASS
IVS · THELESPh *sic*
ORVS · VERNAE
VIX · AN I · M · V ·
· D · I

Descripsi. Marini Vat. 9124 f. 248, *Arv.* 358; Visconti sched. Paris. 7 f. 252'.

11592 tabella columbarii litteris valde evanidis. Senae Gallicae in aedibus Baviera GVARN. (a. 1783) et adhuc.

D · M
AMPLIATAE · V · A · IIS·
M·VI·D·XXIIII·PEDANIA
PRIMIGENIA · FECIT·
VEENAE · KARISSIMAE
NOII DO/E/I MAMMA
FACIENDVM ˮVII
PROˮERA·IT ASˮˮS FATVS
QVOD VOLVIT MEVS

Descripsi ex ectypo cum Bormanno, qui edidit progr. gymn. Berol. 1871 p. 13 n. 16. Guarnieri sched. Senog. f. 24 n. 27 q. n. ct.

6 sq. *Noli dolere mamma, faciendum fuit,*
Properavit aetas, fatus quod voluit meus.

11593 in museo Vaticano (*Gall. lap.* suppl. coniug. 1).

· M
am PLIATAE P ATILIVS
VE CONIVGI
AAE · FEC · IT · SIBI

Descripsi.

11594 collocata a. 1855 in museo Vaticano (*Gall. lap.* omne genus IV).

D·AMPVDIVS·D·L·PAPIA
SIBI · ET ·
AMPVDIAE·AGATEMERINI
LIBERTAE·SVAE·ET
C·CINCIO·C·Ↄ·L· HILARO

Descripsit de Rossi.

11595 in villa nobilium de Casaliis effossa ad portam Capenam, translata ad montem Caelium BIANCH.; in hortis Casali SEG. PAC. ZOEGA.

figura modii, cui inscriptum est:
L · AMPVDIVS
L · ET · Ↄ · L
PHILOMVSVS
MODI

protome mulieris *protome viri* *protome viri* *figura modii*

L · AMPVDIVS · L · ET · Ↄ · L · PHILOMVSVS

Bianchini Veron. CCCXLVII f. 132 delineavit; Paciaudius imaginem a Maffeio acceptam et misit Muratorio 2089, 9, et aeri incidit *antichità di Ripatransone* ad p. 114; Seguier Paris. f. 106; Zoega ms. Havn. p. 584.

De *modi(ario)*, cuius vocabuli exemplum invenimus nullum, cum vix cogitari possit, potius signum intellegendum videtur quale est *Mus* in titulo Henzen n. 6251, casu vocativo positum sicut ponitur *Hylochori* supra n. 11005.

11596 urna marmorea in angulis arietum capitibus ornata. Apud Franciscum Gualdum prope Thermas DON. — *Trouvée à Paris vers le milieu du mois d'août de 1751, en terre à 18 pieds de profondeur derrière la maison occupée par M. le Riche, trésorier des Invalides, Rue Vivienne* LEBEVF, similiter CAYLVS, qui addit abbatem Lebeuf ipsi res antiquas eo loco repertas cessisse. Parisiis in bibliotheca publica JOLL. LENOIR et adhuc *cabinet des médailles*.

AMPVDIAE
AMANDAE *sic*
VIXIT ANNIS XVII
PITHVSA MATER FECT *sic*

Descripsit Lugebil. Muralt *mém. de la soc. arch. de St. Pétersbourg* II p. 355; Hand not. inscr. Lat. p. 13; Stephani *Antikensammlung zu Pawlowsk* n. 69.

2 FELICTAT '*sic*' Lug., FELICIAS Hand, FELICITATI Mar. Steph.

12164 tabula marmorea in museo Laterano la repositis.

APONIA·FESt
T·APONI
CN·MARCIO

Descripsit Detlefsen a. 1861.

12165 *base di alabastro cotognino* LIG.; BFDR alta ped. 1⅜ TORR. In vinea Cardinalis Carpensis, vel similiter LIG. TORR. KNIBB. — S. I. MAN.

DIS · MANIB
APONIAE · HELPIDI
V·A·XXVI·M·VI·D·XI
Q·APPVLEIVS·PROCI
CONIVGI·SANCTISSI

Ligorius Neap I. 39; Manutius Vatic. 5253 f. 358'; Torrentius Brux. f. 3 missam a Nicolao Florentio; Knibbius Berol. p. 32 (inde Grut. 756, 6).

1 litteram extantem habet Knibb., apicem Lig. — 3. 5 litteras extantes Torr. — 4 PROCLI Lig., PROCLVS Knibb. — 5 SANCTISSIMA Torr., SANCTISSIMAE Knibb.

12166 Romae in hortis Matthaeiorum OVD. PTOL. AEG.

APONIA | L·APONIVS
L·L *corona* L·L
HORME | ANTHVS

Gudius ms. 557, 4, ed. 352, 11; Ptolemaeus sched. 2, 21 (inde Mur. 1571, 12); Seguier Paris. f. 68.

12167 tabula. *In S. Nicola della pigna.*

APONIA F L·LANTHANVSA
CONIVNX CALLISTENIS·TI·
CLAVDI CAESARIS AVG·

Brunelleschi f. 77.

12168 tabella columbarii in villa Pamfilia in sepulcreto.

APPONIA
PAMPHILA

Descripsi ego, contulit Bormann.

12169 tabella columbarii. Romae BRIN. Apud Marquardum Gudium LVGD. Nunc in museo Brunsvicensi.

APONIA·T·L
SALVIA

Descripsit Bormann a. 1870 et 1880. Reinesius 17, 162 'Gudius communicavit'; codex Lugd. Burm. Q 6 f. 18; *Neues vaterländisches Archiv fortgesetzt von Spangenberg* I (1826) p. 358 n. 13.

12170 in hortis Campanae prope Lateranum.

APONIAE·L·F·TERTVLLae
TI·IVLIVS·TELESPHORVS
ET·L·CAECILIVS·SPHEX
CONIVGI·CARISSIMAE

Descripsit de Rossi.

12171 reperta in coemeterio S. Hippolyti via Tiburtina SETT. Nunc in porticu ecclesiae S. Marci.

D I S M
APOSCLENO·LVCILLIANO·
CONIVGI·BENE·MERENTI·
QVI·VIXIT·ANIS·II·M·IIII·
D·X·OR·II·IVSTA·CONIVX·
ET·ISTARCORIVS·FILIVS·
DIGNO · FECERVNT

Contulit Gatti. Settele in actis acad. arch. Romanae vol. V (1835) ad p. 200 aeri incisam.

In aversa est titulus infra edendus *d. m. Aur. Polens commentarensis*; cf. ephem. epigr. vol. IV n. 947.

12172 *in casa del C. Albano maestro, S. Luigi de' Francesi* MAN.; apud Octavium Corsinium ex adverso aedis S. Ludovici Francorum DON.

D · M
P·APPAEDI FELICIS
QVI VIXIT ANNIS
III · MENSIBVS IIII
DIE · I · IVLIA · SIMILIS
ET EVTYCHVS PAREN
TES

Manutius Vatic. 5237 f. 113'; Donius 10, 32 (inde Mur. 1133, 5) descriptam ab amanuensi.

6 EVTYCHES Man.

12173 in coenobio S. Pauli via Ostiensi ONNES et adhuc.

D · M
Q·APPAEDIO · FELICI · ET
Q·APPAEDIO·TORQVATIANO
APPAEDIVS · TORQVATVS ·
PATER · FECIT ·
FILIS·DVLCISSIMIS·ET·SIBI·
ET · SVIS

D · M
CLODIAE · VRSILLAE
P·CLODIVS·CHRYSEROS
COIVGI · KARISSIMAE
SIBI·POSTERISQVE·SVIS
FECIT

Contulit Nissen. Symbolae Florentinae t. V n. 22 (inde Donati 352, 1); Marini Vat. 9120 f. 198; Nicolai *basilica di S. Paolo* 117, 115.

12174 reperta prope *Tor Sapienza*, est apud Vescovalium.

D M
APPAEDIAE
P·F CRESCENTIANE
QVAE · VIX · ANN
VI·MENS·X·D·XVII
T · TERENTIVS
CRESCENS AVVS
FEC

Amati Vat. 9734 f. 93.

12175 in urna sepulcrali apud Breydelium Romae a. 1625, qui emerat mittendam in Belgium Wouwerio OVD., si recte ea indicatio ad hunc titulum refertur; apud Alexandrum Rondoninum DON.

DIS · MANIBVS
APPEDIAE · P · F · PRISCILLE
VIXIT·ANNIS·XXIIII·ME·SEX

Rycquius apud Gudium ms. 62, 2, ed. 315, 2; Donius cod. Maruc. A, 293 p. 222.

2 APPEDINE Rycq., APPEDI . . . . DIS. P·F·PRISCILLE Don. — 3 litteram extantem notat Rycq. — ANIS id.

12176 cippus marmoreus. Olim in via Appia vidi EGO, nunc extat in museo Kircheriano amplificato.

D · M
Q APPAEO·EVTA
OPO·APPAEA·PAN
NYCIS · CONIV
GI·BENE·MEREN
TI·FECIT·ET SIBI

Descripsi ego, contulit Mau.

12177 in domo Ludovici Belli SAB. — Ad S. Basilium in aedibus Laurentii Particappe MAZ. f. 50. — Apud Orsinium Iustinianum sive in aedibus Podocathariorum ad cloacam S. Luciae CAST.

D · M
M·APPAEO
MAXIMO
VIX · AN · VI·
M · III
D · XX·
H · IIII
VINICIA · HELPIS
VIX·ANN·IIII·M·II
D · III
VINICIA · PRIMI
GENIA · MATER
FILIIS · SVIS

P. Sabinus Marc. f. 146, Ottob. f. 39 et Mazochius f. 50, non vidit emendator, nescio unde. Pendent e Sabino Mazochius f. 54 (inde Manutius orth. 47, I, non vidit auctor emendationum, ex quo Ligorius Taur. vol. 3 s. v. Appaeo, Panvinius Vatic. 6036 f. 62', Grut. 669, 9); e Mazochio f. 50 Grut. 695, 1 correctam ex arbitrio. Habent vv. 2—7 Castalio de ant. puer. praen. p. 7 (inde Grut. 902, 1), vv. 11—13 Valerianus in Aen. I ed. Paris. p. 66.

Versus priores divisi ad ex. Castalionis, reliquorum div. incerta. 1 DIS·MANIBVS Maz. 50. — 2 MAPPEO id. — 4 VIXIT id. — AN om. Sab. (Ott.) Maz. 54. (A corr. Manut.), ANNIS Maz. 50, A Cast. — 5 MENS·III Maz. Cast. — 6 DIE Maz. 50. — 8—10 om. id. 54. — 9 V·A· Sab. (Ott.), VIXIT·ANN Maz. 50. — MENS id. — 10 DIES id. — 11 VICINIA Sab. (Marc.) Maz. 54. — 11. 12 PRIGENIA Maz. 54 (corr. Manut.) — 13 FILIS Maz.

12178 tabula marmorea litteris parum bonis. Roma Florentiam avecta a Carolo Strozzio BOVCH.; *nella mia villa di Montughi* STROZZA; in eadem villa nunc Casamorata adhuc.

D · M
APPEAE · PEOFVTVEAE
CONIVGI INCOMPA
RABILI ET · PHEEIM QV
AE VIXIT MECVM ANNO
S · II · M · XI · D XIII · TVLIT AV
TEM EECVM ANNOE
XXXV D XIII · ITEM RESTV
· TAE FILIAE EIVS QVAE PET
E CAVSA CVM
NERETVR IT
VII M

Descripsi. Strozza cod. Florent. f. 70' n. 208 (inde Gudius ms. 854, 1, ed. 264, 6) et apud Bouchardum cod. Barb. 30, 182 f. 123 (inde Fabretti 325, 454 'e schedis Barberinis'); Gori I. E. 1, 387, 143.

11 LVEBETVR · ET Strozza reliquis omissis.

12179 reperta, ut videtur, in principio viae Appiae et Latinae antiquarum, a. 1731—1733 apud Ficoronium.

P. APPALENIVS Q · L
LYSIMACHVS

A Ficoronio missam Gorii cod. Marucell. A, 6 f. 483 et Mur. 1616, 33.

1 CAPPALENIVS Maruc., COPPOLENIVS Mur.

12180 apud Martinum Milesium DON. (Barb.), idem intellegendum apud DON. (Vat.).

APPHIS
LEONIDV · F
EIBI · ET · SVIS
POSTERISQVE EORVM

FACET · VRBICE · PATER · S
QVE · FECIT CVM MARito

Donius Vat. 7113 f. 35' manu ipsius, Barb. p. 98 descriptam ab amanuense.

1 ALPHIS Barb. — 2 LEGNIDV Vat. — 5. 6. om. Barb.

[5. 6 postea adiecti videntur et sic fere fuisse: *tacet Urbice Paterculi* cet. TH. M.]

12181 in hortis Angeli Colotii.

D · M
APPIO APOL
LINARI · FILIO
PARENTES PI
ISSIMI FE
CERVNT

Cittadinius Vat. 5253 f. 294.

12182 effossa ab Aloisio Arduinio ad viam Appiam vel Latinam intra lapidem ab urbe primum, est in museo Laterano in repositis.

D · M ·
P · APPI · PEEENNIS
EECEPVNT
APPIA · NICIAE
VXOR · ET
APPIA · CASTA · FILIA
PATRI · OPTIMO
ET · BENEMERENTI

Descripsimus ego et de Rossi.

Cf. n. 12184. 12188.

12183 effossa in agro Romano a. 1740, Volaterris in museo Guarnaccio, ubi frustra quaesivit Kiessling.

OSSA
APPIAE · SEX · L
CALETYCHINIS

Gori I. E. 3, 256, 327 missam a Guarnaccio.

12184 effossa ab Aloisio Arduinio ad viam Appiam vel Latinam intra lapidem ab urbe primum, est in museo Laterano in repositis.

D · M · APPIAE
FELICVLAE · V · A · XXX
ET · P · APPIO AGATEMER ·
P · APPIVS MNESTER
PARENTIBVS
SVIS · B · M · F · C ·

Descripsimus ego et de Rossi.

Cf. n. 12182.

12185 apud Ficoronium REG.; ex hereditate Gualterii a me iam vendita emi mense Augusto 1738 FIC. — In museo Capitolino GVARCO et adhuc.

D · M
APPIAE · FORTVNATE
C · CALPVRNIVS
HERMES
COIVGI BVAE
FECIT

Descripsi. Ficoronius misit Gorio Marucell. A, 6 f. 505 n. 51 et per Ronaginium Muratorio ms. 18, 224, ed. 1300, 7; Seguier Paris. f. 260; Guasco M. C. 462.

12186 tabella marmoris rubri. In pavimento porticus meridionalis coenobii S. Laurentii extra muros VAL., similiter MONS. MAR. Nunc Pisauri in hortis Iuliis

D · M
APPIA GERMANA
FECIT SIBI ET SVIS
LIBERTIS LIBERTA
VS POSTERISQVe
EORVM
Q · FABIVS EVTYCHVS FECit
SIBI ET SVIS LIBERTIS LIBertis
TABVSQVE POSTERISQue
EORVM

Descripsit Bormann a. 1873. Franc. Valesius *chiese e memorie sepolcrali* ms. tabular. Capitol. *cred.* XIV t. 40 f. 185; schedae Mousacrati in bibl. S. Petri in Vinculis; Marini Vat. 9122 f. 21. Priores integriorem non viderunt

12187 tabula marmorea. *Presso il tabaccaro a piazza Barberini* FORC. — Nunc in aedibus Castellaniis in vestibulo.

D · M · N
APPIA HER
MIONE · AP · PI
AE · IRIADI · FILI
AE · BENEMERE
NTI · VIXIT · A XV
III MENSES X · DIES
VI

Descripserunt Forcella et Bormann.

12188 effossa ab Aloisio Arduinio ad viam Appiam vel Latinam intra lapidem ab urbe primum, est in museo Laterano in repositis.

D · M · APPIAE ·
TYCENI · V · AN · XLV
P · APPIVS · IBIDORVS
CONLIBERTAE · B · M ·
D · S · P ·
P · APPIVS · ISIDORVS · V · A · LX

Descripsimus ego et de Rossi.

Cf. n. 12180.

12189 reperta prope *Tor Sapienza* a. 1861 ACTA. Est in museo Laterano in repositis.

L · APPVLEIVs
vIXIT
PEPLVS · E
COMINI
BENEMerenti fecit

Descripsit Hermann. Est etiam in actis curatoris operum publicorum et commercii, qui sub pontificibus fuit.

12190 tabella marmorea. Reperta in vinea Amendola NELCH. Nunc in museo Laterano in repositis

Q · APPVLEIVS
APPVLEIA · C

Descripsit Detlefsen a. 1861. Melchiorri ms.

2 ex. C servavit Melch.

12191 Florentiae *nella mia villa di Montughi* STROZZA. In eadem villa GORI et adhuc.

SEX · APPVLEIVS
ANDRONICVS

Descripsi. Strozza cod. Florent. f. 69' n. 111 (inde Gudius ms. 851, 12, ed. 315, 3); Gori I. E. 1, 361, 90 (inde Mur. 1780, 3).

12192 cippus repertus in fundo *alla Cecchina* via Nomentana prope S. Basilium AM. BIONDI. — Apud Andreoliam lapicidam PELL. — Nunc in aedibus Maximorum.

DIS · MAN
M·APPVLEI
urceus M · L · *patera*
ANICETI

T · P · I

Descripsit Dessau, dedit etiam Pellegrini. Amati Vat. 9766 f. 16'; Al. Biondi sched.

5 est *t(estamento) p(oni) i(ussit)*.

12193 tabula marmorea litteris satis antiquis. In domo Domitii Cavallerii MAR. *Via Rua 143, casa de Molthibus* BORM. Iam in scalis aedium Conservatorum ex dono curatorum nosocomii *della SS. Trinità dei convalescenti e pellegrini*.

A·APPVLEIVS·A·L·
BITVS·SIBI·ET·SVIS·
BABIDIA Ɔ·L MVSA·
APPVLEIA A L VENVSTA
A APPVLEIVS A·L
THIASVS·

Descripsit Bormann, contulit Dressel. Manutius orth. 49, 1 (inde Ligorius Taur. 3 s. v. Appuleia, et Grut. 961, 1); Lanciani *bull. arch. com.* 1880 p. 31 n. 203.

4 litteram A in litura repositam esse, item L sequens in angustum spatium quod remanebat inter A et V postea insertam esse notat Dressel.

12194 tabula marmorea. In vinea Sebastiani Lazzarini iuris consulti extra portam Ostiensem GIN.; in vinea Fiorelli extra portam Ostiensem vidi EGO. Iam translata in vineam alteram domini eiusdem, quae sita est extra portam S. Ioannis.

D M
protome D · APVLEIVS · CARPVS *protome*
muliebris VIVVS·FECIT·SIBI·ET APVLE *viri*
IAE·EVPINAE·CONIVGI
INCOMPARABILI · LIBERISQ
VE·SVIS·LIBERTIS·LIBERTABVS
QVE·POSTERISQVE·EORVM

Descripsi. Ginanni misit Muratorio ms. 21, 231, ed. 1301, 3.

12195 tabula marmorea. Senogalliae in aedibus Baviera OVARN. et adhuc.

SEX·APPV
LEIVS·SEX
L·CICERO

Descripsimus ego, Mommsen, Bormann. Gaarnieri sched. Senog. f. 6 n. 10, qui descripsit a. 1783.

12196 urnula. *Nella vigna del sig. Cristofano Ubaldini* PTOL. — S. l. FEA. — Fumone prope Ferentinum in hortis Longhi MARCHI.

ME *moriae*
M · AP*uleio*
DORI
CONIVGI OPTVM*o*
APPVLEIA·SEVERA
VXOR
FECIT·ET·SIBI
POSTERISQVE
SVIS

Ptolemaeus sched. 2, 533 (inde Mur. 1300, 9); Fea sched. p. 303 manu ignota vv. div. non servata; schedae P. Io. Petri Secchi servatae in bibl. Vittorio-Emanuele Romae.

Versus quattuor priores ita dant Fea et Secchi: MERCVRIO | M APVLEIO | DORI | CONIVGI OPTVMO, sicut in lapide expleti videntur.

12197 tabella columbarii. *A. Borgiani* WINGH. — In domo quadam iuxta vicum coronariorum DON. (Barb.) — Florentiae *nello studio del sig. Riccardo Riccardi* STEPH., similiter DON. (Marucell.) SPON. GORI RICC. OS.; in cavaedio aedium Riccardianarum adhuc extat. — S. l. LANG. MALV.

Q·L·APPVLEI
SVPORI

Descripsit Kiessling, contulit Bormann. Winghius Brux. 2 f. 45c'; Donius Barberin. p. 243 descriptam ab ipso, cod. Marucell. A, 293 (Gorii) f. 185 manu ipsius; Stephanonius Leid. p 148, 4 (inde Gudius ms. 702, 5, ed. 315, 4); Langermann cod. Hamburg p. 31; Malvasia p. 378 (inde Mur. 1782, 35) 'ex schedis Vaticanis' nescio quibus; Gori I. E. 1, 91, 25 (inde Mur. 1780, 2); *Marmi Riccardiani difesi* p. 296 n. 25; Osann syll. 499, 33.

12198 tabula marmorea in museo Kircheriano amplificato.

L·APPVLEIVS L·ET Ɔ·L·FAVSTVS
VS | PVPICIA · Q · L · LYCHNIS
VS | VALERIA Ɔ · L · AMOENA
MARCIA · M · F · SECVNDA
RVS | CN · VTILIVS · CN · L · EROS *sic*
EPAPHRA *sic*

Descripsi ego, contulit Mau.

12199 tabula marmorea in vinea Bernardi Olivetii extra portam Capenam nuper inventa AM. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* suppl. fratr.) — S. l. VISC.

D · APVLEIVS ·
GLAPHYRVS ·
APVLEIAE·IRENE
FILIAE · DVLCIS
SIMAE · QVAE
VIXIT · ANN · III ·
MENS · III · DIE
BVS · XVIII ·
FECIT

Descripsi. Amaduzzi anecd. litt. vol. II p. 470 n. 22 qui vidit; Visconti cod. Paris. Lat. 9697 f. 111.

12200 tabella columbarii. *Presso il tabaccaro in piazza Barberini* FORC. Nunc in aedibus Castellaniis in vestibulo.

L·APPVLEIVS·L·L
HILARVS

Descripserunt Forcella et Bormann.

12201 in lapide caeruleo GVD. Romae in hortis Matthaeiorum GVD. PTOL.

SEX·APPVLEIVS
SER·L·HILARVS

Gudius ms. 546, 4, ed. 315, 5; Ptolemaeus sched 2, 21 (inde Mur. 1635, 9).

12202 apud Angelum Colotium SMET.; in pariete domus Colotii MET. PING., similiter PAR. — In horto Bartholomaei et Iulii Caesaris Sabuntianorum trans Tiberim e regione puppis insulae Tiberinae.

D · M
D · APVLEIVS · IONICVS
FECIT · EVTYCHIAE
SORORI·SVAE·ET·EVTYCHETI
FILIO · EIVS · IN · HAC · CVPA
MATER·ET·FILIVS·POSITI·SVNT

Metellus Vatic. 6039 f. 258' 'exscripsit Petrus Varondellus Sequanus 1547'; Pingonius Taur. f. 22'; Smetius 118, 6 (inde Grut. 845, 1; ex hoc Orelli 4550) qui vidit; cod. Paris. Lat. 5825 F (app. ad Marcanovam) f. 3; Donius Vatic. 7113 f. 110, ed. 10, 26 (inde Mur. 1435, 10).

Litteras extantes dedi secundum Smetium. 1 om. Ping. Paris. Don. — 2 APPVLEIVS Paris. Don. (Vatic.) — IONILCVS Metell. — 3 EVTYCHIA Don. (Vatic.) — 4 EVTICHI idem (Vatic.), EVTYCHIO id. (ed.). — 6 SVNT Met. Smet., SVNT ceteri.

5 *cupa* pro sepulcro dictum est etiam in titulo Fabretti 26, 115: *locum emit, messam calcavit, cupam aedificavit*, item in titulo infra edendo Mar. 1580, 5: *Diaconis Chresto conservo merenti cupam fecit; cupula* in titulis Africanis (cf. vol. VIII p. 1122) non raro invenitur; sed utroque vocabulo quod genus sepulcri significetur, incertum est.

12203 in domo Christophori de Bubalu SAB. (Ott.); prope S. Mariam in via ID. (Chis.)

C·APPVLEIVS·C·ET·Ɔ·L
IVCVNDVS
V · A · XVIII

P. Sabinus Ottob. f. 100', Chis. f. 97'.

Vv. divisio incerta.

12204 in aedibus card. Caesii.

L·APPVLEIVS·L·L
MAHES

Lipsius ms. f. 49, auct 53, 11 (inde Grut. 961, 2).

12205 tabula columbarii. Bononiae in typographia fratrum Praedicatorum GHER. SEG.; in aedibus Marsiliis GVARN. — Nunc in museo publico.

L · APPVLEIVS
MENA · SIBI · ET
EAPILIAE · TARENTINAE
CONIVGI · BENE
MERENTI

Descripsit Zangemeister, contulit Bormann. Seguier Paris. f. 317; Gherardius misit Muratorio ms. 21, 231, ed. 1300, 11; Guarnieri sched. Bon. f. 35 n. 90.

12206 tabula parva S. l., praecedit accanto a *S. Sebastiano* STOSCH.; *a Capo di bove* BALD. — A. 1731—1733 apud Ficoroninm FIC. — Nunc Londinii in museo Britannico.

D · M
C · APPVLEIO · METRO
BIO VIXIT
ANN · XVII · M · II
APPVLEIA · HELICO
NIS · FILIO · FAKISS · F

Descripsit Huebner. Gori cod. Marucell. A, 6 ex schedis Stoschianis; Baldanius apud Gorium cod. Marucell. A, 77 et apud Marinium Vat. 9126 f. 308; a Ficoronio missam cod. Marucell. A, 6 f. 483 Gorii.

12207 tabula marmorea in museo Capitolino inter lapides Sartianos.

APVLEIVS ONESIMus
COIVGI INCONPARABili
ET TETTIENA SEVERA
sic PARENTI PIENTISSIMi
F C S

Descripsit Bormann.

12208 lapis Tiburtinus in via Appia.

Q · APPVLEIVS
A PAMPHILVS

Descripsi.

12209 in museo Vaticano (*Gall. lap.* patron. 1). — S. l. VISC.

C · APPVLEIVS · ANNIA
C · L Ɔ L
PHILOTIMVS OTA

Descripsi. Visconti sched. Paris. 7 f. 252.

12210 tabula marmorea. A. 1829 illata in horrea musei Vaticani, nunc in museo Laterano in repositis.

in adversa:

P · APPV
LEIVS
PRIMVS

in aversa:

D · M
T · MALIVS · AFRO
DISIVS · ET · MALIA
CRYSA · PATRONAE
BENEMERENTI
· FECERVNT

Descripsit Detlefsen a. 1861.

12211 in aedibus cardinalis Crescentii REIN. — S. l. SIRM. FABR. — Oxonii PRID. MAITT. CH. et adhuc.

Q · APPVLEIVS · Q · L · SALVIVS ·
VIGELIA · M L ARESCVSA ·
Q · APPVLEIVS · Q · L · NICO
M · VIGELIVS · M · L · SEBVIVS PATRONVS ·
ARESCVSAES *sic*

Contulit Huebner. Exhibent Sirmondus Paris. suppl. Lat. 1419, 274 (inde Reinesius 18, 3); Fabretti 477, 151 'e schedis Barberinis' nescio quibus; Prideaux marm. Oxon. p. 91 n. 21; Maittaire marm. Arundel. p. 39 n. 86; Chandler marm. Oxon. n. 28.

12212 s. l. GHEZZI. Nunc Londinii in museo Britannico.

D M
SEX · APPVLEI
SALVTARIS
PIENTISSIMI
VIX · AN · IIII
MENS · III · D · XI
IN AG · P · IIII · IN FR · P
VII

Descripsit Huebner. Ghezzi sched. Angelic. p. 10. 1 in. 2 in. paullo pleniores vidit Ghezzi. Idem supra titulum appingit protomen pueri.

12213 tabula lapidis Tiburtini in vinea Nina prope mausoleum Helenae.

P · APPVLEIVS
F · L · SODALA
LICINIA · L · L
IVCVNDA
IN · FR · P XXV
IN · AGR · P XXV

Descripserunt Mommsen et Bruzza. 1 APVLEIVS Bruzza.

12214 lapis Tiburtinus in vinea Patrizi, olim Moroni via Appia

HAVE
APPVLEIAES Q · L
ARBVSCVLAES ·
OSSA · HIC · SITA
SVNT ANNOS ·
VIXSIT · XX · VITA
VALE

Descripsit C. L. Visconti.

12215 comparata a Ficoronio a. 1736 MARVC.; apud Ficoronium MAFF. — In museo Capitolino GVASCO et adhuc. — Exemplum novicium extat Catanae apud Benedictinos.

APVLEIA · SEX · F ·
ARCHAELAIS · VIXIT *sic*
ANNIS · XVI · MENSES · VII
DIES · XVIII · FECIT · PATER
FILIAE · CARISSIMAE

Descripsi. A Ficoronio missam Gorii cod. Maruc. A, 6 f. 466'; Maffei M. V. 296, 11; Guasco M. C. 621. Exemplum novicium descripsit Mommsen, habet Scammacca apud Gorium cod. Marucell. A, 77 f. 1 et f. 142 et f. 146; est ita conceptum: APVLEIA SEV F AECHAELAIVS VIXIT ANIS XVI MENSE | VG DIE XVIII FECIT FATER | FILIAE CARISSIMAE. Cf. vol. X n. 1089*, 39.

12216 originis urbanae, extat Londinii in museo Britannico.

APVLEIA · SVEESIS
VXIT ANNIS XXXIII M
VIIII DIES · XII M · APVLEIVS
VALERIVS · MATRI BENEM
REI FECIT *sic*

Descripsit Huebner.

12217 in domo quondam Francisci Porcari IVCVND. (Veron. f. 89, Magl. f. 25') MANVT. (Vatic.) CHIS., similiter GAMM. SMENO. MS. AD MAZ. ACCVRS. KNIBB., quibus Iulius P. nominatur; item PTOL. Errore igitur in domo d. Laurentii de Lellis intra studium posuit IVCVND. Veron. f. 10, Magl. f. 34; item in domo Ioannis Ciampolini SAB. — *Di sotto una pergola in via Cassia* finxit LIGOR. — Romae MVR.

D · M
APVLEIAE · FELICLAE
FEC · T · FLAVIVS
TROPHIMAS · CON
IVGI · B · M ET · APVLEIAE
FORTVNAE · MATRI
EIVS · ET · SIBI · ET · SVIS

Iucundus Veron. f. 10, Magl. f. 34 (inde Mazochius f. 62, corrigitur in emendationibus, et Apianus 285, 2) et Veron. f. 89, Magl. f. 25'; P. Sabinus Marc. f. 178'; Gammarus f. 177; Accursius ad Apianum bibl. Ambrosianae; Manutius Vatic. 5253 f. 369'; orthogr. 50 (inde Ligorius Taur. vol. 3 s. v. Appuleia); anonymus Hispanus Chisianus f. 154; Knibbius Berol. p. 46; Ptolemaeus sched. 2, 251; Mur. 1301, 2 a Ciampinio. E Maz. et Knibbianis Grut. 756, 10.

Vv. divis. servarunt Manut. (Vatic.) Chis. Knibb. Ptol. — 2 FELICIAE Man. (orth.) Chis. Ptol. — 3 FECIT Iuc. Veron. f. 10, Magl. f. 34, Chis. om. Man. (orth.) — T om. Chis. — 4 TROPHIMVS Accurs. Grut. — 5 BENE · M Mur. — APVLEIA Iuc. Veron. f. 89, Magl. f. 25' Gamm. Mur. — Litteras, quae sunt AE, contignatas soli exhibent Man. (Vatic.) et Ptol. — 6 FORTVNATA Mur. — 7 EIVS om. Man. (Vatic.) — Non curavi ea, quae Sab. breviata proposuit.

12218 effossa et servata Romae in coenobio S. Alexii.

APPVLEIA
FELICLA
VIX·AN·IIII

Revillas sched. *a* p. 27, qui vidit.

12219 cippus marmoreus. Ex Italia allatus a Gustavo III rege a. 1784, Holmiae in museo publico SCHROED.; repertus extra portam Maiorem addit FÖRT., nescio quo auctore.

D · M
APPVLEIAE
POSTVMA
TAS · FECER·
APPVLEIVS · EVTY
CHVS·ET·APPVLEIA
HELPIS·PATRONAE
BENE · MERENTI

Contulit Wattenbach. I. H. Schroeder inscr. Lat. musei Holmiensis (Upsalae 1836) p. 14 n. 13; *Förteckning öfver Skulpturarbeten* cet. *i National-Museum* (Holmiae 1874) n. 283.

12220 tabula marmorea. Effossa mense Ianuario 1732 prope portam Appiam PROC. COM.; rep. in principio viarum Appiae et Latinae antiquarum, a. 1731—1733 apud Ficoroninm FIC. — Londinii in museo Britannico, olim apud Towneleium ELL. DESCR. et adhuc.

DIS · MANIB
APVLEIA·HELPIS·FECIT
APVLEIAE·TYCHENI·F·SVAE
BENE · MERENT · QVAE
VIXIT · ANNIS · XXXVII·

Contulit Huebner. Gorio misit Procaccellius Neapolitanus cod. Marucell. A, 77 f. 29'; Como misit 14 Oct. 1732 Muratorio ms. 18, 224, ed. 1133, 8; Ficoronius misit Gorio cod. Maruc. A, 6 f. 482'; Ellis *Towneley gallery* 2, 257; *Description of the ancient marbles of the British museum* tom. V p. 40 et tab. 12, 1.
2 om. Fic.

12221 s. l. CIACC. DON. (Barb.) — Apud Perrandam WINGH.; in Ferandae vinea, praecedit apud DON. (Vat. Bouch.)

APPVLEIA·L·ET·Ↄ·L
HORMA

Winghius Brux. 2 f. 45n — Ciacconius Raff. f. 140; Donius Vatic. 7113 f. 50' manu Donii aut amanuensis, Barberin. f. 235; item apud Bouchardum cod. Barberin. 30, 182 f. 51.
1 APVLEIA Don. (Barb.).

12222 *verso porta S. Sebastiano in un' antico sepolcro* (cf. supra n. 10483).

APVLEIA·C·L·
POTITA

Gori ex schedis autographis Stoschii cod. Marucell. A, 6 f. 176.

12223 urnula cineraria litteris evanidis, in S Clementis basilica subterranea.

D·M·MEMORiae
APPVLEIAE · PRISCAE
MATris A · APVLEIVS
ALEXANDER·FILI

Descripsit de Rossi.

12224 trans Tiberim in domo quadam parochiae S. Chrysogoni DON.; retro S. Chrysogonum FABR.

D · M
APRAE · CON
IVGI · SANC
TISSIMAE
B·M·PVDEN
TIANVS·CON
IVX · F

Donius Barb. p. 144 descriptam ab amanuense; Fabretti 314, 384.
7 ex. F om. Don.

12225 tabella marmorea in villa Pamfilia in sepulcreto.

D M
APRICIO · Q.ni
VIX · ANNIS · .
MES XI·DIES II.
DAMAS · ET
COMMVNIS
FILIO
DVLCISSIMO
FECERVNT

Descripsi.

12226 in villa Corsina.

D M
C·APRICIVS · ACHIL
LAEVS·FECIT·RHOTE
IO · ALVMNO · SVO
BENEMERENTI

Fabretti 350, 28.

12227 origine urbana, Camerini apud comitem Palotta.

D · M
APRICIAE
VIX·ANN·XXI
FORTVNATA MA
TER PIENTISSIMA

Rocchius descripsit ex ectypo misso a Bertio Camerinensi.
Ectypum parum bene factum fuisse, ita ut in v. 5 lectio parum certa sit, item v. 3 pro XXI fortasse legendum sit XXIIII, adnotat Rocchius.

12228 apud Franciscum Ficoronium BIANCH. — Venetiis apud Honorium Arigonium BOCCHI. — Leguari in museo Naniano PASS. Nunc periit aut latet.

D · M
APRIONIS·
EPICTESIS·
CONIVGI ·
B·M·F·

Bianchini sched. Veron. 417, qui vidit d. 30 Ian. 1727, duobus exemplis; Bocchius misit Muratorio ms. 18, 224, ed. 1301, 1; Passeri mus. Nan. 4, 28.
Pro punctis ubique folia hederacea ponit Bocch. — 2 APSICONIS Bianch. *a*. — 3 EPICTISIS Bianch. *b*. — 5 ex. F om. Bianch. *b*.

12229 Cusercoli in aedibus del Bagno.

d .M·
APSION
FILIO
PATER FEC

Contulit Bormann descriptam a Rocchio.

12230 collocata a. 1855 in museo Vaticano (*Gall. lap.* omne genus IV).

D m
M · A · CVs
APRIONIS · et
FLA·EVTAXIAE
FLA · ROME · F
par ENTIBVS
bene MERENTIBVS
fECerunt

Descripsit de Rossi.
2 supplendum videtur *M. Acus*[*ani*]; cf. supra n. 10556.

12231 tabula marmorea. Apud Fr. Ficoronium BIANCH. — Nunc in castello Lowther Castle prope Penrith (Westmoreland). — S. I. DORV.

L·APRONIVS
Ↄ·L·
EVCHRESTVS

Descripsit Mutz. Bianchini sched. Veron. 417, qui vidit d. 30 Iunii 1727; d'Orville Sicula t. II p. 590 n. 35.

12232 reperta a. 1721 in coemeterio christiano extra portam Salariam in vinea canonicorum S. Antonii Viennensis sito.

in adversa:

D *M*
L·APRONIVS·FELIX
ET·CLAVDIA·APFIAE *sic*
SIBI·ET·SVIS

in aversa:

FILIE BENE A ω MERETI E
SECVNDA IN PACE
QVE VICSIT ANN V·M·II·D·VII

Lupi S. Severa 111 descriptam a Marangonio, item *dissertazioni* (Faventiae 1785) 1, 190.

a, 1 litteras D·M scalpro abrasas esse notat Lupi. — *b*, 1 A·ω om. *diss.* — MERENTIE id. — 3 M·VI id.

12233 tabula marmorea in aedibus Merolli.

D M
APRONI · HORTESI
FIRMI·
QVI·VIX·ANN XIII
MENE · IIII ·
DIEB · XXIII ·

Descripsit Gatti, contuli ipse.

12234 in eadem vicinia (i. e. prope domum Trinpanum in Trivio) in domo Angeli Bubali, ubi est statua Herculis et multorum deorum in ciclo SAB.

D · M
M · APRONIO · MVSONIO
APRONIA · TRYPHAENA
MONVMENTVM·FECIT·CONIVGI
B·M·CVM QVO·VIX·ANN·XXXX
ET·SIBI·ET·E·L·L·P·Q·E

Servavit P. Sabinus Marc. f. 123', Ottob. f. 86; inde Iucundus rec. 3 Ciogn. f 135' (unde Piccart 200, ex quo neglegenter Reinesius 14, 25).

Vv. div. incerta. 1 D·MAN· Sab. (Ott.).

12235 in aedibus de Vallaeis in collo vasis AMBR. — *Presso uno scarpellino tra S. Luigi e la Rotonda* MAN.

C·APRONIVS
VENVSTVS

Cod. Ambrosianus A, 55 inf. f. 32' (inde ex arbitrio correctam Mur. 1635, 12); Manutius Vatic. 5253 f. 371.

2 VINVSTVS Ambr.

12236 fragmentum lapidis Tibertini in aedibus Merolli.

s. APRONI · D·L · ZABINA
*cae*CILIA·A·A·L·TERTIA
*s*IBI · ET · SVIS
*li*BERTIS·ET·LIBERTABVS

Descripsit Gatti, contuli ipse.

1 propter spatium exiguum videtur explendum esse *Aproni*, non *Semproni*.

12237 reperta in vinea Moroni a. 1703/1704 VIGN. — Venetiis in aedibus Maniniania MAFF. GRIS. — Zarae in museo Danielii GVR. CVP.

D M
APRONIAE
ANTHVSAE
L·ATINIVS
EVTYCHVS
CONTVBERNALI
BENE MERENTI·FECIT
ET·SIBI·ET·Q·CAECILIO
PHILETO·ET·POSTERIS
QVE EVIS

Vignoli col. Anton. 234 (inde Mur. 1434, 10); Maffei M. V. 372, 2; Grisellini inter Gazzeriana bibl. Taur.; descripserunt Dalmatae Garat et Cupilli-Ferrari. Cf. vol. III n. 178*, *c*.

2 ATROMAE Vign., ANTONIAE corr. Mur. — 5 F·V·TYCHVS Gur. Cup. — 8 CECILIO, 9 PHILET Vign.

12238 tabula marmorea in aedibus Corsetti.

D · M · APRONI
A·EVO DIAE *sic*
O
MAT BI·EE
DVLCISSIME BENE
MERENTI

Descripsit Descemet, contulit Kiessling.

12239 in vinea Marii Bernardi via Latina, II m. p. ab urbe MARANG. — In aedibus Capponiis MAFF. MARINI. — Nunc in museo Capitolino.

D · M·
sic APPTAE ·VERNAE
KARISSIMAE · SVAE
RASINIA · RVSTICE
BENEMERENTI·FECIT
VIXIT · ANNIS · XVII
D · XXX·

Descripsi ego, contulit Dressel. Marangoni act. S. Victorini 155 (inde Mur. 2084, 6); Maffei M. V. 263, 6; Marini Vat. 9125 f. 279.

12240 Romae OD.; in museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall. lap.* incert. I).

APTHO*NVS*
VIXIT·ANN*OS*·*VIII*
DAPHNV*S*·*PATER*

Descripsi. Oderici sched. Gen. f. 4' descriptam a Luchinio; Marini Vat. 9123 f. 43 imminutam ut nunc est.

Quae servavit Oderici, dedi inclinatis.

12241 urna in museo Vaticano (*Pio-Clementino, Belvedere*).

M · APVSCEIVS
HERMES
VIXIT·AN·LXV
APVSCEIA·GLYCERA
FECIT·LIB

Descripsi.

12242 prope portam Arae Coeli versus Capitolium IVC., pro fulcro altaris Mariae Virginis, add. EMEND. MS. AD MAZ.

DIS · MAN
M·APVSCEI·HERMES
ET·LVCRETIAE·EIVS
EX TESTAMENTO
T·ATTIVS·PLHEGON *sic*
R·IVNIVS·CHRESTVS
VELLEIA · THALASSA

Iucundus Veron. f. 145, Magl. f. 73 (inde Mazochius f. 22, corrigitur in emendationibus editis et manu scriptis; ex eo Grut. 858, 3).

Vv. div. incerta. 2 intellegendum videtur esse HERMETIS, sed in lapide non fuisse testatur emendator ad Maz. — 4 TEXTAMENTO Maz. neque correxit emendator, neglegentia puto. — 5 T· om. Iuc. — PLHEGON Maz. et em., PLHEION Iuc.; lege PHLEGON.

12243 tabula marmorea, effossa ab Aloisio Ardminio in vinea Maneoti a. 1852, nunc in museo Laterano in repositis.

APVSCEIA
Ɔ·L
GITIAS

Descripserunt de Rossi et a. 1861 Detlefsen.

3 CITIAS Rossi.

12244 tabella columbarii. In museo Capitolino GVASCO et adhuc. Exemplum novicium extat Catanae in museo Biscari, ubi vidit et damnavit MOMMSEN.

APVSIA
M·L
HILARA

Descripsi. Exemplum genuinum habet Guasco M. C. 927; novicium Torremuzza inscr. Sic. X, 10 = 11 et Ferrara *storia di Catania* 417, 14. Cf. vol. X n. 1089*, 40.

1 APVSIAE ex. nov.

12245 Romae, in villa de Naris via Salaria.

M · APVSTIVS
ₚ L·ASCLEPIADₐ
M· M·ı EROS
L·GEMINVS·Ɔ·L
FELIX
M · APVSTIVS
M · L · NIGER
M· ₘ L·BARNA
APVSTIA · M · L ·
ATALANTVS
IN · FR · P · XVI
IN · AG · P · XI

Marangoni acta S. Victorini 161 (inde Mur. 2090, 1).

2 D·L·ASCLEPIADI, — 3 M·MEROS, — 4 GEMINVS, — 8 M·L·BARNA traditur; restituit Mommsenus.

12246 tabula marmorea reperta in sepulcro ad viam Aureliam sito, extat in villa Pamfilia.

Θ · C · APVSTI · C · L · GAA
Θ · V APVSIA · A · L · IMATIONIS *sic*
C · APVSTI · C · L · NICEPHORI
C·APVSTI·C · L ERONIS
FABIA · Ɔ·L·ANTHVS
ET·LIBERTIS·ET·LIBERTABVS·SVIS

Descripsi ego, contulit a. 1868 Bormann.

12247 reperta in columbario in principio viarum Appiae et Latinae intra moenia Aureliana, a. 1731—1733 apud Ficoronium FIC. — Nunc Londinii in museo Britannico.

M · APVSTIVS
M > L >
PEPLVS·VIX·A·XL

Descripsit Huebner. A Ficoronio missam et cod. Marucell. A, 6 f. 482 Gorii et Mur. 1784, 24.

12248 Trebiae, in museo Romuli de Valentibus episcopi Conversani ac fratrum SAR., similiter AL.

A P V S T I A
APOLLINARIS·VIX
A M · X X X X V

Alighieri *antichità Trebiane* p. 137; Manutii liber Sabinensis in cod. Vatic. 6040 (Metelli) f. 37ʳ.

Vv. al. divisit Al. — 3 ANN·XL Al.

12249 cippus ex lapide Tiburtino, in vinea Desanctis prope *Tor Pignattara.*

APVSTIA
APOLLONIA
P·APVSTIVS
PHILARGVR
L·C A L P V
ENIVS · PHIL
EMO
L·C A L P V R N I
VS CERDON

Descripsit Forcella a. 1864.

12250 cippus marmoreus operis elegantissimi. In museo card. Albani MVR. — In museo Capitolino GVASCO et adhuc.

in margine superiore:

D · M

in ipso monumento:

T · APVSVLENVS · ALEXANDER
V·A·LXXIIX·T·APVSVLENVS·LVCRIO
urceus T·APVSVLENVS·IANVARIVS *patera*
T·APVSVLENVS·IVCVNDVS
APVSVLENA · METHE·FEC·PATR SVO
BENE·DE SE MERENTI

sub titulo femina sedens, dextra avem tenens, quam prius aliam capere studet, parte accedit iidem avem tenens cum cane, qui avem capiat

Descripsi. Mur. 1240, 11 missam a Bianchinio; Guasco M. C. 871.

12251 in S. Eustachii DON. (ed.) — Apud Franciscum Brachianensem marmorarium prope S. Andreae ad saepes MD. (Mur.).

T · APVSVLENO | · T · F · QVIR · CRESCENTI
ANNOR XIIII
T·APVSVLENVS | ·T·L·SELEVCVS·PATER·SIBI·ET
MVTIAE SEX | ·L · FAVSTAE · MATRET·
APVSVLENAE | ·T · F · FELICVLAE · SORORI

Donius ed. 10, 86 (inde Mur. 1133, 10) integram descriptam ab amanuense, cod. Maruc. A, 293 p. 222 solam partem priorem, quam linea distinxi.

1. 3. 5 APVSTVLEN- Don. ed.

12252 a. 1731—1733 apud Ficoronium FIC. Nunc Londinii in museo Britannico.

T · APVSVLENI · T · L · PHILOMV | si

Descripsit Huebner. A Ficoronio missam et cod. Marucell. A, 6 f. 483 Gorii et Mur. 1616, 36.

12253 tabula marmorea. In basilica Vaticana, olim in sacrario vetere CANC. Extat in adita sacrarii bas. Vaticanae parieti inserta.

· D · M · S ·
AQVILA · FELI
CISSIME CON
IVOI · SVS ·
BENE · MEREN
TISSIME · FECIT ·
QVAE·VIXIT·AN
NIS · XX · MENSI
ᵢ VS VI·DIEBVS·
VI · ORIS · XII ·

Descripsit Bormann. Cancellieri sylloge vet. monum. p. 1766 n. 12.

12254 tabula marmorea reperta et adservata in vinea *del Pinto* via Appia a dextra inter coemeterium S. Callisti et aedem S. Sebastiani sita.

D · M |
AQVILI(
NAE·FEC
MATER·VX *sic*

Descripsit Bormann a. 1868.

12255 tabula columbarii. Bononiae in instituto scientiarum BON. GHER. GVARN. Nunc ibidem in museo publico.

| L·AQVILLIVS L·AQVILLIVS
| L · ET · CHIAE·L· L·ET CHIAE L
| AEGIALVS EPAGATHVS
V · AN · XVII

Descripsit Zangemeister. Bonarrotius cod. Marucell. A, 43 f. 19ᵛ; Gherardius apud Muratorium ms. 21, 231, ed. 1572, 4; Guarnieri sched. a. 1776 f. 6 n. 45.

12256 tabella marmorea in aedibus Maximorum.

P · A Q V I L L I V S
P·L·ABRACTA

Descripsit Dessau.

12257 tabella columbarii in museo Capitolino GVASCO et adhuc.

L·AQVILLIVS
L·L·CHILO

Descripsi. Guasco M. C. 934.

12258 tabula marmorea. In hortis (Iuliani CIACC.) Cesarini WINGH. CIACC. — In hortis Matthaeiorum, aut similiter CETERI (olim in horto Iuliani Cesarini, addit DON.) exceptis MON. MATTH. ubi iam ponitur in museo Vaticano ibique adhuc (*Gall. lap.* incert. I).

HOC · ADPARATOSIVM
PERTINET · AD · MONIMENTV
Q · A Q V I L I · D I O N Y S I
E T · N O N I A E · M · F
F A V S T I N A E ·
IN·FRONTE·P·X·IN·AGRO·P·XVI

Descripsi. Winghius Brux. 2 f. 25ᵗ (inde vv. 3 priores Ciacconius Raff. f. 130ᵗ, ex eoque Donius Vatic. 7113 f. 32 et 95); Donius Barberin. p. 235 et apud Bouchardum cod. Barberin. 30, 182 f. 51; Gudius ms. 559, 5, ed. ind. 87; Ptolemaeus sched. 2, 22; Spon 291; Reinesius 17, 14 (inde Fabr. 232, 609) descriptam a Bartholino; Seguier Paris. f. 73; ex prioribus Monum. Matthaeiana 3 p. 128, 7.

2 ex. MONIMENTV Wingh. Gud. Ptol. ego, MONVMENTVM Don. Spon. Rein. Seg. perperam.

12259 sarcophagus marmoreus. Ad campum Florae CAST., in quodam stabulo, addit MAN. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* intranti a dextra).

D · M
M·A·QVI·LI·EV·CARPI
FIL · DVLCISSIMI
QVI · VIX · AN · VI·
M · X I · D I E · I I · *sic*
M · AQVILIVS·
SATVRNINVS · PATER

Descripsi. Manutius orth. 54, 2 (inde Ligorius Taur. 3 s. v. Aquilia); Castalio de nat. pueror. praen. p. 7. Ex Man. et Cast. Grut. 669, 11.

12260 tabula columbarii. In coenobio S. Pauli NIC. Ibi adhuc in repositis.

O · M
M · AQVILIO · EVPHRO
SYNO · FECIT · AQVILIA
CALLISTE · CONIVGI
B · M
V · A · L

Descripsit de Rossi, contulit Bormann a. 1869. Nicolai *basilica di S. Paolo* p. 180 n. 324.

12261 tabula lapidis Tiburtini. In museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall. lap.* incert. I). — S. l. VISC.

Θ P · AQVILLIVS · P · P · L · GELO
Θ P · AQVILLIVS · P · P · L · HILARVS
V AQVILLIA · P · ET · Ɔ · L · NICE
V P · AQVILLIVS · P · ƆL · PRIAMVS
V P · AQVILLIVS · P · ƆL · ROMANVS
V P · AQVILLIVS · P · ƆL · FELIX
IN FR · PED · XVI · IN AGR · P · XII

Descripsi. Marini Vat. 9124 f. 49, *Arv.* 610; Visconti sched. Paris. 7 f. 124.

4. 5. 6 pro P·ƆL ab origine P·P·L errore quadratarii incisum ac postea correctum videtur esse.

12262 tabula marmorea originis urbanae, extat in castello Lowther Castle prope Penrith (Westmoreland).

T · AQVILLIVS
NYMA
VIXIT · AN XXXV
CLAVDIA · SYRISCA
O · S · O · O

Descripsit Mau.

12263 urnula MAZ. (em. ms. in ex. Metelli). In domo Angeli Colotii, regione Parionis MAZ.; in hortis Angeli Colotii CITT.

L · AQVILLIVS L · L
PHILEMO

Masochius f 99' (inde Grut 961, 3), vidit auctor emendationum; Cittadinius Vat. 5253 f. 292.

Vv. div. servavit Cittadinius.

12264 in lapide Tiburtino, s. l. AM.

P · AQVILLIVS P l
PHILOTAERVS
VIVOS · SIBI · FEC
SEPTVMIA · PP *nc*
CELTIS

Amati Vat. 9742 f. 38'.

I ex. aliqaid deesse non notatur. Et ibi et v. 4 ex poteat fuisse *P. P. l.*

12265 tabula marmorea. In palatio Ceuli ORVT. — Apud Fr. Mazzantem GVD. PTOL. — In villa Alteria SEG. Nunc in aedibus I. B. de Rossi.

◊ D · SIBI · M ◊
M · AQVILIVS · SATVRNINVS ·
FECIT · M · AQVILIO · SATVRNINO
FILIO · SVO · ET · ATTIAE · ANNIAE
COIVGI · SVAE · ET · LIBERT ·
LIBERTABVSQVE ·
POSTERISQ · EORVM ·

Descripsit de Rossi, contulit Kaibel. Exhibent Grut. 1130, 11 'a Castalione'; Gudius ms. 344, 3 et ex schedis quae postea fuerunt Cameli et de visu; Ptolemaeus sched. 2, 274; Segaier Paris. f. 154.

12266 tabula marmorea CITT. In aedibus de Bufalo CITT., Stephani Buffali ad aquam Virginem LIPS., Bubalorum ibidem CAST. CITT.

T · T · AQVILLIS · T · T
L · TROPHIMO · ET
CISSO · FECIT · T · AQVIL
LIVS · T · T · L · ZOSIMVS
LIB · LIBER · POSTERISQVE
SVORVM

HOC · MONVMENTVM · VENIRE
NON · LICEBIT

Anonymus Hispanus Chisianus f. 359'; Lipsius ms. f. 36' (inde Pighius Berol. f. 193' 'ex adversariis Lipsii'), auct. 49, 7 (inde Grut. 961, 4); Cittadinius Vatic. 5253 f. 289; Castalio adv. assert. praen. fem. p. 11.

3 T· om. Lips.

12267 reperta a. 1858 prope viam Latinam FORT. Nunc in aedibus Maximorum.

aQVILIO · VSR
A LIB · LIB Q

Descripsit Dessau. Fortunati *scavi sulla via Latina* p. 69 n. 114.

12268 tabella columbarii. Florentiae *nello studio di Riccardo Riccardi* STEPH., in aedibus Riccardiorum RELIQVI et adhuc.

AQVILLIA · Ɔ · L *n*
AMARYLLIS · VIX *an*

Descripsit Kiessling. Donius cod. Marucell. A, 6; Stephanonius cod. Leid. p. 149 (inde Gudius ms. 654, 6, ed. 352, 13); Gori I. E. I, 94, 39 (inde Mur. 1635, 15).

Quae nunc desunt, dedimus inclinatis. — 2 AN Don. Steph. cum Gud., ANN Gori.

12269 in villa Aldobrandina in Quirinali.

AQVILIAE · ANNI
BONIAE ~ AQVILI
VS CRES-CENS VX
ORI · BENEMERENI *sic*
FECIT

Descripsit de Rossi.

12270 praecedit: extra portam Capenam in via Appia iuxta sepulcrum Metellae a. 1640 BOVCH.; Florentiae *nella mia villa di Montughi* STROZZA; in eadem villa GORI et adhuc.

AQVILLIA · L · L · APPARIO
L · AQVILLIVS · Ɔ · L ·
FAVSTVS

Descripsi. Bouchard cod. Barb. 30, 182 f. 55'; Car. Strozza cod. Florent. f. 69 n. 152 (inde Gudius ms. 850, 11, ed. 352, 12); Gori I. E. I, 350, 39 (inde Mur. 1780, 4 et minus accurate 1572, 3).

12271 tabula marmorea. Nuper reperta in vinea del Cinque extra portam Pincianam, est in museo Olivieri GIORN., a me transmissa Pisaurum, addit PAC. Extat Pisauri in aedibus Olivieri



Descripsit Bormann. *Giornale de' letterati* 1754 p. 193 n. 1 (inde Zaccaria *storia letteraria* 9, 492, ex quo Donati 416, 4); Paciaudi ms. Parm. f. 30 n. 1.

12272 cippus marmoreus. Apud lapicidam in platea S. Salvatoris in lauro BORM. Nunc in museo Kircheriano amplificato.

O · M ·
AQVILLIAE
EVTYCHIAE
V · AN · XIII · M · VI · D · XV
Q · ATILIVS
HERACLA
CONIVG · CARISSIMAE
FEC

Descripserunt Bormann a. 1868 et Mau, contuli ipse.

12273 in pilo marmoreo RED. IVC. In inclaustro ecclesiae S. Sebastiani MARCAN., in S. Sebastiano RED. IVCVND., apud cellam vinariam add. SABIN., in magno monumento add. LIL. — In S. Maria de palma MAZ.: ea aedes, cui nomina quoque sunt *domine quo vadis* et *S. M. delle piante*, et ipsa ad viam Appiam sita est (cf. Nibby *Roma nel 1838* I p. 453). — S. I. ALT. ALC.

D · M
AQVILIA · RENATA
QVAE · V · A · Ñ
SE · VIVA · POSVIT · SIBI
CVRANTE·AQVILIO·IVSTO
ALVMNO · ET · AQVILIO
PRISCO · FRATRE

Exhibent Marcanova Mut. f. 73', cod. Redianus f. 23, Iucundus rec. 3 Cicognae f. 7', P. Sabinus Chis. f. 121' (cui respondet Sieder f. 16'), cod. Altempsianus Chis. f. 37, Lilius Helmst. f. 122, Alciatus Fene f. 87', ex fonte, ut videtur, communi; porro Mazochius f. 172 (inde male corr. Grut. 656, 12), non vidit emendator.

Vv. div. incerta. — 2 AQVILA Marcan. — 3 post Ñ numerum omittunt annorum vitae Marc. Red. Iucund. Sab. Alt. Lil. Alc.; verbum SE in numerum VI commutavit Maz. qui sic scripsit: V·ANN·VI·VIVA — 4 XE pro SE Lil. — 5 CVRAM·AGENTE corr. Grut. — 5. 6 AQVILIO Maz., AQVILO ceteri.

12274 tabula lapidis Tiburtini. In museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall. lap.* patron. 1).

AQVILLIAES
Ç·L·TERTIAE
C·AQVILLIVS
SOSANDER·L

Descripsi. Marini Vat 9129 f. 56'. Est etiam in huius operis vol. I n. 1025.

12275 a *Monte Cavallo, cioè nella strada, che va dalla Trinità a Monte Cavallo diritta, sotto la Trinità, sopra la porta di una casa appresso l'olmo.*

DIS·MANIBVS
AQVILLIA
TERTVLLA
AQVILLIAE
TERTIAE
FECIT
MATRI·SVAE
CARISSIMAE

Manutius Vatic. 5241 p. 121.

12276 tabula MAN. (Vat. 5253). Iuxta plateam montanorum apud monasterium quoddam SAB.; in regione Ca(m)pitelii super ianua domus Hieronymi de Rubeis ACC.; a *piazza del melangolo* in pariete domus Iacobi Rubei MAN. (Vat. 5241), similiter ID. (orth.) LIG. LIPS. — Affixa parieti cuidam prope aedes Sano(?) Matteiorum MAN. (Vat. 5253), locum, ut videtur, eundem significans. — In museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall. lap.* incert. 1).

D · M
AQVILIA · TYCHE·
FECIT · SIBI · ET
M · VLPIO · DIADVMENO
ET · Q · VETIO LVCRIONI *sic*
LIBERTIS · LIBERTABVSQVE
POSTERISQ·EORVM

Descripsi. P. Sabinus Marc. f. 134' (inde Iucundus rec. 3 Cicogn. f. 137); Accursius Ambros. D, 420 f. 59; Manutius Vatic. 5241 p. 257, 5253 f. 369, orth. 54, 3 (inde Legorius Taur. vol. 3 s. v. Aquilia); Lipsius ms. f. 50, iterum f. 51, ed. auct. 54, 9 (inde Grut. 858, 6); Marini Vat. 9129 f. 61.

12277 in via Nomentana ad lapidem tertium.

D · M
A·AQVINI·STAPHYLI
QVI · VIX · ANN · L
AQVINIA·NELICE
CONIVGI · PISSIMO
B · M · F

Donius 12, 68 (inde Mur. 1301, 6) qui vidit.

12278 tabella columbarii. In vinea Moroni VISC. 9697. — S. I. ID. 7. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* incert. 11).

M · AQVINVS
ANTIOCHVS

Descripsi. Visconti Paris. 7 f. 76, cod. Par. Lat. 9697 f. 144.

12279 iuxta aedem SS. Sergi et Bacchi apud latomum.

AQVINA M · L
QVARTA
LOCVM · EMIT · SIBI
ET · SVEIS · PARENTIBVS
ET · EO · INTVLIT · C
ARISTIVM · SOTERICVM
ET·HILARA ɔ.l.VT EO INFERatur

Rycquius apud Gudium ms. 50, 6, ed. 298, 1.

1 AQVINA Rycq., AQVINIA Gud. ed. — 7 HILAR·ALVTEO traditur; scribendum esse HILARA·ɔ·L·VT suspicatus est Gudius, quam coniecturam tacito receperunt editores.

12280 apud Franciscum Brachianensem marmorarium prope S. Andreae ad saepes.

ARABA · CONSERVO
DIADVMENO·B·M·F
VIX · AN · XXV
HIC · SITVS · EST ·

Donius Barb. p. 174 descriptam ab ipso, item cod. Marucell. A, 293 p. 221.

12281 in sarcophago marmoreo ad vicum Sabellium DON. — *Nell' antico convento dei frati Cappuccini sul Quirinale, ridotta ad uso di vasca per fontana nel cortile di S. Felice* SARTI.

ARABIA · FIRMA
VENVS · AFRA
VIXIT · ANNIS
XVII·M·IIII·DI·
ES · TRES

Donius Barb. p. 52 (inde Fabretti 267, 114 'ex schedis Barberinis') ex schedis Martii Milesii; Sarti ms.

4 M·III Don.

12282 in hortis Campanae prope Lateranum.

ARBITER
BLAESIAE·LYRINI
FILIAE·SVAE

Descripsit integram Mommsenus, imminutam de Rossi.

12283 in vinea Virilia, via Latina milliario primo ad laevam.

CIAE · CN · L
a(rBVSCVLAE

Descripsit de Rossi.

12284 in villa D. Perbenedicti.

OSSA
ARBVSCL·

Suaresius Vat. 9140 f. 8'.

12285 tabula marmorea. Apud me FABR. Nunc Urbini in aedibus ducalibus cl. XVI.

/VIX · ARCHE
AMICO·OPTIMO·B·M

Descripsit Bormann. Fabretti 7, XLII.

12286 in S. Cyriaco iuxta thermas Diocletiani.

ARCVMENNIAE
PIETATI
VIX · AN · XXXVII
M · V · ARCVMENNA
TEOPHIMVS
LIB·ITEM·CONIVGI
B · M · F

Cod. Olivae f. 17'; Mazochius f. 41' (inde Grut. 757, 2), non vidit corrector.

Vv. div. incerta. 1 ARCVMENNE Ol., ARCVMENNAE Maz.; feminina nominum Etruscorum in na terminantium in ase formata esse constat. — 3 VIXIT Maz. — 4 M·V Ol., V·L Maz. — 5 TROPHIMVS Maz. — 6 LIB om. Maz. — 7 FECIT id.

12287 tabella marmorea. Florentiae in museo Mediceo GORI et adhuc cl. XI n. 907.

protome viri	*protome mulieris*
Q · ARELLI	VIBINIA
sic VS·AESOPV	AMAPAV
	MA

Descripsi ego, contulit Bormann. Gori I E. I[2] 53, 115 (inde Mur. 1686, 4 et 1780, 6).

12288 cippus magnus SART. Via Latina lapide secundo prope coemeterium B. Tertullini FABR. — *Nella sala della Casa dell' Annunziata incontro alla chiesa di Santa Chiara* SART.

D · M
D·ARSL·LI·O
COM·MO·DD
MA·RI·TO·OP·TI·MO
L I·C I·N I·A
TRY·PHAE·NA

Fabretti col. Traian. 259, syll. 374, 170; sched. Sartii.

12289 titulus monumenti rotundi litteris magnis, repertus in via Appia a. 1852.

L·ARELLIO·GLABRAI·L
DIOPHANTO
TITINIAI · NOBILI
VXSORI

Descripsi et edidi *ann. dell' Inst.* 1852 p. 311 n. 7, correxit Mommsen ex ectypo. Est etiam in huius operis vol. I n. 1026.

12290 tabella columbarii. Florentiae in museo Mediceo GORI et adhuc (cl. IX n. 826).

Q·ARELLIVS
Q·L·
PRIMVS

Descripsi ego, contulit Bormann. Gori I. E. 1, 57, 130 (inde Mur. 1780, 5).

12291 tabella marmorea originis, ut videtur, urbanae. Florentiae in museo Mediceo GORI et adhuc (cl. XII).

L·ARSLLIVS·COL·PVLCHER

Descripsi ego, contulit Bormann. Gori I. E. 1, 61, 159 (inde Mur. 1636, 3).

12292 tabula marmorea effossa, cum fundamenta iacerentur aedium viae Gregorianae n. 13.

V
ARSLLIA
M·L·ALEIEA *sic*
AVRARIA
ASCLEPIA
IN FR·P·XII
IN AGR·P·XII

Matranga in *bull. Inst.* 1850 p. 178.

3 lege *Ale[t]hea*, contignatis, ut videtur, litteris THE.

12293 tabula marmorea. Collocata a Ben. Passionei in aedibus ipsius Forosemproniensibus PASS., ubi adhuc extat.

D M
ARENA · VENERIA
FECIT·ET·S·T C CA *sic*
ECILIO·ONESIMO
CONIVGI·SERVO· *sic*
RENEMERENTI·
POSTERIS·QVR·
RDRVM

Contulit Bormann. Passionei p. 156 n. 8 (inde Donati 392, 4).

3. 5 corrupit quadratarius.

12294 *dall' ecc. S. D. Alessandro Albani comperata dagli eredi Ciampini dec. 1715* BIANCH.; in museo Albano MVR. — In museo Capitolino GVASCO MAR. et adhuc.

D · M
ARESCVSAE
M·VLP IVS
LVPE RCVS
VERNAE

Descripsi. Bianchini Veron. 348 f. 22 n. 25; Mur. 1519, 8; Guasco M. C. 939; Marini Vat. 9132 f. 163.

12295 origine urbana. Catanae in museo Biscari TORR. FERR. et adhuc.

D M
ARESCVSA MA
TER·SOTERIDI
FILIAE·B·M
VIXIT·ANNIS
N·XXIII

Contulit Mommsen. Torremuzza inscr. Sic. XII, 5; Ferrara *storia di Catania* 422, 11. Cf. vol. X n. 1088*, 44.

12296 in suburbano comitis Galletti GALL. Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* patron. 1).

D · M
ASETHVSA·CAECILIA
· THALLIA · *sic*
LIB·BENE·MERENTI
· FEC ·

Descripsi. Schedae Pauli Gallettii apud Io. B. de Rossi.

12297 tabella columbarii apud Iandolum antiquarium.

ARSTVSA
SCARIP
NERONIS·SIM

Descripsit Dressel.

12298 cippus marmoreus. *Vigna dell' Albertino per andare a S. Lazaro* STAT. — Apud Horatium Pacificum statuarium in via Flaminia DON.; eadem loci indicatio praecedit apud GVD. 691. — In hortis Iustinianeis GVD. 502 PTOL. MONTF. SEG. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* intranti a dextra).

D · M
ARGASI
ARGIA·FIL

Descripsi. Ach. Statius cod. Vallic. f. 184'; Donius cod. Marucell. A, 293 f. 219; Gudius ms. 502, 4, ed. 252, 3 de visu, denuo ms. 691, 4; Ptolemaeus sched. 1, 112 (inde Mur. 1241, 4); Montfaucon Paris. 1293 post f. 155 manu Hispani ignoti; Seguier Paris f. 88.

Nam genuinum sit exemplum Vaticanum, non omnino certum est.

12299 cippus marmoreus. Romae effossus, Prati in museo Casottio.

D M
ARGASO
V·A·V·M·IIII
NAEVIA
CLEOPATRA
NVTRIX
FECIT
DVLCISSIMO

Gori I. E. 2, 139, 3 (inde Mur. 1435, 14 ex quo Orelli 2817), qui vidit.

12300 in hortis Campanae prope Lateranum.

*a*RGENTARIO
·Ɔ·L
*a*LEXANDRO
*ar*GENTARIVS·Ɔ·L

Descripsit de Rossi.

Infra aliquid deesse non indicatur.

12301 R. in vinea prope S. Caesarii in palatio SVAR. — In aedibus privatis P. abb. de Tivoli ad S. Isidori PTOL.; in horto Ronconii ad S. Isidorum FABR.

T·ARGENTARIVS
T·F·SER·*rvfvs*
NAEVIA *ɔ*·*ɔ*·
PRIMA
IN FR·P·XV
IN AGR·P·XIIX

Suaresius cod. Barb. 30, 92 f. 37' manu ipsius, cod. Vat. 9140 f. 277 manu ignota; Ptolemaeus sched. 2, 409 (inde Mur. 1572, 7); Fabretti 606, 50.

1 ARGENTAS Suar., ARGENTARVS Ptol., ARCENNIVS Fabr. — 2 in. TE Ptol. — 5 XVI Fabr. — 6 XII Ptol. — Quae Fabretti non exhibet, litteris inclinatis dedimus.

12302 urnam altam ped. 2 dicit TORR.; fastigium cum corona supra titulum ponit LIG. significans, ut videtur, fuisse cippum. *In casa di M. Antonio antiquario trovato dove si dice Subura* LIG. — *A monte Cavallo nel giardino di Carpi* KNIBB., similiter TORR. — S. l. MAN.

D · M
ARGENTARIAE
OPTATAE
ARGENTARIVS
EVHODVS·ET
OPTATVS·ET
GNOME
SORORI
PIISSIMAE

Ligorius Neap. l. 39 p. 241 (inde Panvinius Vatic. 6035 f. 145); Manutius Vatic. 5253 f. 359'; Torrentius Brux. f. 3 missam a Nicolao Florentio; Knibbius Berol. p. 32 (inde Grut. 845, 2).

2 ARGENTARIS Knibb. — 6 om. Man.

12303 s. l.

D · M
ARGENTILLAE
COIVGI · QVAE · VIX
IT · ANNIS · XXX · MEN
E · VIII · D XXII · INCOM
PAR · FEM · SIBI · Q · AMA
NTISS·ALEXANDER B M F

Fabretti 391, 260 'e schedis Barberinis' nunc latentibus aut deperditis.

12304 in domo Helenae Ursinae.

D · M
ARGENTONIO
MARTIALI
OVILAVIS
VIXIT ANNIS
XXV POSVIT
PATRONVS
LIBERTO
OPTIMO

Cittadinius Vat. 5253 f. 281' (inde Donius Barb. p. 246 'ex schedis bibl. Vaticanae').

4 *Ovilava* civitas Norici. — Lapidem v. 3. 4. 7. 8. 9 in. fractum facit Citt.; sed fortasse nihil deest.

12305 originis urbanae, olim apud Borgiam, nunc in museo Neapolitano. — S. l. VISC. CARD.

D · M
ARGIAE
VIXIT · ANNIS · XVII
MENSES·VIIII·DIES·XX
PRATINAS · CAES · N
CONIVGI KARISSIMAE
DVLCISSIMAE
PIENTISSIMAE
HENEMERENTI
FECIT

Descripsit Mommsen I N. 6929. Visconti cod. Par. Lat. 9697 f. 86 *r*; Cardinali *iscr. ant. ined.* n. 126 ex schedis Propagandae i. e. Borgiae; Fiorelli cat. n. 127.

12306 tabula litteris optimis. In museo Vaticano MAR. et adhuc.

DIS · MANIBVS
ARICINO·VOLVSIANI
PHOEBES · VERNA
VIX · ANN · II
MEN · VIII
FECET · MATER

Descripsit de Rossi. Marini Vat. 9125 f 377.

12307 in foro Iudaeorum FERR., in domo Ioannis Zampolini IVCVND. POMP. SAB. ACCVRS., iuxta plateam Iudaeorum, addit BEMB. — In domo eadem AP. errore; praecedit enim S. Potentiana; inde in S. Potentianae GRVT.

Q · ARICINIVS · Q · F · BASSVS
VIXIT · ANN · XXV
DEBVIT·HOC·PATRIS·NÁTVS·DVO·CORPORA·NVMÁRE
CORPORA·SÉN·ANIMÉS·CORPVS·INANE·COLVNT
QVI·QVIA·NÓN·POSSVNT·DONIS·AEQVÁRE·MERENTEM
BASSE · TVIS · MERITIS · RESPONDERE · QVEVNT
V·C·CVRTIVS · C · L · ANTIOCHVS · PATER
DEBVIT · HOC · NATVS · NOBIS · PRAESTARE · DVOBVS
VT · CINERES · PATRIOS · DEDERET · INFERÍS
SED · QVONIAM · DIRAE · GENVÉRVNT · FATA · VOLVCRES
TE · BASSE · EREPTVM · FLEVIMVS · ANTE · ROGVM
V · ARICINIA · NAIS · MATER

Ferrarinus Paris. f. 141'; Iucundus Veron. f. 24', Magl. f. 7'; schedae Pomponii apud Gammarum f. 70'; P. Sabinus f. 174; Lilius Helmst. f. 129; Alciatus Fese f. 60 — Choler. f. 93 parum accurate; Io. Bembus f. 20'; Accursius ad Apianum bibliothecae Ambrosianae. Pendent ex Iucundo Mazochius f. 109, correctus in emendationibus editis et manu scriptis, et Apianus 211 (ex Maz. et Ap. Grut. 670, 2). Habent praeterea Pingonius Taur. f. 61'; Fabricius antiqu. vv. 1—6 p. 119 n. 29, vv. 7—12 p. 117 n. 24 (ed. Basileae 1587) parum accurate; Pierius Valerianus in Verg. Aen. 10 p. 164 adlegatis nominibus parentum affert vv. 8. 9, quae in formam tituli redegit Grut. 971, 13; item Burmann anth. Lat. 4, 253. 254 etiam e codd. Moroni et Perotti, et Meyer 1356 titulum integrum.

Vv. divisio incerta. V. l. do Ferrarini, Iucundi, Sabini, emendatoris Mazochii, Accursii; apices desumpsi ex emend. ms. Maz. et Accursio, cum minus accurate eos exhibeat Ferrarinus. 1 ARICINVS Ferr. — 2 VIX Sab. — 4 SÉN ANIMÉS Ferr., SEN ANIMES Iuc. Sab., SEN·ANIMES Maz., SÉN·ANIMÉS Acc., SEMIANIMES corr. Ap. — 7 Q·CVRTIVS C·L·ANTIOCVS Ferr. — 9 CREDERET id., DEDERIT Iuc. — INFERIS Ferr. — 10 pro GENVERVNT·FATA Gudius apud Grut. ed. 2 coniecit SECVERVNT·FILA, perperam. — 12 ARICINA Ferr. Iuc.

Versus quid significent non uno loco obscurum est culpa non tam descriptorum quam poetae. 4 *corpora s(i)n(e) anim(i)s* (?) dicuntur fortasse parentes annis graves.

Q. Aricinius Q. f. Bassus
fronte lecto ornata

DIS · MANIBVS
AVRELIAE · ANTHIDI
VIX·ANN·XXIII·M·V·D·XXIIII
AVRELIA · CALLITYCHE
MATER FIL·PIISSIMAE·FECIT

Descripsi.

13286 in palatio Capranicensi.

D · M
AVRELIA · AFRODITE
EMIT · SIBI · ET · SVIS · ET
LIBERTIS · LIBERTA
BVSQVE·POSTERISQVE
EORVM·IN·FRONTE·PED·XII
IN·AGRO·PED·XII H·M D·M·A

Mazochius f. 72', corrigitur in emendationibus, inde et ex Verderianis Grut. 860, 8.

Vv. divis. videtur servasse Grut. — 6. 7 P·XII bis Grut.

13287 litteris pessimis. S. l. AVON. — In museo Albano MVR. — In museo Capitolino GVASCO MAR. et adhuc.

AVRELIA AFRODITA
AVRELIO CAPITONI
POLITIANO COIVGI
DVLCIS·SIMO FECIT

Descripsi. Buonarroti cod. Marucell. A, 43 f. 230'; Mur. 1306, 14 'e schedis meis'; Guasco M. C. 471; Marini Vat. 9132 f. 210.

13288 Hortae in villa Nuptiana aliunde advecta FONT. Videtur urbana.

D · M
AVR·M·FIL·APOL
LONIAE·Q·VIXIT
ANNO · I · M · III·
AVR · APOLLINA
RIS·ET·AVR·EVCLI
A · PARENTES · F
DVLCISSIMAE

Fontanini antiq. Hortanae lib. I p. 178.

13289 Card. Floren(tine) WINGH. 38. — In via Appia prope S. Sebastianum in vinea Tiburtis Caesii CIACC. cum DON. (Vatic. 50'). — Apud canonicum Fedinium DON. (Vatic. 31' Barb. ed.). — S. l. WINGH. 8 SIRM. DON. (Vatic. 43) BARB.

duo genii clipeum sustinent in quo scriptum (BARB.):

AVREL · ARETHVSAE
VXORI·SANCTISSIMAE
INTEGRAE · FIDEI·
FRVGI · MODESTAE·
VERAE·INNOCENTIAE
OLYMPIVS · MARITVS
ET · SIBI · POSVIT

Winghius Brux. 2 f. 8' et 38' *a*; Cicconius Raff. f. 112 (inde Donius Vatic. 7113 f. 50'); Sirmond Paris. 1419, 248; Donius Vatic. 7113 f. 31' manu ipsius, sed descriptam ab amanuensi, f. 43 manu ipsius, acceptam a Menestrierio, Barb. p. 88 et ed. 12, 99 descriptam ab amanuensi; cod. Barb. 30, 89 f. 541 (inde aut ex Donio Barb. Fabretti 254, 53 'a schedis Barberinis', ex eiusque schedis Malvasia 526).

13290 tabella columbarii. Apud Ficoronium SEG. MVR. (fortasse rep. in columbario viae Praenestinae). In museo Capitolino GVASCO et adhuc.

AVRELIA
L·L·ATTICE

Descripsi. Seguier Paris. f. 256; Mur. 1784, 31 a Ficoronio; Guasco M. C. 1143.

13291 *vigna del Miglio* (in via Appia) MARVC. Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* coniug. 11).

FECERVNT · SIB*I et libertis*
LIBERTABVSQVE *posterisque*
EORV*m*
ET·AVRELIE·BASI . . . *coniu*
GI·SVE·

Descripsi. Gori cod. Marucell. A, 6 f. 277 ex schedis quae extabant apud baronem Stoschium.

Maruc. 1 in. habet SIBI, om. v. 3, 5 in. habet CI.

13292 litteris barbaris. Velitris in museo Borgiano MAR. CARD. Nunc Neapoli in museo publico.

d M *s*
*au*RELIA CAMVRNIA SERAPIAS
PETRONIO·FIRMINO COIVGI
MERENTIS · MEMORIAM· *sic*
FECI·QVI·BIXIT· ANIS N XXXII
MENSES N · X· *dieb*VS·XXVI
CVM QVEM CO·*BEX*·BIXI·ANNIS·
XVI

Descripsit Mommsen fragmentum vv. 1—5 I. N. 6940, fragmentum vv. 3—8, quod linea distinxi, I. N. 6605, contulit Sogliano. Marini Vat. 9120 f. 334; Cardinali *effem. lett. di Roma* vol. IX (1821) p. 379 = *iscr. ant. ined.* n. 334 ex schedia Propagandae; Fiorelli cat. n. 186.

Quae nunc desunt, dedi inclinatis, servarunt Mar. Card. — 1. 2 in. supplementa tacito admisit Card. — 6 IBAVS '*sic*' Mar., DIEBVS Card. — 7 BEM Mar., BEM Card.

13293 in coemeterio Callisti.

D · M·
AVREL · CALLINICES·
CONIVGI SANCTISSIME·
ET · CASTISSIMAE
ET·MEI·AMANTISSI
MAE·M·AVREL·AVG·
LIB · NESTOR·

Descripsit de Rossi et edidit *Roma sott.* 3, 291.

13294 in aedibus Casteliani.

VIVI . . . . *m*
AVREL · KARA · VXOR · CO*iugi*
ITEM LIBERTIS LIBERTA*bus*
CENTIB·EQVI EX EI
OSSIT TOTVS I
. . . NIO N

Descripsit Forcella a. 1864, contulit Gatti.

3 seq. videtur esse *libertis liberta[bus et accres]centibus e[t] qui ex eis [nascentur]*; reliqua parum perspicua sunt.

13295 in vinea Narin, effossa ante a. 1735.

D · M
AVRELIA KARIS · FE
CIT SIBI ET FRATRI
SVO ET FILIS SVIS LI
BERTIS LIBERTABVS
POSTERISQVE EORVM

Giorgi sched. Casanat. vol. XI.

2 videtur esse XARIS = *Charis*.

13296 tabula marmorea. Olim in via Appia vidi EGO. Nunc in museo Kircheriano amplificato.

D M
AVRELIA
CABITINE
M ANNIO
5 ADAVCTO
BENE ME
RENTI

Descripsimus ego et Mau, contuli ipse.

13297 apud Martium Milesium DON.

AVRELIA · CELERIA · NVNC · MONVMEN
TVM·FELICISSIMO·AVG·LIB·FILIO·SVO
KARISSIMO·EMIT·ET·SIBI·ET·FORTVNATO
SVO
5 AVG · N · COIVGI · LIBERTIS · LIBERTABVS
QVE · SVIS · POSTERISQVE · EORVM

Donius Vat. 7113 f. 35 manu ipsius (inde Fabretti 154, 234 'ex schedis Barberinis'), ed. 10, 61 descriptam ab amanuense.

13298 tabula marmorea a. 1823 illata in horrea musei Vaticani; nunc in museo Laterano in repositis.

d m } s
aVRELIA · CHRESTE ET
CLAVDIA · EVTYCHIS
fecerunt sibi ET · SVIS · LIBERTIS
5 *libertabusque post*ERISQVE · EORVM

Descripsit Detlefsen a. 1861.

13299 tabula marmorea, in aedibus Merolli.

D M
AVRELIAE · CHRYSOPOLI
CONIVGI · KARISSIMAE
ET · INCOMPARABILI VNI
5 VIRIAE · CVM QVA · SINE
QVERELLA·VIXIT·ANNIS·XII
AVREL · EPITYNCHANVS
MARITVS · B · M · FECIT

Descripsit Gatti, contuli ipse.

13300 sarcophagus. In hortis Iustinianeis.

D AVRELIAE·CLEOPATRAE·QVI M
OMNIVM · RETRO · TEMPORIS
CASTARVM · SEV · DISCIPLINARVM
SVPERATRICI·IN·QVA·SE·INDIDERAT
5 OMNE·STVDIV·QVAE·VIXIT·ANNIS
XXXII MECVM·AVTE·VIXIT·CVM
OMNI·CONCORDIA·ANNIS·XVIIII
NVIC·EGO·AVRELIVS·EVTYCHES
MARITVS·IMPAR·OBSEQVIS

Fabretti 383, 209.

[1 *qui* abundat; quae sequuntur duo pericula sunt male coniuncta, alterum *omnium retro temporis castarum superatrici*, alterum *disciplinarum in qua se indiderat omne studium*. Th. M.]

13301 litteris neglegenter exaratis in urna marmorea quadrata. Olim Romae in museo Lyde-Brown, a quo emptam a. 1787 Catharina imperatrix in Russiam transtulit STEPH., minus accurate MVR. HAND. Extat in castello Pawlowsk prope Petropolim.

D · M·
AVRELIA·
CLODIA·SE VIVA
FECIT·

Descripsit Lugebil. Muralt *mém. de la soc. archéologique de St. Pétersbourg* t. II p. 356; Hand *aut. inscr. Lat.* p. 13; Stephani *Antikensammlung zu Pawlowsk* n. 57.

13302 frons sarcophagi parvi. Apud Petrum Herculem Visconti ZANG. — In aedibus universitatis Romanae ex dono P. H. Visconti VISC.; nunc in museo Kircheriano amplificato.

D M
AVRELIA DI
GITIA SERGIA
QVAE VIXIT
5 MENSES QVAT
TOR DIES XXVI

Descripserunt Zangemeister, C. L. Visconti, Gatti, contuli ipse.

13303 ornatissimus sarcophagus MALV., cista GVD. PTOL. In aedibus Quirinalibus Barberinorum GVD. PTOL. STAR. — Penes lapicidam Barberinorum, e regione eorum aedium ad quattuor fontes MALV.; penes Giorgettum lapicidam FABR. — Romae in hospitio nostro (sc. Benedictinorum, quod fuit in via *della purificazione* prope plateam Barberinorum) MONTF.

D · M · S
AVREL · AVG · LIB
VNIVIR · DOMI
TIAE · CONI · SNCTIS
5 PIISSIM · PVDIC
SIBIQ · REVEREN
POMPEIN · MRT · C · Q
V·A·XX·TV·ÆT·AN·XXXVI

due teste di cavallo, fratone e uccelli PTOL.

Gudius ms. 613, 2, ed. ind. XCIV qui vidit; Ptolemaeus sched. 1, 224; Suaresius cod. Vat. 9140 p. 52, qui vidit a. 1675 initium; Malvasia 523 (inde Mur. 992, 9); Fabretti 325, 451; Montfaucon cod. Paris. 1293 f. 117.

2 LB Ptol. Montf., L Suar., LIB reliqui. — 3 DOMI Ptol., DOMI reliqui. — 3. 4 DOM|ITIAE Suar. reliquis om. — 4 CONI Gud. Ptol. Fabr. Montf., CONI Malv. — SNCTIS Gud., SNCT Ptol. Montf., SANCT Malv., SNCTI Fabr. — 5 PISSIM Montf., PSSIM Ptol., PIISSIM reliqui. — PVDIC Gud., PVDIC rel. — 6 SIBIQ Gud., SIBIQV Malv., SIBIQ Fabr. Ptol., SIBIQVE Montf. — REVEREN Gud. Ptol. Malv. Fabr., REVERENT Montf. — 7 POMPEIN·MRT C·O Gud., POMPEIN MRTC· Q Ptol., POMPEIA·MAR·C·Q Malv., POMPEIN·MRT·C·Q Fabr., POMPON MRT·C·Q Montf. — 8 XIX Ptol., XX rel. — TV·ÆT· Ptol., TV AT Gud., TV·ACT Malv., TV·AET Fabr., . . . I Montf. — ANN Malv. — XXXV· Ptol., XXXVI rel.

D(is) m(anibus) s(acrum) Aurel(iae) Aug(usti) lib(ertae), univir(iae), Domitiae coni(ugi) sanctis(simae) piissim(ae) pudic(issimae) sibiq(ue) reveren(tissimae) Pompeian(us) marit(us), c(um) q(uo) v(ixit) a(nnis viginti), tu(lit) aet(atem) an(nos triginta sex).

13304 fragmentum tabulae marmoreae, in coemeterio S. Callisti.

D M
AVRELIAE
DONATAE
FILII
5 MATRI
CARISSIMAE

Descripsit Schmidt.

13305 s. l.

M · D ·
AVR DORIDI
COIVGI DVLCISSIMAE
ET INCOMPARABILI BENEMERENTI
5 POSVIT DECIMVS AVG · LIBER

Fea sched. p. 111.
3 DOLCISSIMAE traditur.

13306 in hortis Campanae prope Lateranum.

D · M
AVRELIA · EPICARDIA
AVRELIO · AESIO
COIVGI · BENEMEREN
5 TI·Q·V·A·XX·DVLCISSI
MO · FECIT

Descripsit de Rossi.

13307 in coemeterio S. Hermetis.

AVRELIAE · EROTIDI·
SORORI·QVAE·VIXIT·
ANNIS · XXX · BENE·
MERENTI·AEMILI·
5 VS·PAVLINVS·
FRATER·FECIT

Lupi Vat. 9143 f. 57', qui vidit.

13308 in sepulcro extra portam S. Laurentii in vinea Ferretti.

D M
AVRELIAE EVGE
NIAE AVRILIVS *sic*
EPAPHRODITVS
5 COIVGI SANCT
ISSIMAE BENE
MERENTI FE
CIT CVM QVA
VIXI ANNIS
XX

Marini Vat. 9121 f. 181.

13309 *S. Agnese* (via Nomentana), praecedit apud MAN.

AVRELIA·EVRESIA
M · POPILIVS · ALEXA
M·POPILIVS·AVRELIVS AL
AVRELIA · FAVSTINA

Manutius Vatic. 5241 p. 186 (inde Donius Barberin. p. 203).
3 ex. mutilus videtur.

13310 in operculo sarcophagi magni marmorei protome mulieris ornati. Rep. a. 1745 (1744 FIC.) in coemeterio Callisti MAR., similiter FIC. — Nunc in cavaedio musei Capitolini a dextra intrantibus. — Repertum esse a. 1485 in fundo Statuario extra portam S. Ioannis suspicatus est NIBBY sine causa (vide quae adnotantur ad titulum infra edendum *Terentia* cet. Grat. 473, 4).

tauri marini duo	*equi marini duo*	M · M · · AVREL · EXTRICATAE	*capri marini duo*	*leones aut tigrides marinae duae*

Descripsi. Marangoni *anfiteatro Flavio* p. 78; Ficoroni mon. vet. (gemm. antiq. litt.) p. 137; Guasco M. C. 679; Nibby *analisi* 2, 376, qui vidit.

In tabella sub titulo fortasse fuerunt versus quidam postea erasi.

13311 urna. Romae OD. AM.

D · M ·
A V R E L I A
F A V E T I N A
HIC·SITA·EST·QVAE
VIXIT·ANN·II·MENS
VI · D · IIII

Oderici sched. Gen. f. 3' missam a Marinio; Amaduzzi sched. Savinian. p. 76.

13312 *in un colombario scoperto in un lato della via Latina un miglio e mezzo dall' odierna porta* FIC.

MEMORIA
AVRELIA · FAVSTINA · AV*g. lib*
VICTORI · AVG · L · · MARITO *Sanctis*
SIMO · BENE · MERE·TI · INCOMPA*rabili*
CVM·QVO·VIXIT·ANN·XX·M·X·D·XXV . . .
SIBI·ET AVRELIAE·VICTORIAE·FILIAE·ET·li
BERTIS·LIBERTABVSQVE·POSTERIS
QVE · EORVM · EI QVIS · NVNC MONI
MENTVM VENDERE VEL DONARE
VOLVERIT · INFERET AERARIO
P V B L I C O ꟿ L · M · N

Ficoronius misit Muratorio d. 26 Sept. a. 1739, qui edidit 992, 6.

13313 in cryptis S. Agnetis.

AVRELIAE FAVST*inae*
VXORI CARISSI*mae*
*q*VAE VIXIT AN
*d*iES · VII · SEXTVS
*res*TITVTVS *Marinus*
*f*IMAE FEC·

Suaresius Vat. 9140 f. 157.

13314 sarcophagus parvus marmoreus. Romae OD.; in aedibus Marzuzzi via Margana 18 VISC. WILM.

D · M
A V R E L I A
FELICISSIMA
VIXIT · ANNO
VNO · MENSIB
IIII · DIEBVS
XXIIII

Descripsit C. L. Visconti, contulit Wilmanns. Oderici sched. Gen. f. 3', cui misit Marini.

13315 sarcophagus marmoreus striatus. In museo Laterano in repositis.

*aur*EL · FELICISSI
*m*AE QVAE · VIXIT
ann · VII · M · VIII
dieb XVIII · AVRE
LI · *her*MES · ET ·
CAE*ci*LIA THAL
LVSA · PARENTES
FILIAE DVLCIS
F*e*CE*runt*

Descripsit Bormann.

13316 tabula marmorea. Reperta in vinea Marchini extra portam Piam a. 1861 ACTA; in vinea via Nomentana e regione templi S. Agnetis, ubi est pro scamno TOEP.

· D · M ·
· AVRELIAE · FELICITA*ti*

Descripsit Toepelmann a. 1868. Est etiam in actis curatoris operum publicorum et commercii, qui sub pontificibus fuit, duobus exemplis.

13317 in loco qui dicitur *la Cecchina*, via Nomentana.

D M
AVRELIA*e* · FELICITAT*i*
FILIASTRAE · DVLCI*ssimae*
QVAE VIX ANN · VI
M VII D·XI H·VI·FEC
· IVS THESEVS

Amati Vat. 9767 f. 34'.

Traditur ut integra. — 2 AVRELIAF Am.

13318 origine urbana, Cusercoli in aedibus del Bagno.

D M
AVRELIA FI
TVSSIDID SA
COIVGI ·E· *m*

Descripsit Rocchi, contulit Bormann.

13319/20 in aede S. Ioannis ante portam Latinam IVC. — In palatio Conservatorum ACC. — Ibidem (praecedit Albae in S. M.) PICC. — Romae BEMB. DON. — S. l. FABR.

a	*b*
AVR·FLORENTINAES·QVEM·EX CONCESSV M MANILI	· NYMPHIDI · PHOEBI
LATVM · P · VIIIS · LONGVM · P · XVIII	EXTRVXIT
HIC·MONIMENTVS · CVM · OMNIBVS · SVIS·ADI	ACENTIBVS · EXTERVM
HEREDEM · NON · SEQVETVR·NEC · EXTRANEVS	CORPVS IN EODEM
MONIMENTO · NEQVE · INTRA FINEM	MACERIAS · EIVS
CORPVS EXTERVM INFERETVR SI QVIS	CONTRA EA QVIT FECERIT
VEL VENDIDERIT SIBE DONAVERIT	INFERET ARRAE
PONTEFICVM ꟿ	L · M · N

a b Iucundus Magl. f. 99'; Io. Bembus f. 23; solam *a* Accursius Ambros. D. 420 f. 1 (inde Mur. 1641, 9). Ex Iucundo fluxerunt Piccart 248 (inde interpolatam Reinesius 12, 37) et Donius Vatic. 7113 f. 52, Barb. 30, 182 f. 52 et in libro suo Barberin. p. 237, item Fabrettius tab. II. p. 377 'ex schedis Barberinis', sc. cod. Barberin. 30, 171, qui est Iucundi rec. 3.

Partem tituli ab initio intercidisse patet. Vv. divis. servavit Accursius. Dedi exemplum huius expletum ex Bembo, qui respondet *a*. — V. 1. de Iuc. Bemb. Accurs. 1 AVR·FLORENTINVS Iuc. cum omnibus ex eo pendentibus, L·AVR·FLORENTINI Fabr. Reines. interpolantes. — 4 EXTRANEVM Iuc. Bemb., fortasse recte. — 7 in. VEL om. Iuc. cum suis. — 8 PONTIFICVM Iuc. cum suis, PONTEFICVM Bemb. Acc. — Sprevi quae aliter exhibent ii qui pendent ex Iucundianis.

. . . . . . *Aur(eliae) Florentinaes, quem ex concessu M. Manili Nymphidi Phoebi | latum p(edes octo semis), longum p(edes duodeviginti) extruxit. | Hic monimentus cum omnibus suis adiacentibus exterum | heredem non sequetur, nec extraneus corpus in eodem | monimento neque intra finem macerias eius | corpus exterum inferetur. Si quis contra ea quit fecerit | vel vendiderit sibe donaverit, inferet arkae | pontefícum (sestertium quinquaginta) m(ilia) n(ummum).*

13321 tabula marmorea. In vinea Naria via Salaria MVR. — Placentiae in museo S. Augustini CHIAPP.; *nell' Ex-Canonica di S. Agostino in Piacenza* ANG. — Placentia allata Parmae in museo LAM. et adhuc.

D · M ·
AVREL · FORTVNVTA · *sic*
MATER · AVE · CASTAE
FILIAE · BENEMER · FEC ·
Q · VIX · ANN VIII · M VII
MATER NVT · ANN · II · D ·

Descripsit Bormann. Marangoni *cose gentilesche* 468 (inde Donati 354, 2), qui vidit; Chiappinius apud Muratorium ms. 17, 204, ed. 2055, 3; I. B. Anguissola ms. (1820) p. 29 n. 24, ed. in ephemeridibus a. 1823 p. 28 n. 24; Lama *guida* p. 53 n. 32; Lopez catal. ms. musei Parm. p. 23.

6 NVT quomodo intellegendum sit, non constat: potest cogitari de *nut(rivit)*.

13322 urnula extra portam Capenam VIGN. — Ex hereditate Gualterii, a me iam vendita, emi m. Aug. 1738 MAAVC. — In museo Britannico LETH. et adhuc.

D · M
AVRELIAE
FORTVNAT
AE CONIVGI
KARISSIMAE
BENEMEREN
Q · V · AN · XXV
PISTVS · AELIO
SVM · FECIT

Descripsit Huebner. A Ficoronio descriptam Vignoli col. Ant. 277 (inde Mur. 1308, 3), Gori cod. Marucell. A, 6 f. 501' n. 78, Mur. sched. 18, 224; Smart Lethieullier et Charles Frederick *drawings of English churches* cod. musei Britann. *add. ms.* n. 27349 f. 112.

13323 cippus marmoreus. Romae ARMA. VALV.; ad Sanctam Mariam novam CYR., similiter MARC. RED. IVC. qui addit: 'apud templum Pacis', MAZ. qui addit: 'ubi dicitur Simon magus' (unde 'in loco Simon magus' GRVT.) — In aedibus Delphiniorum TORR. CAST. SEG., Marii Delphinii XNIBA. BOISS., nunc Altieri, addit PTOL. — Apud Pacettium sculptorem AMATI. — In hortis Campanae prope Lateranum ROSSI. Exemplum novicium extat Catanae apud Benedictinos.

DIS MANIBVS
AVRELIAE
FORTVNATAE
VIX · ANN · XX
T · AVRELIVS
LEMNVS
VXORI · OPTVMAE

Descripsit de Rossi. Exhibent ex antiquioribus Cyriacus Parm. f. 95, Angelic. f. 27' et Iucundus Veron. f. 19, Magl. f. 44. E Cyriaco Marcanova Mut. f. 71' et cod. Redianus f. 18'; ex Iucundo Mazochius f. 25, corrigitur in emendationibus (inde Grut. 761, 4) et Apianus 298, 5. E posterioribus referunt Io. Bembus f. 30'; Accursius ad Apianum bibl. Ambrosianae; Valvasonius f. 67 n. 313; Knibbius Berol. p. 7; Torrentius Brux. f. 30 missam a Nicolao Florentio; Boissard Paris. p. 259 (in Holmiensi non extat), ed 5, 114; Castalio adv. assert. praen. fem. p. 18; Ptolemaeus sched. 2, 198; Seguier Paris. f. 51; Amati inter Mariniana cod. Vat. 9130 f. 157. — Exemplum novicium, quod descripsit Mommsen, hoc est: D M | AVRELIAE FORTV|NATV VIX ANN | XX AVRELIVS LEM NVS VXORI OPTIMÆ. Cf. vol. X n. 1089*, 53.

V. 1 litteram ab Amatio et Rossio non visam, quae est S, inclinatam exhibui.

13324 arca in atrio aedium vineae Curtii Saccoccia de Sanctis sita in monte Coelio, [reperta?] ad primum lapidem extra portam Labicanam, nunc maiorem MAN.

D · M
AVR · GENEROSE
QVAE · ET · MATRONILLAE
QVAE · VISIT · ANN · III · D · XVI
FILIAE · DVLCISSIMAE
B · M · FECIT
AVR · FELICITAS
QVAE · ET · SABINA

Manutius Vatic. 5253 f. 340 manu ignota; inde, ut videtur, Malvasia 438 et Fabretti 146, 177 'e schedis Vaticanis'.

l. 2 in unum versum contrahunt Malv. et Fabr., qui pariter ambo exhibent 2 extr. GENEROSAE, 4 QVE, unde ex schedis Fabrettii pendere Malvasium probabile est.

13325 tabella columbarii. Apud Ficoronium (fortasse rep. in columbario viae Praenestinae) MVR. Nunc Pisauri in aedibus Olivieri.

AVRELIA
GLYCERA

Descripsit Bormann. Mur. 1784, 33 a Ficoronio.

13326 tabella columbarii. In vinea Ferronia in columbario invento et continuo clauso GVARN.; extra portam S. Pancratii in villa Feronia … a 1735 detectum est ingens sepulcretum prope magnam portam eiusdem villae, in quo apparuerunt columbaria multa ethnicorum et picturae adhuc vividae; sed ulterius processum non fuit MVR. — Catanae in museo Benedictinarum GALL. et adhuc.

AVRELIA · M · LIB ·
GLYCINNA

Descripsit Mommsen. Guarnieri sched. Pisaur. f. 33'; Mur. 1641, 10 missam a Rid. Venuti; Galletti apud Gorium cod. Maruc. A, 77 f. 166. Cf. vol. X n. 1088*, 67.

13327 tabula marmorea. Parieti haeret in via, qua ab officina monetaria veteri ad molem Hadriani itur MAN. (Vatic.); in foro negotiatorio prope viam Iuliam in parieti quodam ID. (orth.); in aedibus Ceuoli WINGH; *nell'officio di Menaldi a' Banchi* PTOL.; *entre la place de monte Giordano e le pont St. Ange* SEG., similiter LVPI. Extat adhuc loco a prioribus indicato *borgo di S. Spirito* 38 parieti inserta. — Via Latina ad III lapidem prope formam Marciae e Tiburtino quadrato LIG. (Vatic., brevius Neap.) fraude.

MEMORIAE
AVRELIAE
GRAPHICIANAE
NVMIDA ET
CATVLVS
MEDAVRIANI

Descripsit Bormann. Manutius Vatic. 5253 f. 383 manu ignota, orth. 163, 4 (inde Ligorius Taur. 3 f. 170' s. v. Aurelia, et Grut. 800, 12); Ligorius Neap. l. 49 (inde Panvinius Vatic. 6036 f. 101'), Vatic. 3139 f. 35 (inde Donius Barb. p. 34); Winghius Brux. 1 f. 11'; Ptolemaeus sched. 2, 507; Lupi Vat. 9143 f. 69'; Seguier Paris. f. 23.

Ad eosdem homines pertinet titulus qui sequitur.

13328 in pilo (i. e. sarcophago) fracto LIG. (Vat. 3439). Via Latina ad III lapidem prope formam Marciae e Tiburtino quadrato LIG. (Vatic. 3439), *in un sepolcro nella via Latina* ID. (Neap. 49), — *presso la via Latina sotto l'aquedotto dell'aqua Iulia Tepula, portata poi in casa di M. Lorenzo Stallo gentilhuomo romano* ID. (Neap. 25 similiter Vat. 6038). — In via Appia LIG (Taur.) fraude. — S. l. MAN. (Vicetiae GRVT. errore).

CATVLO · FRATRI
OPTVMO · PIETATIE
Q · V · AN · XXVI · M · IV · D · VI
NVMIDA AVG · N · SER · VIL
MEDAVRIANVS · ET · AEMIL
PRIMITIVA · MATER
ORIVNDI · EX · AFRICA
COL · THEVESTE

Servavit solus Ligorius Neap. 1 25 (inde Panvinius Vatic. 6035 f. 106) et l. 49 (inde Panvinius Vatic. 6036 f. 81'), Vatic. 3439 f. 39 item in scheda olim solitaria in cod Vatic. 6038 f. 21; ab eo, ut videtur, Manutius orth. 164, 6 (inde Ligorius Taur. vol. 17 s. v Teveste, et Grut. 600, 10); corr. Fabretti emend. ad Grut., qui videtur hausisse ex ms. quodam litteris minoribus exarato, fortasse codice Ligorii Vaticano; Gudius ad Grut. ed. 2 dicitur contulisse, sed cum exemplo potius Ligoriano Taurinensi quam cum lapide

2 OPTVMO Lig. Man., OPTVMAE corr. Fabr. — 4 SERVIL Lig. (Neap.) Man., SERVL Lig. (Vat. 6038, ubi additum est in margine: SERVVLVS); SER omisso VIL Fabr., SER VIL Lig. (Vatic. 3439) recte. — 5 MEDAVRANVS Lig. (Vat. 3439). — AEMIL Lig. Man., CEMIS solus Fabr., quod videtur ortum esse ex *aemil.* litteris minoribus scripto. — 8 THVESTE Lig. (Neap. 25 cum Panvinio 6035), TEVESTE Met (in margine corr. THEVESTE) Man.

Titulum a Ligorio interpolatum esse videntur ostendere et loci indicatio et v. 2, qui indolis est omnino Ligorianae; nihilo tamen minus totum excogitasse non potest. — [5 *Medaurus* deus invenitur in titulis Lambaesitanis VIII, 2581. 2642. TH. M.]

13329 super coemeterio H. Castali

D · M
AVREL · GRESIAE
AMICAE · INCOMPA
RABILI · L · RVERENI
VS · HYLAS · SIBI · LIBER
TIS LIBERTABVSQ POSTERIS
Q · EORVM

Fabretti 643, 366.

13330 in pavimento ecclesiae S. Michaelis AMBR., in burgo, addit MAN.

ET AVRELIA · HELPIDVS · COIVX · ET
AVRELIA · EVTYCHIANE · FILIA
VIVI · SIBI · FECERVNT
LIBERTIS · LIBERTABVSQVAE
POSTERISQVAE · EORVM

Cod. Ambrosianus A, 55 inf. f. 20' (inde Mur. 1641, 7 'e schedis meis'); Manutius Vat. 5241 p. 232.

Vv. div. servasse videtur Ambros. eique exemplum Manutii respondet ita, ut postea indicata sit versuum divisio alia, parum tamen probabilis. 1 TELPIDVS id.; fortasse in lapide scriptum erat HELPIDVS, cf huius vol. n. 78..; Mur. male T · ELPIDIVS. — 2 EVITYCHIANE Ambros. — 3 VIVI om. Man — 4. 5 QVE id.

13331 urna SECCHI. — In vinea Iustiniani DON. SEG, VAT. 7753. — *Fumone nel giardino del palazzo Longhi* SECCHI

D M
AVRELIA ELPIS T AV
RELIO AGILI BENE
MERENTI FECIT CVM
QVEM VIX ANNIS XX

Donius Vat. 7113 f. 36' manu ipsius, cod. Barb. p. 142 'descripsi ego'; Seguier Paris. f. 98; cod. Vat. 7753 f. 68' pessime; schedae Io. Petri Secchi adservatae Romae in bibliotheca Vittoria Emmanuele.

Dedimus fere secundum Donium. Sprevimus exemplum Vat. 7753. — 2 ex. E . . . . Seguier, E LPIS T AV Secchi. — 3 in. RETTO Seg. — ACILI Seg, AQ T LI Secchi. — 3. 4 BENE | / / / MIRINII Secchi. — CVM om. Seg. — 5 in. / / / / / AEM Secchi, in lacuna om. Seg. — VIXIT Don., VIX reliqui.

Ex hac videtur corrupta ea quae legitur in schedis Donianis cod. Marucell. A, 293 p. 219: 'apud marmorariam': AVRELIA ELPIS | VRELIO AVG · LIB BENE | MERENTI.

13332 urna. In hortis Matthaeiorum GVD. PTOL. MALV. FABR. MON. — Roma exportandam curarunt Lisandroni et d'Este sculptores a. 1789 VISC. — In castello Ince-Hall Britanniae BLVND. et adhuc.

D · M
AVRELIA · HERMIO
NE · FECIT · AVRELIO · IN
GENVO · CONIVGI
KARISSIMO · ITEM · AV
RELIVS · PHILANDER
LIBERTVS · PATRO
NO · MERENTI

Contulit Matz. Gudius ms. 566, 2; Ptolemaeus sched. 2, 38; Malvasia 305; Fabretti 61, 362; Mon. Matth. III p. 145 n. 34 et tab. 61 fig. 3; E. Q. Visconti sched. apud Petrum Herculem nepotem; Blundell *collection at Ince* vol. II tab. 140, 141 imaginem, *account of the statues* p. 133 n. 386.

13333 basis magna SEG. Extra portam aedium de Maximis ad quattuor fontes PTOL. MALV.; in aedibus Maximorum SEG. SARTI.

AVRELIAE IANVARIAE
CONIVGI
DVLCISSIMAE
ET INCOMPARABILI
EVGENIVS
MARITVS

Ptolemaeus sched. 2, 177 (inde Mur. 1308, 6); Malvasia 436; Seguier Paris. f. 23; Sarti sched.

1 ex. E non vidit Sarti. — 4 ex. I non viderunt Seg. Sarti.

13334 tabula marmorea. In aedibus Barberinis BOVCH. GVD.; ibidem adhuc in repositis. — S. l. MALV.

AVRELIAE
IANVARIAE
CONIVGI
KRISSIMAE *sic*
IVLIVS MARTIN
VS MER

arbor iacens canis dormiens

Descripsit Bormann. Bouchard cod. Barberin. 30, 182 f. 46, qui descripsit a. 1640; Gudius ms. 608, 3, ed. 266, 3 qui vidit; Malvasia 526 ex schedis Fabretti (inde Mur. 1308, 5).

13335 reperta a. 1862 mense Iunio in vinea Nardi extra portam Piam in fundo *Tor Sanguigna*.

D M
AVRELIAE ISIADI
CONIVGI DVLC
CI DVLCISSIMAE B
ENEMERENTI MAR
ITVS

Servarunt acta curatoris operum publicorum et commercii, qui sub pontificibus fuit.

4 CIBVLCISAAAE B traditur.

13336 s. l.

D · M ·
AVRELIA · IVSTINA
QVAE VIXIT AN · XI.
NAT · PANNONIA
FLAVIVS LVCIVS
HILHER · B · M · F

Ghezzi sched. Angelic. f. 39, qui vidit.

6 videtur esse [*f*]*il*(*ius*) *her*(*es*).

13337, 8 nuper reperta, extat apud Iacobum Bellottium rerum antiquarum venditorem AN. — In aedibus Rondininiis NAR. et adhuc. Exemplum fortasse novicium fuit in hortis Campanae prope Lateranum.

D · M · S B
AVRELIA · IVSTA
SE · BIVA · FECIT · SIBI · ET ·
M · AVRELIO · MAXCO ·
AVG · LIB · CONIVGI · ET ·
M · AVRELIO · APRO · AVG ·
LIB · FILIO · DVLCISSIMO
ET · LIBERTIS · LIBERTABVSQ
POSTERISQVE · EORVM ·
DOMITIA · PALAESTRICE
EMIT · HVNC MONIMENTVM
SIBI ET · SVIS

Descripsit Reifferscheid exemplum Rondininianum imminutum, Campanianum de Rossi. Illud exhibent Amaduzzi *nov. Florent.* 1763 p. 764 (inde Donati 326, 10) integram; Marini Vat. 9126 f. 131 imminutum ut nunc est.

Vv. 10. 11. 12 non viderant Mur. Reiff., item desunt in exemplo Campaniano, quod praeterea vv. 8. 9 ita exhibet: ET · LIB · LIBERTABVSQE (*sic*) | POS · EORVM

13339 tabula marmorea. Apud Vescovalium AN. FEA. Nunc in museo Laterano in repositis.

D · M
AVR · LAMPYRIS
T · AEL · AVG · LIB
GELOTI · CONIVGI
B · M · F ·

Descripsi. Amati Vat. 9747 f. 14; Fea sched. p. 166.

13340 in vinea Frediani, *alle tre Madonne* AN. Collocata a. 1855 in museo Vaticano, ubi extat (*Gall. lap.* omne genus VI).

D · M
AVRELIAE LAVRE
NTIAE FILIAE DVL
CISSIMAE Q · V A I ·
M III · D XX · M · AVR
IVLIANVS · ET · BOV
DIA · LAVRINA PA
RENTES · FECERVN *sic*

Descripsit de Rossi. Amati Vat. 9737 f. 70.

13341 urna striata, littera non mala. In hortulo prope sacristiam S. Angeli *alli corridori di Borgo* humi iacens.

D M
AVRELIAE
LICINNIAE
ANIMAE
INECTE *sic* MAR.

Marini Vat. 9123 f. 83.

13342 cippum esse indicat exemplum Ptolemaei. *Nel horto de' Bogmni per andare a Ponte Molle.*

D M
AVRELIAE LVCILIANES
FILIAE DVLCISSIMAE
VIX · AN I · MENS · III
PARENTES F

Ptolemaeus sched. 2, 455 (inde Mur. 1137, 9 'e schedis meis').

13343 sarcophagus. Repertus a. 1857 in fundo *del Corvo* sive *dell' arco di Travertino* ACTA. In vinea olim Poniatowski extra portam Flaminiam DE ROSSI; in villa Gentili MATZ.

AVREL ·
LVCIO
SAE
DVLCIS
SIMAE

Descripsit de Rossi, contulit Matz. Est etiam in actis curatoris operum publicorum et commercii, qui sub pontificibus fuit.

13344 cippus marmoreus in museo Vaticano (*Gall. lap.* coniug. II).

D · M ·
AVRELIAE · L · F ·
LYCHNIDI
CN · NVMISIVS
ATEBIANVS
COIVGI · OPTI
MAE · FECIT ·

Descripsi.

13345 sarcophagus marmoreus SARTI, nunc extat tabula ex eo exsecta, *Via delle Muratte* n. *70* in scalis SARTI. — A se emptam Grandi servavit primum in vinea sua a regione basilicae S. Sebastiani via Appia sita, post in aedibus suis via *Bocca di Leone* n. 32 in impluvio.

D M
AVRELIAE MAEGISTAE
ALVMNAE QVAE
VIXIT ANNIS · XVII · M III

Descripserunt Bormann et Grandi. Aem. Sarti sched.

13346 apud Franciscum Bianchinium.

D M
AVRELIAE · MAGNAE · CONIVGI · CARIS
SIMAE · QVAE · MECVM · CONVIXIT · ANN
XXXV · AVR · ALEXANDER
CON . . . . . .

Maffei M. V. 310, 3 ex schedis Blanchinii.

13347 sarcophagus marmoreus. E coemeterio Pontiani, extra Romam MALV. — In villa Carpinea via Aurelia MAFF. et adhuc.

protome feminae *genius* AVRELIAE MAGNAE *genius* *protome viri*
SORORI KARISSIMAE
VIXIT · ANN · XX XXVI
MENS · II · DIE · B · VII
ET
AVRELIAE PRISCAE
MATRI PIISSIMAE
VIX · A LIII · M · VIII · D · X III
· AVR · PRISCVS

Descripsit de Rossi. Malvasia 524; Maffei M. V. 265, 8.

Partem dexteriorem tituli, quam linea separavi, omittit Malv., lapidem fractum dicens.

13348 tabula marmorea in museo Kircheriano amplificato.

AVRELIAE · MAR
VLPIA · MARC
. . . VIXIT · ANN . .

Descripsit Mau, contuli ipse

13349 in ecclesia S. Sebastiani MARC. — In S. Sabba RED. fortasse rectius

AVR · MARCELLAE
CONIVGI · CARISSIMAE
QVAE·VIXIT·ANN·XX·M VII

Marcanova Mut. f. 70' (inde, ut videtur, Mur. 1308, 7 'e schedis Iulii Antonii Averoldi'); cod. Redianus f. 23 (inde Gudius ms. 929, 1, ed. 266, 6).

Vv. divisio incerta. 1 MARCELLIAE Red.

13350 reperta in vinea Moroni a. 1703/1704 VIGN. — In museo Albano MVR. In museo Capitolino GVASCO MAR. et adhuc.

D · M
AVRELIA
MARCELLA·FECIT
DONATO·AVG·N
EBRNAE·MARITO
BENE · MERENTI

Descripsi. Vignoli col. Ant. 203 (inde Mur. 992, 8), qui vidit; Guasco M. C. 481; Marini Vat. 9132 f. 193.

13351 in domo Benedicti Farnesis, praecedit apud SAB. (Marc.) ACC. — Prope apothecas obscuras, praec. apud SAB. (Ott.).

AVRELIAE
MARCELLINAE
FILIAE·B·M

P. Sabinus Marc. f. 125, Ottob. f. 87'; Accursius Ambros. D, 420 f. 23' (inde Mur. 1137, 10 'e schedis Ambrosianis').

Vv. divisio incerta.

13352 tabula marmorea in museo Kircheriano amplificato.

D M S AVRELIA · MARCI
A·NATIONE·TRAX·CIVITATE
PROMESIANES

Descripsit Mau, contuli ipse.

2. 3 civitas alibi non memoratur.

13353 in aede S. Salvatoris de Cachabariis, regione Harenulae.

D · M · E · AVRELIA MA
RCIA FILIS DVLCISSI
MIS AVRELIO GAIANO AV
RELIO MARCIANO AVRELIO
LONGINIANO FILIIS DVLCISS
IMIS FECIT ISCELESTA MAT
ER / / / / / / / / / / / /

Accursius Ambros. D, 420 f. 43 (inde, ut videtur, solos vv. 1—5 Mur. 1137, 11 'e schedis meis'), qui vidit.

1. 2 MA|MARCIA Acc., per dittographiam, M·F· MARCIA emendavit Mur.

13354 in villa Patriciorum extra portam Piam.

D · M
VIBA · FECIT
AVRELIA · MARCIA
SIBI · ET · MARGARIDAE
CAESARIS · N · VERNAE
CONIVGI·MEO·ET·LIBERTIS
LIBERTABVSQVE·POSTERIS
QVE · EORVM

Descripsi. De Rossi *bull. arch. crist.* 1865 p. 54.

13355 tabula marmorea litteris bonis. Romae apud Ficoronium FIC. — Apud Petrarchium ODER. — Roma advecta Perusiam a. 1780 AM.; Perusiae nuper Roma advecta et collocata in atrio coenobii S. Petri SCVT.; in coenobio S. Petri GAL.; in museo universitatis VERM. et adhuc.

D M
AVRELIAE
MARCIAE
V·A·VII·M·II·D·X
L·AVRELIVE
APOLLOTHYMAE
FIL·DVLCISSIMAE
FECIT
. . . . *IN AGR P IIII*

Contuli ectypum. Ficoronius misit Muratorio d. 3 Aug. a. 1740, qui ed. 2055, 2; Oderici sched. Gen. f. 6; Amaduzzi sched. Savignan. f. 47, quem nos contulimus; Scutillo historia Perusina ms. p. 505; Galassi *pitture di S. Pietro* p. 38 n. 75; Vermiglioli *iscr. Perug.* 457, 14.

8. 9 quas nunc desunt, dedi inclinatis. 9 habet solus Od., versum evanidum significat Verm., om. ceteri.

13356 tabula marmorea. In basilica Vaticana, olim in sacrario vetere CANC. Adhuc in aditu sacrarii basilicae Vaticanae parieti inserta.

D M
AVR · MARIAME RA
RI·EXEMPLI FEMINAE
FILII FILIAE QVE
NEPOTES ET GENE
RI·
BENEMERENTI·

Descripsit Bormann. Cancellieri sylloge vet. monum. p. 1765 n. 9.

13357 lapis repertus a me in coemeterio Cyriacae BOLD. — In museo Veronensi MAFF. et adhuc (n. 499).

AE MAX
AVRELI — *protome delineata* — ENTIAE
N XVIII

Descripsit Mommsen. Boldetti *cimiterj* p. 297 et aeri incisam p. 298; Maffei M. V. 166.

13358 lapis litteris ad sepulcrum abversis claudendo loculo adhibitus. In coemeterio Praetextati via Appia.

D M
AVRELIAE · MAXIMAE
CONIVGI·BENEMERENTI
VALERIVS CARICVS

Descripsit de Rossi.

13359 tabella marmorea SMET. — Romae FAVN. In foro Traiano in aedibus Coritii ACC. — Ad viam latam apud Franciscum Romanum SMET.

D · M · S
AVREL · MESTRIANETI
FILIAE · DVLCISSIME
QVAE·VICXSIT·ANNIS·QVATTOR
AVREL · MISTHER · PATER
ET · SIBI · ET · SVIS
LIB · LIBQ · POST · EORVM
Q · HH · SS

Brunelleschi f. 54'; Accursius Ambros. D, 420 f. 15' (inde parum accurate Mur. 1138, 1 'e schedis meis'); Smetius 119, 3 (inde Grut. 672, 2, ex quo Orelli 4726) qui vidit.

1 AVRELI Brun. — MESTRIAN·ET Smet. — 3 DVLCISSIMAE Smet. — 4 QVE Brun. — VIXSIT Acc. — 5 MISTIPER Brun., MESTRIPER Smet. — 7 om. Brun. — LIB om. Acc.

13360 in protome feminae. Originis incertae Berolino allata Parisios in museum Napoleonis VISC. Iam reportata Berolinum extat ibi in museo (n. 374).

D M
AVR · MONNINAE
FILIAE
DVLCISSIM
PARENT · FECERVNT·
ALEXANDER·AVG·LIB
ET
VMBRICIA · AMMIAS
VIX · AN · XVIII

Descripsit Friedlaender, contulit Huelsen. E. Q. Visconti cod. Paris. 7 f. 294 et f. 336, *iconogr. Grecque* 1 p. 399.

6. 8 eidem homines nominantur in titulo supra n. 13159.

13361 Romae SABB., in domo d. Gentilis Baffi IVC., Petri (sc. Tebaldeschi) Romani SAB., de Tebaldeschis SMARS., Albertini (sc. Tebaldeschi) ACCVRS.

D · M
AVREL · MVSE
QVE VIXIT·AN
II·M·VIII·D·II
FIL·DVLC·AVR
VERECVNDVS
PATER

Iucundus Veron. f. 41, Magl. f. 65; P. Sabinus Marc. f. 135, Ottob. f. 106; cod. Ambrosianus A, 55 inf. f. 34' (inde Mur. 1138, 2 'ex schedis meis et Iucundo'); Io. Bembus f. 31'; Accursius Ambros. D, 420 f. 57.

Vv. divis. servavit Ambros. 1 om. Ambros. Accurs. — 3 QVAE Iuc. Sab. (Marc.), QVE ceteri. — VIX Sab. Ambros. — ANN Ambros.

13362 Romae in villa Matthaeiorum PTOL. SEG. — Albani apud Cavaceppium MAR.

D · AVRELIA · NEA · M ·
EE·VIVA·FECIT·AVR·IVLIO
ALVMNO·EVO BENE·MEREN
TI · QVI · VIX · ANN · XVIIII·
MENS · IIII · DIES · XXIII

Ptolemaeus sched. 2, 17 (inde Mur. 1439, 4); Seguier Paris. f. 72; Marini Vat. 9131 f. 126.

4 litteram extantem habet solus Mar.

13363 tabula marmorea. Romae in museo Kircheriano.

D · M
AVRELIA · OnesIME
SE VIVA·FeciT SIBI·ET
AVRELIE SuCESSE ·
MATRI · EVAE · ET ·
EVTYCHIANO · ET ·
HERMETI · ET · FELI
CISSIME·ET·SVCESEE
ALVMNIS · EVIS ·

Descripsi.

13364 *'fuori di porta Salaria in una vigna* (dicitur alio loco *vigna de' Capocefali*), *nella quale fu trasferito dal luogo del cimitero di S. Trasone, copiato dal Torrigio a dì 24 di Marzo 1629'* BARB. f. 55 (vinea, in qua fuerunt coemeterium S. Thrasonis et ecclesia S. Saturnini, fuit tum Hieronymi Favale; cf. ibid. f. 56).

D · M · B · E ·
AVRELIE OPTATILLAE
RAGONIVE·SSNERVS
CONIVGI·SVE·AMANTISSI
ME · CVN QVEN · VIXIT
ANN VIII·QVE XIT·ANN·XI. *sic*
E·M·F·CVN·FILIA·IENVARIA

Cod. Barberin. 31, 26 f. 55 et 56 ex schedis Turrigii.

13365 tabula marmorea in museo Laterano in repositis.

AVRELIA
OPTATA

Descripsit Detlefsen a. 1861.

13366 in S. Eustachio.

· S · S ·
AVRELIAE OPTATA·
QVÆ VIXIT ANNIE
BENE MERENTI·I·E

Winghius Brux. 1 f. 15.

1 s(ecuritati) s(acrum). — 2 OPTATA traditur. — 4 fortasse (uno) s(emis).

13367 in S. Onophrio praecedit apud SAB., in cuius codice Ottoboniano titulus hic coniungitur cum recente *Antonio Septimuleio Campano* cet. qui adhuc extat in S. Onuphrii in vestibulo.

AVR · PETRONILLAE
FILIAE DVLCISSIMAE

P. Sabinus Marc. f. 211, Ottob. f. 110.

Vv. divis. incerta.

13368 tabella columbarii in hortis Campanae prope Lateranum.

AVRELIAE
M·L·PHYLLIDI

Descripsit de Rossi.

13369 tabella columbarii in hortis Campanae prope Lateranum.

D · M
AVRELIAE
PIETATI
M · AVRELIVS
AVG · LIB
QVINTVS
MARITVS·FEC

Descripsit de Rossi.

13370 in marmore albo, s. l.

ab una parte litteris bonis altis unc. 3 lin. 10:

S DEO
IPRAE
T̲A̲ T̲M̲

ab altera parte litteris aevi sequioris:

D M
AVRELIAE · PRIMAE · QVE
VIXIT · ANNIE N · V
MENEES · DECEM
DIES · QVINQVE · AV
EELIVS·PRIMVS·ET·LICINEIA
PARENTES · DVLCISSIM

Fea sched. p. 89 manu ignota.

13371 in museo Vaticano (*Gall. lap.* incert. 1).

ATI · ANN · XXXVIII
*compara*VIT·ET·SIBI·ET·EVIE·LIB·LIBERTABVS·
*que poster*EIS·QVE·EORVM · ITEM · AV·
*re*LI · A · PRO · CLA · FECIT·
sibi et · SV·IS · LIB · LIB · POST·
*que eo*RVM

Descripsi.

13372 tabula marmorea litteris pessimis, in museo Vaticano (*Gall. lap.* parent. II).

D · M · S ·
AVREL · PVBLICIE · MODERATAE ·
FILIE·KARISSIME · QVE·VIXIT·ANNIS
XIII·MENSIB·II·DIEBVS·III·ET MARCO
AVRELIO · IVLIO · MODERATO FILIO
DVLCISSIMO·QVI·VIXIT·ANNIS DVO
BVE · MENSIB · II · DIEBVS · SEX
M AVREL · MODERATVS · PATER
ET SIBI · FECIT

Descripsi.

13373 tabula marmorea. Apud me FABR. — Nunc Urbini in aedibus ducalibus cl. XV.

AVRELIA · SABINA ·
ANNORVM
XXII

Descripsit Bormann. Fabretti 2, VIII

13374 in parvo sarcophago, Romae prope aedes DD. de Sfortiis.

AVREL
M · F
SABINAS

Malvasia 327.

13375 *nelle therme di Traiano Augusto.*

AVRELIAE · SALVIAE
THEODORAE · H · F
PATRONAE
PRAEE(TAN)TISSIMAE
AVRELIVS · ALEXANDER

Ligorius Neap. l. 34 p. 155: ex eo Panvinius Vatic. 6036 f. 96' (inde Donius Barberin. p. 190 'ex schedis Manutii bibl. Vatic.', et Malvasia 489 'ex schedis Vaticanis'; ex Malv. et Lig. Neap. parum accurate Mur. 1521, 12).

2 h(onestissimae) f(eminae) — 4 PRAESTANTANTISSIMAE traditur, em. Malv.

13376 tabula marmorea originis urbanae. Senogalliae in aedibus Baviera GVARN. et adhuc.

AVR · SALVILLA
AGATHONICO ·
ALVMNO · FEC
V·AN·Ī·M·Ī·D XXVI

Descripsit Mommsen, contulit Bormann. Guarnieri sched. Senog. f. 3 n. 1, qui descr. a. 1783.

13377 tabula marmorea. Apud me FABR. Nunc Urbini in aedibus ducalibus (cl. XVIII).

D M FATORVM ARBITRIS
AVRELIA·SECVNDA·SE VIVA FECIT SIBI
ET·AVRELIO OPTATO·FILIO DVLCISSIMO
QVI·VIXIT·ANNIS·VII · MENSIBVS · X ·
DIEBVS·XVIIII·LIBERTIS·LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE · EORVM ET·QVI·NASCEN
TVR · AB · ILLIS · HOC · MVNIMENTVM
IN·FRONTE·PEDES·X·IN·AGRO·PEDES·XV
AREA · PEDES · XVII · H · M · D · M · A ·

Contulit Bormann. Fabretti 87, XI.

13378 pessimis litteris. *Ritrovata in un colombario giusto fuori la porta odierna Latina ed ieri era venduta a me* FIC. (Maruc. 140); a Ficoronio donato meum museum exornavi GORI (vide infra). — Mediolani in bibliotheca Ambrosiana ex museo Abbatis Menatti MARINI. Ibi frustra quaesivit Mommsen.

D · M
AVRELIA SECV
NDA ARISTOLAO
MARITO CARISSI
MO DVLCISSIMO
BENEMERENTI CVN
QVO VIXI ANNIS XXV
M · VI DIEBVS VIII ·

Ficoronius misit Gorio epistulis d. 8 Aug. 1733 cod. Marucell. A, 62 f. 140 et d. 25 Ian. 1738 ibi f. 11 at destinatam museo Gorii (inde Gori I. E 3, 32, 42) et in schedis cod. Marucell. A, 6 f. 476'; idem exhibet apud Marinium Vat. 9123 f. 2' et apud Muratorium ed. 1303, 13; Mur. sched. Matin. ab Ign. Mar. Como Neapolitano missam d. 15 Sept 1733; Seguier Paris. f. 229. Mediolanum translatam proponit Marini Vat. 9128 f. 79' a se descriptam.

Cum consentiant exempla Ficoronii Maruc. f. 140 et Marinii, sprevi quae in litteris barbaris repraesentandis aliter exhibent ceteri.

Una repertos esse titulos

d. m | *M. Ulpio Ner.* | *Quinta Glevi* | *md. fr.* = VI, 3346
M. Sepunius | *Nicephor* (Mur. 1616, 5)
Valeria. Ɔ. l. Lyciaca (Orelli 3038)
d m | *Val. Proclae* (Mar. 1413, 11)
d m | *Viciae Cherusa filiae* (Guasco M. C 628)

tradit Ficoronius (Maruc. f. 140).

13379 collocatus a Dom. Passionei in secessu Tusculano PASS. — In suburbano comitis Galletti GALL. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* suppl. coniug. 111).

D · M
AVRELIA SEPTI
MINA · AVRELIO
PAREGORIO CON
IVGI · INCONPA
RABILI · B · M
FECIT ·

Descripsi. Passionei p. 63 n. 16 (inde Donati 392, 6); schedae Pauli Gallettii apud I. B. de Rossi.

13380 tabula marmorea. Rep. versus portam S. Sebastiani MAR. DON. — Bononiae in atrio instituti scientiarum TAD. MVR. GVARN. Nunc Bononiae in museo publico. Exemplum novicium est Bononiae in aedibus Zambeccariorum.

D · M
AVRELIAE · SERVANDE *sic*
FILIAE · DVLCISSIMAE
LAPPIA · NICE · MATER ·
BENE · MERENTI · FECIT ·
QVAE·VIXIT·ANNOS ·XX··
MENSIBVS · VIII ·

Exemplum genuinum descripsit Zangemeister, contulit Bormann. Gori cod. Marucell. A, 6 f. 154 ex schedis autographis Stoschii; ex iisdem, ut apparet, Donati 351, 2; Index Bononiensis olim Corrisieri p. 5 n. 7; Muratori sched. 21, 231, ed. 1138, 4 descriptam a Gherardo; Guarnieri sched. a. 1776 f. 6 n. 35. Exemplum novicium descripsit et damnavit Bormann a. 1880. Cf. vol. XI n. 101*, 34.

13381 s. l. (fortasse in hortis cardinalis Medicis).

AVR·SILCIAE ADIECTV
LAE DVLCISSIMAE
QaE HXIT ANN · II
MESIBVS · VIII ·
DIBBVS · XXI ·
PARENTES
· FECERVNT ·

Winghius Brux. 2 f. 8.

1 SILCIAE. — 3 *qe dixit* traditur; scriptum fuit opinor BIXIT.

13382 tabella marmorea originis sine dubio urbanae. Pisauri apud Passerium PASS. Pisauri non repperit Bormann.

AVRELIAE · SOTERIDI	ET IANVA
MATRI·PIENTISSIMAE	KARIS·ET B*ene merenti*
F · AVRELIA · VITALIS	
ET · SIBI	

Passeri antiq. Tadert. ms. n. 166.

A dextra ut integra datur.

13383 in museo Sabatino.

D M
AVRELIAE · SPENIS · T · L
MESIVS · HER·MEROS · CO
IVGI · CARISSIME · ET · INCON
PARAVILI ·CON Q · VIXIT · AN
IS · XIII · M · V · D XXVIII · N XI ·
QVE AVTE·VIXIT·ANNIS XXVIII
M · V · D · XXVIII · N · XI ·
· MANES · TVI · SANTE

Fabretti 185, 417.

13384 in arca marmorea, quae nunc pro aquario adhibetur, in coenobio S. Onuphrii.

D · M
AVR·STRATONI[CENI]
FIL·B·M·Q·V·ANN·VI[I]
MEN · V · DIE · XXV
AVR · EVTYCHES · ET
FL · FELICLA
PARENTES

Amaduzzi anecdot. litterar. vol. I p. 467 n. 15, qui descripsit a. 1773.

13385 inter lapides repertos in columbario in principio viarum Appiae et Latinae intra moenia Aureliana; a. 1731—1733 apud Ficoronium MARVC.

AVRELIA	P · PETRONIVS
P · L ·	FAVSTVS
STRATONICE	FECIT · SIBI · ET
	CONIVGI·SVAE

A Ficoronio missam cod. Marucell. A, 6 f. 480 et eodem exemplo Muratori 1309, 2, paullo diverse Marucell. A, 6 f. 483'.

Expressimus exemplum Maruc. 480; in f. 483' est

AVRELIA	P·PETRONIVS
P · L ·	FAVSTVS V
TRATONICE FECIT	SIBI · E
CONIVGI · SVAE	

13386 in coemeterio Cyriacae.

IN HOC CENOTAPHIOLO
M AVR · STRATONICAE·QVI·FACIT
P · LONG · XXIIII · LAT · P·XIIII·
ET · LIB · LIBERTABVSQVE · POSTERISQ
EORVM

Boldetti *cimiterj* p. 446 (inde Mur. 1709, 10).

[2 in. M videtur esse m(*emoriae*). TH. M.]

13387 reperta in vinea Casini extra portam S. Sebastiani MAR., a. 1794 addit VISC. Nunc in *museo* Despuig in insula maiore Balearium.

D · M ·
AVRELIAE · SYNTTNE *sic*
FIL · DVLCISSIME · Q · V · A · XXXII
FECIT · AVRELIA · CSATIA · AVG · LIB
SIBI · ET · SVIS · LIB · POS · EORVM
HERES · HEREDESVE · POTESTATEM
VENDENDI · NON · HABEBIT · NEC · IN
HOC · MONVMENT · EXTER · INFERS|*I · LI*
CERIT · QVISQ · AVTEM · VEL · VENDE|*RE · VEL · DO* *sic*
NATIONIS · CAVSA · IN · ALIENO · N|*OMINE TRANS*
FERES · VOLVER · INFER · FISCO · CCC|*L · H · P*

Descripsit Huebner. Marini Vat. 9126 f. 248'; Visconti sched. Paris. 7 f. 54'; Bover *museo Despuig* n. 95.

8—11 EX. quae nunc desunt, desumpsi ex Mur. Visc.

13388 in S. Stephani in monte Caelio.

d I M
s
SIBI ET AVR TERTVLLÆ CONIVGI
NIO MONTANO TEATRI
ET LIBERTIS

Suaresius cod. Vat. 9140 f. 115; cod. Barb. 30, 136 f. 71.

1 I om. Barb.; est [*d*(*is*)] *i*(*nferis*) *m*(*anibus*). — 2 TERTVLLE Suar. — 3 in. NIO Barb. — 4 ET om. Suar.

13389 tabula magna marmorea. Apud Vescovalium AM. FEA. — Nunc in museo Laterano in repositis.

D · M
AVRELIA · THAL
LIA · FECIT · SIBI ET
FILIIS · SVIS · ET
LIBERTIS · LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE
EORVM

Descripsit Detlefsen a. 1861. Amati Vat. 9747 f. 15; Fea sched. p. 166 manu ignota.

13390 apud Ficoronium SEG. — In museo Capitolino GVASCO et adhuc.

D
AVRELIAE · TY
QVAE VIXIT · A
M · AVRELI*us*
FECIT · C*oniugi bene*
ME*renti*

Descripsi. Seguier Paris. f. 230; Guasco M. C. 465.
2 ex. TY . . ., — 4 AVRELIVS Seg.

13391 sarcophagus operculo insignis in vinea Fiorelli.

D M
AVR VENERE
Q · V · A · I · M · VI
AVR · SATVR
NINVS · FILIO

Descripsit Mats.
5 ex. requiritur *filiae*.

13392 in aedibus Rondininiis MAR. et adhuc.

O · M *sic*
AVRELIA VICTORIA
AVRELIO ACAPETO
FILIO SVO POSVIT
QVI VIXIT ANNIS III
ꝑ

Descripsit Reifferscheid. Marini Vat. 9126 f. 150.

13393 tabula marmorea, originis, ut videtur, urbanae. Bononiae in aedibus Marsiliis sive in typographia IND. SED. GHER. GVARN. f. 30; in instituto scientiarum GVARN. f. 13. Nunc Bononiae in museo publico.

AVR · VICTO
RINA · *VIXIT*
ANN · VIIII · M · VI
D XVIIII PATER

Descripsit Zangemeister. Index Bononiensis olim Corvinieri p. 98 n. 4; Seguier Paris. f. 314; Gherardus misit Muratorio ms. 21, 231, ed. 1140, 7; Guarnieri sched. Bonon. a. 1756 f. 30 n. 4, sched. a. 1776 f. 13' n. 86. Cf. vol. XI n. 101*, 35.

Quae inclinatis dedimus, antiquitus erasa sunt.

13394 tabula marmorea. Bononiae in instituto IND MAR. Nunc ibi in museo publico. Exemplum novicium est Bononiae in aedibus Zambeccariorum.

· D · M ·
AVRELIA · VICTORINA
DONATVM SIBI · AB · AVRE
LIA GEN PATRONA · EVA
OB · IN OPIA · REFICIENDVM
AEL AVG LIB SATVRNINO
MARITO · SVO
SVISQVE · OMNIBVS · FECIT ·
CONSVMMAVITQVE

Descripsit Zangemeister. Index Bononiensis olim Corvinieri p. 33 n. 48; Marini sched Vat., ed. *Arv.* 286. Exemplum novicium descripsit et damnavit Bormann a. 1880. Cf. vol. XI n. 101*, 36.

8. 9 ita habet EX. NOV.: VISQVE OMNIBVS · FEC| ONSVMMAVITQVE.

13395 Romae.

AVRELIA VIDIA
L · AVRELIVS
PRIMVS
CON · BENEMER

Malvasia 523 (inde Mur. 1309, 3).
Videtur corrupta.

13396 s. l.

*au*RENA · BITALIE · CO*niugi* · SVO
*aur*ELIO · PARDO · BENEMERENTI
TITVLVM · POSVIT

P. Sabinus Ottob. f. 144'.

Vv. divisio incerta. 1 REBIA (fortasse IREBIA) — COZIPSI, — 2 ELIOPARDO traditur hiatibus non indicatis.

13397 apud ecclesiam S. Benedicti in pariete cuiusdam domus ITC. — Ad D. Salvatoris in campo prope pontem Sixti MAZ.

D · I · M
AVRELIA · VITALIS
SE VIVA · A SOLO
COMPARAVIT · SIBI · ET
AVRELIO · PROCVLO
CONIVGI · SVO · ET
LIBERTIS · LIBERTABVS
QVE · POSTERISQVE · EORVM

Iucundus Veron. f. 15, Magl. f. 39' (inde Mur. 1309, 4 'e schedis Fratris Iucundi misit Gorius'); Mazochius f. 113' (inde Iacobonius app. ad Font. p. 102, ex quo Grut. 762, 9), non vidit corrector.
Vv. divisio incerta.

13398 in basilica S. Pauli, *nave maggiore dalla 18ª alla 19ª colonna* MARG.; *fra la 4ª e la 5ª colonna* NIC. Nos non invenimus.

XI
*au*RELIAE · Z
I ET · M · AVR *f*
*m*ARTRO SVO *et libertis*
*li*BERTABVS *que poster*
*is*QVE · EORVM
D · EVCARPI
FELICISSIME ET BALERII
POSTERISQVE
in fr. p. . . IN AGR · P · RV

Margarini cod. S. Pauli f. 269, ed. n. 523; Nicolai *basilica di S. Paolo* p. 191 n. 360 vv. 1—6, ibid. n. 361 vv. 7—10.

13399 in S. Pauli via Ostiensi SIRM. PVCC.

AVRELIA ZENONINA
FECIT SE VIVA

Sirmondus Paris. suppl. Lat. 1418, 283 et 1420, 178; Puccinelli *memorie sepolcrali* p. 49 n. 97 (inde Mur. 1642, 3).
2 SIBI pro SE Pucc.

13400 cippus PTOL. In ecclesia S. Stephani de trullo IVC. (male: in S. Stephano rotundo MAZ.); pro foribus S. St. vulgo *del trullo* EMEND. MS. AD MAZ. — *Vicino piazza di pietra in una cappella per la strada* LIG. (Bodl.) — *Vigna dell' Albertino per andare a S. Lazaro* STAT. — In impluvio aedium Barberinorum PTOL. — S. l. LIG. (Neap.) SIRM. BARB.

D · M
AVRELIAE · ZOSIME
AVRELIVS · PRIMITIVVS
AVRELIA · SEVERA
ALVMNAE · SVAE
BENE · MERENTI
PIENTISSIMAE · FECERV *sic*
VIX · ANN · VI · MENS · III
DIEB · II · HOR · VIII · SACRV *sic*

Iucundus Veron. f. 35', Magl. f. 61 (inde Apianus 297, 2, item fortasse Mazochius f. 31, corrigitur in emendationibus editis et manu scriptis; ex eo Grut. 657, 6); P. Sabinus Marc. f. 116; Accursius ad Apianum bibliothecae Ambrosianae; Ligorius Neap. l. 39 p. 214 (inde Panvinius Vatic. 6036 f. 100'), Bodl. f. 156; Ach. Statius Vallicell. f. 184'; Sirmond Paris. suppl. Lat. 1417, 42; cod. Barberinius 30, 92 f. 187' et 31, 26 manu Moronii, ut videtur; Ptolemaeus sched. 1, 238.

Adhibui exempla Iucundi, Accursii, Ligorii, Statii, Barberin., Ptolemaei. 1 D · M · S Acc. — 2 ZOSIMAE Iuc. — 3 PR . . . . . VS Barb. 31. — 4 om. Lig. — 6 BENEMERENT Barb. 31. — 7 FECERVNT Lig. (Neap.), inde corr. FECIT id. (Bodl.), FECERVNT Barb. 31. — 9 SACR Barb. 30.

13401 collocata a Dom. Passionei in secessu Tusculano PASS. — In museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall. lap.* coniug. 1).

O · M · S
AVRELIA ZOTICE
MAVRAE · BENE
MERENTI·DVLCIS
EIMAE·FECIT

Descripsi. Passionei p. 88 n. 29 (inde Donati 407, 9); Marini Vat. 9129 f. 46.

MONVMENTVM AVRVNCEIORVM VIA TIBVRTINA EFFOSSVM A. 1879.

Tituli qui sequuntur tredecim reperti sunt a. 1879 in vinea olim Ventariorum ad portam Tiburtinam, qua de re ita refert Lancianius: '*Nei disterri occorsi per l'ordinamento della stazione del tramway Roma-Tivoli è stato trovato un colombaio di m. 4,35 × 2,80 con alcune iscrizioni ancora murate nelle pareti. Nel fondo del colombaio è apparsa un edicola retta da due mensoloni di travertino con entro una mezza figura di marmo conservatissima, alta m. 0,80. Il volto è d'uomo d'età provetta, imberbe: l'estremità della mano destra si nasconde fra le pieghe dell'abito; la sinistra è appoggiata al plinto*' (in plintho scriptus est n. 13411). Scripti sunt tituli, de quibus nihil adnotavimus, in tabellis marmoreis; servabantur apud curatores viae ferreae Tiburtinae, ubi descripsimus aut contulimus n. 13402. 13403. 13405. 13407. 13409. 13410. Edidit omnes Lancianius in *bull. arch. comunale* 1880 p. 76—79 n. 362—374 (cuius editionis numeros uncis inclusos nostris apposuimus) et solos n. 13404 et 13414 apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1879 p. 41 et 69, n. 13409 et 13411 apud eundem 1880 p. 33.

13402 (363) tabula marmorea longa m. 0,50, alta m. 0,38, litteris parum bonis, affixa ad parietem dextrum monumenti.

HESIODOS · LECT · L	FAVSTVS · BVST · L ANO
AMBACTVS · TECT L	CHARES · L HILAR
EYNTROPVS · HOB · L	HERACLIDA · L HER
PRIMA · ORNAT · L	ANTEROS L DIO
ALCIM · POLIT · L	DROMO L G
FAVSTVS · PIST · L	FAVETA · L E
SECVNDVE · · L	EROS · MAHE · L
PROTOMACHVS · L	PRIMIGENIA MAH · L
PRIMIGENIVS MIN · L	FORTVNATA · ANT · L
PRIMIGENIVS · MAR · L	SATVRNINA ·
VENERIA L	MEDVSA · ANTEROT · L
CHRESIMVS FABER · L	MYSTES·HORR
	LYCHI · TEXTI·

Est iam supra n. 9462 *a*, ubi vide.

13403 (364)

AVRVNC · ANTER · CYB
AVRVNCEIA·C·L·TRYPHE·

13404 (368) *cassa a cinerario composto di quattro lastrine verticali e di una orizzontale che forma coperchio. In questa, lunga m. 0,45, larga m. 0,28 è scritto a lettere minute, assai eleganti.* Nunc latet.

CRVSTVMINVS · HORR · VIX · ANN · XXXIV
V · AVRVNCEIA · ARETHVSA
ARETHVSA·CRVSTVMINO·CONIVGI·SVO·FECIT·ET·SIBI

Lanciani apud Fiorellium *not. degli scavi* 1879 p. 69. Est iam huius vol. n. 9462.

13405 (371)

C · AVRVNCEIVS
MYETE·HORREARIVS *sic*

Idem homo est n. 13402, *b*, 12.

13406 (367) periit aut latet.

C · AVRVNCEIVS · C · L · APPA
PISTOR
C · AVRVNCEIVS · FAVETVE · PISTOR

3 idem homo est n. 13402, *a*, 6.

13407 (365)

C · AVRVNCEI · ANTIOCHI
OLLAE·CONTINENTES·DVAE

13408 (366) nunc in aedibus Conservatorum in repositis.

C·AVRVNCEI·
ANTIOCHI
GEMINIAE MVSAE
MINORIS

Descripsit Dessau a. 1881.
3 litterae consulto erasae sunt.

13409 (369) *cinerario, composto di un'anfora alta m. 0,65, difeso da quattro lastre di marmo verticali, ed una orizzontale. In questa, ch'è pertugiata e misura m. 0,30 in quadro, è scritto:*

D · M ·
foramen
C·AVRVNCEIO EBOT *sic*
PATRONO · B · M ·
SLIVS L · FEC ·

Lanciani apud Fiorellium *not. degli scavi* 1880 p. 33.

13410 (372) stele marmorea, cuius pars superior in formam urnae, inferior hermae instar in minorem latitudinem redacta est.

O · M
C · AVRVNCEIVS · PRIMITIVOS
VIXIT · ANN · II · D · V · H · II
AVRVNCEIA · TIBERTE · MATER · ET
L · BASTICANVS · FELIX · PAT · FIL
DVLCISSIMO · FECERVNT

puer bulla ornatus, sinistra aviculam stringens

13411 (362) in plintho statuae (v. supra). Nunc latet.

C · AVRVNCEIO · C · M · L · PRINCIPI ·
CONLIBERTI ET·CONLIBERTAE
HONORIS·CAVSSA MERENTI

LEIVS ARIANVS APVLEIAE RHO
DOPENI·FILIAE DVLCISSIMAE
QVAE VIXIT ANNIS XXVIII
MENSIBVS VI·DIEBVS IV·PA
RENTES BENEMERENTI
FECERVNT

Mar. 1146, 2 a Ciampinio.

14353 in vinea de Romanis e regione coemeterii S. Callisti.

D · M
XANINIA·NICE·KA
NINIO · VICTORI · FI
LIO·DVLCISSIMO·QVI
VIXIT·ANNIS·XV·MENSI
BVS·VIII·DIES·XVI·MA
TER · DVLCISSIMA
FECIT

Armellini *cronichetta* 1879 p. 123.

14354 in museo Carpensi.

D · M
CANINIA·PIA
DIONYSIO FECIT
CONIVGI·CARIS
SIMO

Manutius orth. 145, 3 (inde Ligorius Taur. 5 f. 64 s. v. Caninia et Grut. 767, 8). Ex Ligorio dedimus inter spurias n. 1530*, errore.

14355 tabula marmorea. In museo Borgiano MAR. — Nunc Neapoli in museo publico.

CANINIA · THYMELE
CARISSIMA·PATRONAE·SVAE
VXOR·L·CANINI·Ɔ·L·EVTIONIS

Descripsit Mommsen I. N. 6962. Marini Vat. 9125 f. 79, ed. *Arv.* p. 249; Fiorelli cat. n. 327. 3 ex. s nunc deest.

14356 originis, ut videtur, urbanae. Regii Lepidi apud Titum Bosium.

CANINIAE VITALI
LVCENSIS
GALBAE·AVG·SER
OPTIMAE
PIENTISSIMEQ
CONIVGI

Fulvius Azzari chron. Reg. ms. post p. 44 (inde Borzani antiquarium Regii Lepidi ms. f. 201' et Mur. 995, 6).

14357 tabula marmorea litteris rudibus. Effossa extra portam Flaminiam in vinea ill^mi marchionis Capponii a. 1745 mense Maio GIORG. — In cavaedio palatii Capponii MAR. — Perusiae in coenobio S. Petri GAL. — Perusiae in museo Universitatis VERM. et adhuc.

D M
M·KANIO·CRESCENTIANO
M KANIVS HERMES ALVMNO
BENE·MERENTI
ET KANIA CASTA FRATRI DVL
DVL·CIS·SI·MO·ET·Q·FABIVS
EVTYCHES FRATRI · BENE
MERENTI FECERVNT
HIC·VIC ANNOS XIX M·XI
D · XX

Descripsit Mommsen partem superstitem, contuli ectypum. Integram exhibent Giorgi sched. Casanat. vol. XVI; Marini Vat. 9125 f. 223, ed. *Arv.* 390, 466; Galassi *pitture di S. Pietro* p. 34 n. 64; imminutum ut nunc est Vermiglioli *iscr. Perugine* p. 451 n. 6.

Quae inclinatis dedi, servarunt Giorgi Mar. Gal. — 5. 6 DVL | DVLCISSIMO '*sic*' Giorg. Mar., DVL|CISSIMO Galassi contra lapidem.

Simul reperta est n. 14363.

14358 tabella marmorea In villa Pellucchia OD. MAR. — Nunc in villa Aldobrandini.

D · M
CANIS EVTYCES *sic*
CANIAE · ELPID
DVLCISSIME
FECIT

Descripsit Bormann a. 1867. Oderici diss. 217, 51 (inde Donati 454, 10), qui vidit; Marini Vat. 9120 f. 378', solum v. 3 ex. correxit *Arv.* 421, 466. 3 ex. ELPIB Mar. (Vat.).

14359 tabula marmorea. Apud Guidium antiquarium FORC. — Nunc in aedibus I. B. de Rossi.

M·KANIVS
LYNCEVS

Descripsit Forcella a. 1864, contulit Kaibel.

14360 a *S. Biasio dell' anello appresso piazza di Siena, overo il crocifisso, overo il cardinale Cornaro.*

SEXTI CANI MANE / / / / / / / / / NA
/ / / / / / SEXTVS CANIVS EVTYCHES
ET·SEXTVS·CANIVS·ONESIMVS·HEREDES

Manutius Vatic. 5241 p. 321 (inde Donius Barberin. f. 202).

1 in. SEXTV traditur.

14361 tabula marmorea. In museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall. lap.* patron. 1).

P · CANIVS
P·L
PRIVATVS
OLYMPHVS·L·F *sic*

Descripsi. Marini Vat. 9129 f. 57'.

14362 apud me FABR. — Urbini in aedibus ducalibus frustra quaesivit Bormann.

CINE
RIBVS
CANIAE·FORTVNATAE



Fabretti 63, 111.

14363 effossa extra portam Flaminiam in vinea Illmi Marchionis Capponii a. 1745 mense Maio.

D · M
KANIAE·M
F·PHOE·BE
C F

Giorgi sched. Casanat. vol. XVI.

4 fortasse *c(onius) f(ecit).*

Una reperta est cum n. 14357.

14364 tabella columbarii. Apud Fr. Ficoronium MAFF. — In museo Capitolino GVASCO et adhuc.

KANIAE
APICI · L
SABBATHIS

Descripsi. Maffei M. V. 301, 8; Guasco M. C. 1111.

14365 originis sine dubio urbanae. Veronae in museo MAFF. et adhuc n. 284.

D · M ·



CANIAE
VENERIAE

Descripsit Mommsen. Maffei M. V. 164, 4 (inde Orelli 4700). Cf. vol. V n. 429*, 80.

14366 tabula marmorea litteris malis. In villa Borghesia aut similiter PRIORES. — Nunc extat Vesontione in museo ex collectione Parisii.

D ∘ M
CANTABER AVG | L'B
CALLISTIQNI *sic*
ALVMNO

Descripsit O. Hirschfeld. Manilli *villa Borghese* (1650) p. 144 (inde Reinesius 11, 68); Gudius ms. 575, 1, ed. ind. CIV, qui vidit; Ptolemaeus sched. 1, 175; Fabretti 247, 1; Montelatici *villa Borghese* (1700) p. 73; Seguier Paris. f. 216; *catal. de la bibl. de Mr. Paris* p. 200 n. 309.

3 CALLISTIQNI lapis, CALLISTIONI Fabr. Seg. corrigentes. — 4 apicem omittunt priores.

14367 tabula marmorea litteris aetatis recentioris. Nuper reperta in vinea del Cinque extra portam Pincianam, nunc in museo Olivieri GIORN., similiter PAC. — Extat Pisauri in aedibus Olivieri.

D · M
MEMORIAE
CANTABR
FEC · OCV
LATIA
PRIVIGNA
B · M · D · S

Descripsit Bormann. *Giornale dei letterati* a. 1754 p. 196 n. 27 (inde Zaccaria *storia lett.* 9, 495, ex quo Donati 384, 13. 406, 9); Paciaudi ms. Parm. f. 31 n. 22.

14368 stele marmorea. In hortis Iulii III pontificis ROISS. OLASCH., hortos cardinalis Medicei via Flaminia nominant CHIS. LIPS., villam Ursinam PTOL. — *In una vigna presso i monti Parioli* VISC.; in vinea Huig MAR.

D · M
T · CANTILIVS
FAVENTINVS
FECIT · SIBI · ET
CANTILIAE · PRI
MITIVAE · CONIVG
B · M
ET · SVIS · POSTERIS
QVE · EORVM

Descripserunt C. L. Visconti et Marucchi. Anonymus Hispanus Chis. f. 16; Boissard Holm. f. 82', Paris. p. 348, ed. 6, 106 (inde Grut. 1140, 4, 'e Boissardi autographis'); Lipsius ms. f. 46, auct. 54, 15 (inde Grut. 767, 9; corr. ed. 2) vv. 6 priores; Ptolemaeus sched. 1, 330 (inde Mur. 1318, 13); Bianchini Veron. 347, 23, qui vidit a. 1706.

14369 urna marmorea. Reperta in vinea Moroni, nunc in museo Ienkins VISC. — Parisiis olim in museo Dufourny, nunc *cabinet des médailles* in repositis.

D M
CANTIAE PRI
MITIVAE · EPI
THYMIAS FILIA
MATRI · PIENTIS
SIMAE

in imagine portae:
ET · SIBI

Descripsi. Visconti sched. Paris. 7 f. 280', *opere varie* t. 1 p. 98 n. 23; Dubois *catalogue de la collection Dufourny* (1819) p. 39 n. 100.

14370 in pavimento aedis D. Ioannis ante portam Latinam.

C A N V L E I
VIXIT ANN · X
CANVLEIO TAV
...MPIAS DE RAGONIA · AP

Donius Barb. p. 40, qui vidit.

14371 in vinea Iulii III.

D M
M · CANVLEIVS
MECIA · AC
CANVLEIA
Q · V · ANN · L

Cittadinius Vat. 5253 f. 279'.

14372 in domo d. Griffoneti IVCVND. — Apud Io. Bapt. Picardinum MUR. errore. — S. l. DON.

DIIS · MANIBVS
C · CANVLEI · C · L · ASCANI

Servavit Iucundus Veron. f. 97, Magl. f. 82' (inde Mur. 1651, 10 'e schedis Iucundi'; ex Iucundianis pendet etiam Donius Vatic. 7113 f. 8, Barb. p. 236, cod. Barb. 30, 182 f. 51' 'ex libro vetere ms.').

Vv. divisio incerta.

14373 in S. Martino (Maria ORVT., errore) in Montibus IVC. — In domo d. Thomae Zambeccari SAB. — In aede S. Petri in vinculis BEMB. male.

DIS · MAN
M · CANVLEIO · GALATAE
PARENTI · ET · PATRONO
BENE · MERENTI
HYGINVS · LIB · ET · ACESIS SOROR

Iucundus Veron. f. 17, Magl. f. 41' (inde Mazochius f. 38, non vidit corrector, at Apianus 263, 2, unde Grut. 935, 8); P. Sabinus Marc. f. 169'; Io. Bembus f. 52'.

Vv. div. incerta. — 1 et 4 suo more Sab. breviata exhibet verba D M et B M. Sprevi errores Bembi.

Lapis hic fortasse ad idem sepulcrum pertinuit ac n. 14376 et 14377, cum in illo nominetur *M. Canuleius Hyginus* idem ut videtur cum Hygino tituli huius. alter vero una cum hoc in ecclesia S. Martini in opus coniectum fuerit.

14374 tabula parva oblonga in aedibus Maximorum.

Q · CANVLEIVS · Q · L · HERACLIDA
CANVLEIA · Q · L · COMOGENIA

Descripsit Dessau.

14375 tabula marmorea. *A S. Agnese*, praecedit apud MAN.; ad S. Agnetis in hortis SVAR., similiter PTOL.; ibidem extat affixa parieti scalarum.

D M
A · CANVLEIVS S
CVBIA BARTIS

Descripserunt de Rossi et Marucchi. Manutius Vatic. 5241 p. 183; Suaresius Vatic. 9140 f. 156; Ptolemaeus sched. 2, 485 (inde Mur. 1651, 9 'e schedis meis').

14376 in domo Prosperi S. Crucis SAB.; in domibus dd. de S. Cruce BAZ.

D · M
M · CANVLEI · TROPHIMI
V · A · X M · VI · D · VI
M · CANVLEIVS · HYGINVS
VERNAE · SVO

P. Sabinus Marc. f. 107, Ottob. f. 20'; inde Iucundus rec. 3 Cicogn. f. 58 et Mazochius f. 120' (inde Grut. 1045, 1), non vidit corrector.

Vv. div. incerta. — 3 ANNOS Sab. Marc. — 4 HYGINVS om. Sab. Ott.

Cf. ad n. 14373.

14377 urna marmorea BARB. Sub aqua benedicta ecclesiae S. Martini in montibus MARCAN., similiter SABIN. BRVN.; in S. Marco in montibus in pila aquae benedictae errore BRD. IVCVND. 2 (recte S. Martinum nominat IVCVND. 3); in monasterio S. Martini in montibus GVD., similiter SVAR.

D · M
CANVLEIAE · LAVDICES
V · A · XLV · FECIT
M · CANVLEIVS · IVCVNDVS
CONIVGI
SANCTISSIMAE · ET · SIBI
CVM · QVA · VIX ·
ANNIS · XXX

Marcanova Mut. f. 72, cod. Redianus f. 20 (inde Gudius ms. 887, 3, ed. ind. CV), Iucundus rec. 2 Magl. f. 98, P. Sabinus Ottob. f. 135' (inde Iucundus rec. 3 Cicogn. f. 54'; ex eo Piccart n. 75, unde parum accurate Reinesius 14, 38) ex fonte communi; Brunelleschi f. 60; Alciatus Fese f. 86'; Suaresius cod. Barberinius 30, 135 f. 78; Gudius ms. 269, 4, ed. ind. CV fortasse ex schedis Holstenii.

Vv. divis. servarunt Brun. Suar. Gud. — 1 D om. Alc. — 3 XLV Marc. Red. Iuc., XLV · M · X · D · II Alc. — 6 SANCTISSIMA · ET · PIIS Brun., SANCTISSIME · ET omisso SIBI Suar., SANCTISSIMAE om. ET · SIBI Gud. — 7 VIXIT Red. Iuc. Sab. Alc., VIXI Gud. et Suar., qui hoc verbum ad versum sequentem reicit.

Cf. ad n. 14376.

14378 tabula marmorea. Rep. in vinea Nari via Salaria MAR. — Effossa in agro Romano a. 1740, extat Volaterris in museo Guarnaccio GORI. Ibi adhuc.

D · M
L · CANVLLIO ·
MASIDIANO ·
F · CANVLLIA ·
TROPHIME ·
PATRONO ·
B · M

Contulerunt Kiessling et Brunn lapidem, ectypum ego. Marangoni acta S. Victorini 165 (inde Mur. 2084, 9), qui vidit; Gori I. E. 3, 248, 278 a Guarnaccio.

4 ex. A correctam videtur ex O.

14379 tabula marmorea. In coemeterio Callisti MARANG. — In coenobio S. Pauli MARINI NIC. et adhuc.

D · M
C·CAPELLIVS ALEXANDER
CVRTIAE·ACTE·CONIVGI
KARISSIMAE · ET
CVRTIAE AVXESI MATRI
FECIT

Contulit Nissen. Marangoni *cose gentilesche* 395 (inde Donati 406, 15); Marini Vat. 9120 f. 265; Nicolai *basilica di S. Paolo* p. 90 n. 72

14380 tabella marmorea reperta in vinea patrum Praedicatorum ad viam Salariam DESC. — Nunc penes Institutum archaeologicum imperii Germanici.

CAPELLIA·Ↄ·L ARCHE

Descripserunt de Rossi et Descemet, contulit Bormann.

14381 tabula marmorea in museo Vaticano (*Gall. lap.* fratr. suppl.).

· D · M ·
CAPELLIAE·
ROZO MENE·
CONIVGI INCON
PARABILI FLAVIVS
ZOTICVS·B·M·F

Descripsi.

14382 extra portam Latinam RAP. — Chiari prope Brixiam in aedibus praepositi Morcelli LAB.

CAPINIA
REX · L
PHILOTHEA

Ign. M. Raponi misit Caietano Carcano d. 11 Iulii 1786 cod. bibl. Neap. X. C. 79 n. 1; Labus sched. Brixian. (inde vol. V n. 4561).
2 REX·P Lab. — 3 THILOTHEA Rap.

14383 fragmentum tabulae marmoreae repertum in Esquilino, nunc in repositis musei Capitolini.

m
REDI
CEL
DI·E
capiTOLIN
pETRO...

Descripsi.

14384 fragmentum tabulae marmoreae effossum in agro Verano, ut videtur, exstat in museo Capitolino.

capITOLIN
rARISSIM

Descripsit Bormann.

14385 tabella marmorea in villa Aldobrandini in Quirinali.

D M
CAPITOLINO·
FILIO · FECIT · CO
LENDA · ET HERM
ES · PARENTES VIX ·
ANN V·MENS·III·DIEB·XI

Descripserunt de Rossi et Bormann.

14386 titulus in circulum scriptus. Ad aedes Soderinorum extra mausoleum MAN., similiter CIACC.

D·M·CAPITOLIni·PATER · PISSIMVS
FECIT·VIXIT·ANN V·MENS·X·D·XIII

Manutius Vatic. 5253 f. 362 manu ignota; Ciacconius Raff. f. 97.
1 CAPITOLII DE Man., CAPITO LI· Ciacc. — 2 HICIT Man. — MENSIB Ciacc.

14387 cippus litteris bonis MAR. Apud Pierantonium VISC. — S. l. MAR.

D · M
CAPITOLINI
P · IVLI
THEOPOMPI
VERNAE

Marini Vat. 9127 f. 85; Visconti sched. Paris. 7 f. 91.

14388 tabula marmorea rep. in vinea Guerrini extra portam Piam (*via Capo n. 6*) inter ruinas sepulcrorum antiquorum.

A ... caPITOLINA
FILII · OPTIMO · ET · PIENTISSIM
PATRI·FECERVNT·ET·SIBI·ET·SVIS
LIBERTIS·LIBERTABVSQ·
POSTERISQ·EORVM·
IN·FR·P·XV· IN·AGR·P·XV

Pellegrini *rapporto sugli scavi di Roma alla R. Soprintend.* 9 *Sett.* 1873.

14389 a *monte Cavallo nel giardino di Carpi* KNIBB.; ante vineam Carpensem CITT.

..M·EDV·FILIAE·KAris
sIMAE QVAE ACEr
bA MORE SVBLATa
eST QVAE VIXIT ANNO
sxO M VII DIEBVS XVI
hOR · XII · XAPRARIVS
patER DATo MT FECER

Knibbius Berol. p. 34; Cittadinius Vat. 5253 f. 288, qui ex eodem exemplo litteris minoribus scripto pendere videntur.
1 in. nomen quomodo restituendum sit non perspicio. — 3 in. SA Citt. — MORTE id. — 4 QVAE — ANNO id. — 6 KAPRARIVS Knibb., KABARIVS Citt. — 7 DATV Knibb. Citt. — 8 FEC· Knibb.

14390 parvus sarcophagus ad S. Pauli via Ostiensi SIRM. Nunc in claustro coenobii.

CAPRILIA·C·L·HELPIS
D·LABERI · FEST

Descripsit Forcella. Sirmondus Paris. 1418, 57 (inde Grut. 1155, 5) et 1420, 298.

14391 tabula marmorea. In domo quondam Francisci Porcari IVCVND., Iulium vocant GAMM. MAZ., similiter XNIBB. PTOL. SEG. — In domo Io. Ciampolini SAB. male. — In museo Vaticano (*Gall. lap.* patron. 1).

CAPRILIA · Ↄ · L · VITICLA·
SIBI · ET · SVIS·
SEX·SEPTIMIVS·SER·L·EROS·

Descripsi. Iucundus Veron. f. 88, Magl. f. 25 (inde Mazochius f. 136, corrigitur in emendationibus); P. Sabinus Marc. f. 177; Gammarus f. 175'; Knibbius Berol. p. 45 (inde et e Mazochio Grut. 966, 10); Ptolemaeus sched. 2, 247; Seguier Paris. f. 172; Marini Vatic. 9129 f. 63'.

14392 fragmentum tabulae marmoreae repertum in coemeterio Domitillae a. 1879.

D · M ·
capRIOLO·CON
iugi sVO·BENE·ME
renTI · VRBANA
conIVG · FECIT
q. vixit · ANNIS ·
. . . XXX

Descripsit Stevenson.
5 *coniug.* pro *coniux.*

14393 trans Tiberim in domo presbiteri Stephani Paparoni MARCAN. E contrario in RED. praecedit: in S. Maria; apud IVCVND. et PICC. in S. Martino prope S. Hadrianum; apud PING. in contrada S. Mariae rotundae.

D · M
CAPRIOLE · FECIT
REVERVS·COSERV
BENE · MERENT

Marcanova Mut. f. 73' et 76, cod. Redianus f. 21' (inde Gudius ms. 888, 2, ed. ind. CV), Iucundus rec. 3 Cicogn. f. 65 (inde Piccart n. 78), ex quo Reinesius 19, 10, ex fonte communi; Pighius Taur. f. 15, ex Marcanova, ut videtur, licet aliam loci indicationem habeat.
Vs. divis. incerta. — 2 CAPRIOLE omnes praeter Picc. qui corr. CAPRIOLAE. — FEC Red. Iucund. Picc. fortasse recte.

14394 fragmentum tabulae marmoreae in coenobio S. Pauli via Ostiensi SIC. et adhuc.

d M
·APRIOLAES
FAVSTVS
SSIMAE ET PI
*ent*ISSIMAE MERENTI
et LIBERTIS
*libertabusq*VE·SVIE*s*
posterisque EORVM

Contulit Bormann. Nicolai *basilica di S. Paolo* p. 182 n. 329.

14395/6 tabula marmorea. S. l. GHEZZI D'ORV. — Nunc in castello Lowther Castle prope Penrith (Westmoreland).

D · M
CAPVLANVS · FEC·
VICANO·ALVMNO
QVI·VIX·AN·II·M·X·
D · XXVI

Descripsit Matz. Ghezzi sched. Angelic. p. 20; d'Orville Sicula t. II p. 591 n. 50.

14397 tabula marmorea. Reperta a. 1710 mense Decembri FIC. — In museo eminentiss. cardinalis Alexandri Albani MVR. — In museo Capitolino MAFF. GVASCO et adhuc.

CARPINIA · M · L · Ma
VIXIT · AN · XX
IVCVNDA · SVEIS
GRATISSIMA·AMICEIS
OMNIBVS·OFFICIOSA
FVIT

Descripsi. Ficoroni cod. Marucell. A, 189 (Gorii) et apud Reimarum de vita et scriptis Fabricii (Hamburgi 1737) p. 254; Mur. 1652, 3; Maffei M. V. 308, 6 solos versus 2—6; Guasco M. C. 756; Marini Vat. 9132 f. 126. Est iam vol. I n. 1038.

5 OMNIBVS priores, superest ANIBVS.

14398 cippus marmoreus. Inter lapides repertos in columbario in principio viarum Appiae et Latinae intra moenia Aureliana, a. 1731—1733 apud Ficoronium MARVC. — In museo Capitolino GVASCO et adhuc.

DIS · MANIBVS
L·CARIANO·Ɔ·L
SEVERO·ET
urceus L·CARIANO·L·L *patera*
ZOSIMO
FILIO
C · SILIVS
FAVENTINVS · ET
MAGIA · HELPIE

Descripsi. Ficoroni cod. Marucell. A, 6 Gorii f. 483ᵛ; Guasco M. C. 633.

7. 8 idem homo videtur commemorari in titulo infra edendo: *D. M. C. Silio Communi C. Silius Faventinus posuit* (Maffei M. V. 362, 11).

14399 arula rep. a. 1608 ad S. Passerae sive Pacerae, q(uondam) Praxedis via Portuense ad ripam Tiberis MIL.; extra portam Portuensem milliario secundo in veteri sacello Praxedis, vulgo S. Passera SVAR.; in aede SS. Cyri et Ioannis via Portuensi FABR.

CARIANA
CARIANAE
C·BOVIANO·C·F
HYBLAEO · DIV

Mart. Milesius cod. Ferr. I, 344; Suaresius Vat. 9140 f. 105; Fabretti 610, 80.

2 BOVIANAE Fabr. — 3 C·F] CH Mil. Suar. — 4 HYBIAEO Mil.

14400 tabula marmorea claudendo loculo adhibita, litteris ad sepulcrum obversis, reperta in coemeterio S. Hermetis.

D M S
KARICO FILIO
GYMNICO QVI
VIXIT ANNV X
DIES XI FECERV
IVN PARENT

Descripsit de Rossi.

Propter *gymnicum* vide vol. X n. 2132 quaeque ibi adnotavit Mommsenus, item supra n. 10158—10160.

14401 tabula marmorea. Olim apud archiepiscopum Petrensem, inde in museo Vaticano MAR. Ibi adhuc (*Gall. lap.* fratr.).

·ONIS BEN·
CARICO ET GEM*inio*
C · GEMINIO · A
NI·SORORI·ET
ET AELIA DIO ..... *po*
STERISQ*ue eorum*

Descripsi. Marini Vat. 9122 f. 26.

14402 ante domum Iacobi Mathei domicelli rom. CYR., similiter SAB., — II. Mathei SAB., — Ludovici de Mateis BELL.; super hortorum ianuam reg. Transtiberina ACC.; non procul a ponte Cestio trans Tiberim in pariete domus collapsae SMET.; apud Matthaeios trans Tiberim CITT. CAST., similiter LIL.; in aedibus Aurelii Matthaei trans Tiberim MAN.; supra portam horti cuiusdam trans pontem quattuor capitum PTOL. — *Vigna Simbaldi* SEG.

DIS · MAN
M · CARIENIO · M · F
VENVSTO
Q · V · AN · VIII · M · X
M · CARIENIVS · FELIX
ET · CARIENIA · VENVSTA
INFELICISSIMI·PARENTES·FEC

Cyriacus Parm. f. 93ᵛ, Angelic. f. 26; P. Sabinus Marc. f. 157 (inde Sieder Mut. f. 17ᵛ, qui in nota loci magis respondet Cyriaco, parum accurate; ex eo Mur. 1146, 1 'a schedis meis'), Ottob. f. 51ᵛ; Lilius Helmst. f. 123; Beilievre Paris. f. 204; Accursius Ambros. D, 420 f. 63; Smetius 126, 22, qui vidit; Manutius orth. 330, 27; Cittadinius Vatic. 5253 f. 259 parum accurate; Castalio de ant. puer. praen. p. 12 (inde et ex Smetio Grut. 675, 1); Ptolemaeus sched. 2, 478; Seguier Paris. f. 27; cf. Fabretti emend. ad Grut.

Vv. divis. servarunt Smetius et posteriores. V. 1. do Cyriaci, Sabini, Accursii, Smetii, Manutii, Cittadinii, Castalionis, Ptolemaei, Fabrettii. 1 D·M Sab. Smet., om. Cast. — 2. 5. 6 CARENIO, CARENIVS, CARENIA Citt. Cast. — 4 AN·V·D·I·M·X Smet. — M·X om. Sab. (Ott.) — 6 INFELICISS· Sab. (Marc.) — 7 FEC· Cyr. Sab. (Ott.) Acc. Smet. Man., FECE Sab. (Marc.), FILIO Citt., FIL Cast., FO Fabr.

14403 fragmentum lapidis in museo Kircheriano.

RIAE CARAE Coniugi
CAEINVS

Lupi Vat. 9143 f. 6.

14404 in tectorio picta in sepulcro antiquo extra portam Maiorem. Periit.

L · CARISIVS · L · L · GEMELLVS
IVNIAE R L C F L
TERRA · LEVI · TVMVLO · LEVIOR · NE · DEGRAVET · OSSA
PAV//RIS · INPOSITVM · SVSTINET · ARTE · SVPER
IVNIA · FOEMOSAE · INTER · MEMORANDA · PVELLAS
IVNIA · CASTARVM · HOC ES · IN · ORBE · DECVS
IN·CINERES·VERSSA·ESS·TVMVLOQVE·INCLVSA·CICADAE *sic*
DICERIS · CONIVNXS · VNA · FVISSE · VIRI

Edidi descriptam a Pindero *bull. dell' Inst.* 1863 p. 41.

Terra levi tumulo levior ne degravet ossa:
Pau[pe]ris impositum sustinet arte super.
Iunia formosas inter memoranda puellas,
Iunia castarum hoc es in urbe decus.
In cineres ver[s]a e[s] tumuloque inclusa; cicadae
Diceris coniun[x] una fuisse viri.

2 cognomen quomodo restituendum sit, non perspicio: ad litterarum vestigia proxime accedit ALOPE. — 3. 4 hoc fere voluisse videtur is qui versus composuit: terra, levior levi tumulo, ne ossibus gravis sit opto; sustinet ea eum superimpositum pauperis arte. — [7 significatur cicadam per aestatem ad sepulcrum canentem defunctam praedicaturam esse unius viri coniugium expertam. TH. M.].

14405 tabula marmorea litteris paene evanidis. In vinea Ammiana DON. FABR. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* suppl. patron.). — S. l. BOTCH.

CARISIA · Q · L · SIMA
O·CARISIVS·Q·L·SVLLA
Q·CARISIVS·Ↄ·L QVADRATVS
CARISIA · Ↄ · L · ERMOGENIA

Descripsi. Donius Barb. p. 55, qui vidit; Bouchard cod. Barb. 30, 182 f 113'; Fabretti 32, 155.

3 in. 4 in. litteras singulares, quae nunc non apparent, dedimus secundum Bouch. et Fabr.; Donius ponit etiam v. 2 in., contra om. v. 4 in.

14406/7 urnula apud Ciampinum.

D · M ·
C·CARIS
·TANI
MYRÓ
NIS

Buonarroti cod. Maruc. A, 43 f. 90.

14408 tabula marmorea. In hortis Campanae prope Lateranum.

CARIA · Ↄ · L
ATHENAIS

Descripsit de Rossi.

14409 tabula marmorea. Collocata a Ben. Passionei in aedibus ipsius Forosempronicnsibus PASS., ubi adhuc extat.

DI'S · MANIB ·
SACR ·
M · CARMINIO
HERMÉTI · V · Á · B
CLAVDIA · HEROIS
CONIVGI · KARISS
ET · M · CARMINI·S
AGATHÉMER · PÁ
TRI · PIÍSSIMO · ET ·
SIBI·POSTERISQ·S·

Contulit Bormann. Passionei p. 159 n. 22 (inde Donati 395, 3).

14410 *nella vigna di M. Paolo Griffoni, a monte Cavallo.*

D · M
SEX · CARMINIVS
SVCCESSVS
CARMINIAE·PRISCAE

Manutius Vatic. 5246 (lib. 7) p. 68.

14411 cippus marmoreus. Apud Io. B. Guidium antiquarium VISC. NISSEN. — Nunc in museo Kircheriano amplificato.

Q·CARNIVS
CRHESIMVS *sic*
CONIVGI
BEN·M·FEC

Descripserunt Nissen et Mau, contuli ipse. C. L. Visconti *Giorn. Arcad.* vol. 144 (1856) p. 13 n. 17.

14412 tabula marmorea. Apud Vescovalium AM. — Nunc in museo Laterano in repositis.

D · M
CARNIO
EVTHETO
C·CARNIVS
THARAPON
ET·CARNIA
IVSTA
PARENTES
FILIO
PIENTISSIMO
B · M ·

Descripsit Detlefsen a. 1861. Amati Vat. 9750 f. 31'.

14413 reperta in vinea Casini extra portam S. Sebastiani MAR., a. 1794 addit VISC. 54. — S. l. VISC. 84.

C · CARNI
QVADRATI·EM
PTA OLLA AB
ARCA·PVBLICA

Marini Vat. 9126 f. 243'; Visconti sched. Paris. 7 f. 54 et iterum f. 84.

Supra D·M addit, 4 ex. PVBLIC· tradit Visc. 84.

14414 Romae, videtur fuisse apud Ficoronium.

D · M
L · CARPINATIO
MERCVRIO CON
IVGI · B · M
CLAVDIA RESTITVTA
ET CARPINATIA
EDONE
FECERVNT

Mur. 1319, 2 a Ficoronio.

14415 tabula marmorea. In bibliotheca tirocinii soc. Iesu OD. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* parent. I).

D · M
CARPION
V·AN·VIIII·M·X·*d* D . .
FECIT · EVSTO*chius*
FILIO·DVLCISSI*mo*
IVNI · MAVRIC*i*
SERVOS

Descripsi. Oderici diss. 217, 52, qui vidit.

3 ex. 4 ex. quae nunc desunt, servavit Oderici. — 6 Iunius Mauricus potest esse is ad quem scripsit Plinius ep. 1, 14. 2, 18. 6, 14. Cf. Mommsen ind. Plin. p. 415.

14416 in hospitio Leonis prope Tiberim ALT., similiter CETERI.

D · M
CARPOPHORVS·*et*
SATYRISCVS · CAE
N · SER · FECERVNT
L·CORÑELIO·DIOCLE
ET · VLPIANO
ET·CORNELIAE·EVTY
CHIAE
B · M

Marcanova Mut. f. 69', cod. Altempsianus Chisianus f. 25, Alciatus Fean f. 23 — Choler f. 70, Mur. 995, 7 'e schedis meis', ex fonte communi.

Vv. divis. videtur servasse Alt. — 1 om. Marcan. Chol. Mur. — 3 SATYRICVS omnes excepto Alt. — 3. 4 ita Alt. Alc. Chol., CAEN Marc., CAES·N Mur. emendans. — 4 FEC· Mur. — 5 DIOCLE Marc. Mur., DYOCLE Alt. Alc. — 7 CORNELIA Marc. — 7. 8 EVTVCHIAE id., EVTHYCHIAE Alc. — 9 om. Mur.

14417 tabula marmorea. Collocata a Ben. Passionei in aedibus ipsius Forosemproniensibus PASS., ubi adhuc extat.

D M
CARPOPHORO
BENEMERENTI·
COIVGI·Q·V·A·
MECVM · XI · M IIII
QVI·F·AN·XXXXII·
MVNA·COIVX·B·N·M·

Descripsit Bormann. Passionei p. 161 n. 33 (inde Donati 397, 11).

4 seq. *q(ui) v(ixit) a(nnis) mecum (undecim) m(ensibus quattuor), qui f(uit) an(norum quadraginta duorum).*

14418 fragmentum tabulae marmoreae rep. in hortulo prope basilicam S. Sebastiani.

SOMNO · AETE*rnali*
C CARPOPHORVS·SIBI

Descripsit P. Iesualdus a Roma.

14419 apud canonicum Fedinum.

CARPO
ET ADVENTO

Donius Vat. 7113 f. 30, Barb. p. 72 descriptam ab amanuensi.

14420 in domo Dominici Noroandi de Tedallinis.

D · M
C A R P O
M · V E R R I V S
P O M P O N I V S
FILIO · DVLCISS
Q · VIX · A · VII
MENS·VIII·D·VIIII

P. Sabinus Marc. f. 120, Ottob. f. 80: inde Iucundus rec. 3 Ciongn. f. 121 (inde Piccart 192, ex quo Reinesius 12, 99).

Vv. div. incerta. — Sab. Marc. et Ott. adpingunt monogramma ☧, quod si re vera in lapide fuit, non pertinuit ad titulum hunc, qui christianam originem non videtur habere. — 5 DVLCISSIMO Picc. — 7 MENS·VIII (om. D·VIIII) Sab. (Marc.), MENS·VIII·M·D·VIIII id. (Ottob.) (inde MENS·VIII·M·VIII Iuc., M·VIII·D·IX Picc.).

14421 tabula marmorea. Collocata a Dominico Passionei in secessu Tusculano PASS. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* patron. I). — S. l. inter urbanas VALL. (inde 'Capuae' GVT. fraude).

·D· ·M·
CARPO FILIO
DVLCISSIM ·
VIXIT·ANN·II
DIEB·XXVIIII
C A R P V S
CAESARIS

Descripsi. Horatius della Valle in scheda solitaria nunc inserta cod. Vat. 6038 (Metelli) f. 120 (inde per Gutenstenium Gruter 609, 6); Passionei p. 27 n. 10. Ex Grutero I. R. N. n. 3687 et huius operis vol. X n. 521*, e.

Quamquam verum est, Gutenstenium cum Grutero communicasse titulos vere Campanos excerptos ex schedis Vallaei nunc deperditis (vide vol. X n. 3860), hunc tamen et forma et locus ubi duobus saeculis post prostitit omnino urbi adiudicant, ita ut Gutensteniana loci indicatio ex fraude ei solita profecta videatur.

14422 in domo d. Caroli Astalli MAZ.; in domo Iacobi Benzonae prope Marci MET.

D · M
CARPO PHAINVS
ET · E V C A R P V S ·
FRATRI · SVO · B · M
F E C E R V N T
V · A N N · X X
EX DOMO G PORCI MACCONIS

Mazochius f. 144, corrigitur in emendationibus (inde Grut. 846, 4); Metellus ad Mazochium suum, nunc Vaticanum at cod. Vatic. 6039 f. 232.

Vv. divis. servavit Met. — 7 C·PORCI Met. ad Maz.

14423 tabula marmorea. In hortis Campanae prope Lateranum DE ROSSI. — Romae emit a. 1876 Hill Britannus, qui collocavit in villa Rookwood prope Llandaff Britanniae.

D · M · S · C A R P O
CHI — YSIS *sic*
CON — IVGI
BE — NE
MER — ENTI
FECIT·VIX AN LXXX

Descripsit de Rossi. H. M. Scarth *Journal of the British archeological association* 36 (1880) p. 330.

2 intellege *Chrysis*.

14424 cippus marmoreus effossus a. 1851. In agro Verano retro basilicam S. Laurentii.

corona
D M
C A R P I
VLPIA·MARCIA
SERVO
B · M · F

Descripsit de Rossi.

14425 in villa Wolkonsky.

D M
CARPIII · ON
VERNAE · SVO · FEC
ET · PARENTES · SVI
VIX·ANVM·NESES·III· *sic*
DIEBVS XXI

Descripsit Zangemeister.

14426 tabula marmorea. In museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall. lap.* patron. I).

D · M
CARPVS·CAES·
FECIT·P·SVO·
CRASSIANO
SIBI · POSTERIS · QVE
SVIS · B · M ·

Descripsi. Marini Vat. 9129 f. 6.

14427 tabula marmorea. Collocata a Ben. Passionei in aedibus ipsius Forosempronieasibus PASS., ubi adhuc extat.

D *corona* M
C A R P V S · C A E S A R I S
FEC · THALVSAE · CON· *sic*
CON QVA VIX·ANN·XXXIX·
HOR · III · IN FR · P · X ·
IN AGR · P · XII ·

Contulit Bormann. Passionei p. 157 n. 17 (inde Donati 394, 10).

14428 urnula. In villa Montalto PTOL. — S. l. VISC.

CARPVS IMP
TITI CAESARIS
VESPASIANI AVG
SERVVS
VERNA PECVLIARIS
IVCVNDO VICARIO
SVO BENE MEREN

Ptolemaeus sched. 1, 410 (inde Mur. 892, 1) Visconti Paris. Lat. 9697 f. 86.

14429 in vinea Mollnari via Appia, supra coemeterium Callisti.

VERNAE·CAESA
RIS · CARPVS
AVG · LIB·
FECIT

Descripsit Prielm.

14430 tabula marmorea originis urbanae. Meldulae in arce.

d · M
CARPVS
. · CARPO
*pie*NTISSIMO FECIT
*fel*ICLA · LOCO SIBI
ET GEMINIAE PAN
M · LVCCEIO HER *sic*

Descripsit Bormann, qui dubitabat de exempli antiquitate. Morgagni epist. Aemil. XII, 10 p. 73; Rocchi *Journal de philologie* 1846 p. 162 n. 10, qui vidit. Cf. vol. XI a 67* b, 6.

Litterae hinc illinc evanidae colore nigro pictae sunt.

14431 cippus ex lapide Tiburtino in via Appia.

/ ' ////
CARPVS
CAL / / /
IN FR / / P·XX
IN·AGR P·XX

Descripsi.

14432 tabula marmorea reperta in villa Pamfilia a. 1856 vel 1857.

XANDA · AVG · L
CARPVS · AVG · L
E · BEN · MERE
) SVIS

Descripsi ego, contulit Bormann a. 1868.

14433 tabula marmorea. Reperta in vinea Nari via Salaria MARANG. — Volaterris in museo Guarnaccio GORI DON. et adhuc.

V · C · CARRINAS · C · L · CHRESTVS
CARRINATIA · C · L · FAVSTA
ET · FELICLAE · DELICIO

Contulerunt Kiessling et Bruun. Marangoni acta S. Victorini 163 (inde Mur. 2084, 10); Gori I. E. 3, 250, 285 a Guarnaccio; Donati 417, 3 auctore non laudato.

Una reperta et adservata est cum n. 14439.

14434 tabella columbarii. In museo Capitolino GVASCO et adhuc. — Olim in museo Campanae, nunc in Laterano GARR. errore.

C·CARRINATIS·C·L
FLACCI
OLLAE·OVAE

Descripsi ego, contulit Huelsen. Guasco M. C. 788; Garrucci *accenti* p. 22.

14435 tabula marmorea. Reperta prope *Tor Sapienza* a. 1861 ACTA. — Nunc in museo Laterano in repositis.

C CARRINAS·C·L·PHILAR
C·CARRINAE·C·L·ASCLA
SIEI·ET·EVIIS·

Descripsit Bormann. Est etiam in actis curatoris operum publicorum et commercii, qui sub pontificibus fuit.

14436 apud Martium Milesium Sarazanium DON.

C·CARRINAE
C·L·PNILO
CARRINATIA·C·L
SELENIO

Donius Vat. 7113 f. 34, Barb. p. 72 descriptam ut videtur ab amanuensi (inde Fabretti 613, 108 'a schedis Barberinis').

14437 tabula marmorea in hortis Campanae prope Lateranum.

CARRINATIAE
AEGIALE·V·A·EXI
C·CARRINAS HESPER
FECIT LIB·SVAE·E·M

Descripsit de Rossi.

14438 in domo Marii Odi de Guarneriis.

CARRINATIA FAVSTA MARMORIDAE TOL
OLLAS EMIT·IIII·NOMIN· EROTIS HILAEAE
EI MACERIAM INTER . . . .

Mazochius f. 118, non vidit auctor emendationum; inde ex arbitrio correctam Grut. 935, 10.

Vv. divis. incerta. — 1 in verbis MARMORIDAE TOL quid lateat, non perspicio; MARMOR|IDA·ET proposuit Grut., male; IDAE·F· Met. ad Mazochium, ex arbitrio, ut videtur. — 2 NOMINI, — 3 in. E traditur; Grut. proponit L | ET, nimis audacter.

14439 tabula marmorea. Reperta in vinea Nari via Salaria MARANG. — Effossa in agro Romano a. 1740, Volaterris in museo Guarnaccio GORI, similiter DON. Ibi extat adhuc.

CARRINATIA
PRIMA
CARRINATIA C·L·
VERANA

Contulerunt Kiessling et Brunn. Marangoni acta S. Victorini 181 (inde Mur. 2090, 11); Gori I. E. 3, 250, 286 a Guarnaccio; Donati 429, 7 auctore non laudato.

Cf. supra ad n. 14133.

14440 urna aquae sanctae ENEND. MS. AD MAZ. In ecclesia S. Benedicti Tagliacozo IVCVND., in S. Benedicto in platea Tagliacotii reg. Arenulae (est eadem quae dicitur etiam S. Benedicti ad Cotiarios vel S. Benedicti Scottorum, nunc *S. Trinità de' Pellegrini*. Cf. Martinelli Roma ex ethnica sacra p. 79 et p. 347) MAZ. AMBROS., similiter ENIBB.

D·M
CARSIDIAE·HELPIDI
CORNELIVS·ONESIMVS
CONIVGI·SANCTISSIM
BENEMERENTI·FECIT

Iucundus Veron. f. 12', Magl. f. 36 (inde Mazochius f. 118', vidit corrector, et Apianus 295, 2); emendationes ms. ad Mazochium; cod. Ambrosianus A, 55 inf. f. 43'; Kaibbius Berol. p. 23. E Maz. Grut. 767, 10.

Vv. divis. servarunt Ambros. Kaibb. — 1 om. iidem. — 4 SANCTISIM Mss. Ambros.

14441 in domo Angeli prope S. Benedictum.

CARTILIO·ANICETO
CONIVGI BENEMERENTI
IVLIA ASCLEPIODOTE

Mazochius f. 113, corrigitur in emendationibus (inde Grut. 768, 1)

14442 in domo Pauli Pini, regione Columnae ACC. — *Del Colotio* LIG. — Apud antiquarium cardinalis Farnesii via Iulia CITT. — Apud sculptorem Cavaceppi MAR.

D·M
M·CARTILIO
DEXTRO
VARIA·CLYMENE
CONIVGI·B·M·FEC
ET·SIBI·VIX·AN·XXXV
MENS·VI·DIEB·XXIII
CVM·QVA VIX·AN·XX

Accursius Ambros. D, 420 f. 20; Ligorius Neap. l. 39; Cittadinius Marc. p. 158, Vat. 5253 f. 249; Marini Vatic. 9131 f. 121 'a schedis Cavaceppi'. Ex Accursio et Ligorio Mur. 1319, 5.

2 CARTINIO Citt. — 4 CLIMENE Acc. Citt., CLYMENI Mar. — 6 ANN Mar. — 7 totam om. Citt. (Marc.). — XXIII Acc.

14443 tabula marmorea. Apud marchionem Lucatellium Romae a. 1744 GVARN. — S. l. CARD. — Nunc in museo Laterano in repositis.

D·M>
M·CARTILIO>
ITALICO>FILIO>
PIISSIMO>VIXIT·
ANN>XVII>MEN>V>
DIER>IIII>CARTILIA>
GALATIA>MATER>

Descripsit Detlefsen. Guarnieri sched. Pisaur. f. 35'; Cardinali *iscr. ant. ined.* n. 132 ex schedis Propagandae.

Una reperta videtur cum n. 14450.

14444 tabula marmorea. In hortis Campanae prope Lateranum DE ROSSI. — Nunc penes Institutum archaeologicum imperii Germanici.

P·CARTILI·P·L
MVLONIS
SALIVIA·P·L·SEETA
OSSA·HIC·SITA SVNT

Dedit de Rossi descriptam ab alio a. 1841; descripsit Dressel.

14445 apud marmorarium iuxta B. Mariae in Montibus.

D·M
CARTILIO
PROCIO
FECIT
LVCRETIA
PROBA
BENE
MERENTI
VIXIT·AN·XXXI
DIERVS XXIII

Donius Vat. 7113 f. 27 manu ipsius.

Traditur 2 CARTHIO, — 3 PROCIO, — 5. 6 LVCRE-TIA | ROBA.

14446 cippus marmoreus parvus in museo Vaticano (*Gall. lap.* intranti a sinistra)

coluculus onis secreatur

DIIS·MANB
M·CARTILI
RHODONIS
urceus QVI·VIXIT·ANN·II patera
MENSIBVS III·DIES XX
HORIS·VI
M·CARTILIVS·DIVS
PATER·FECIT

Descripsi.

14447 lapis Tiburtinus. In vinea sodalium S. Vincentii a Paulo via Ostiensi, diverticulo quod ducit ad aquas Salvias DE ROSSI. Nunc in coenobio S. Pauli via Ostiensi.

C·CARTILIVS
TRVPO·CAE
... ORBEQ...

Descripserunt de Rossi, Bormann, Hirzel.

14448 in hortis Carpensibus.

CARTILIAE·ACTILIAE
QVAE·VIXIT·ANNO
VNO·ET·MESES·VIII
DIE·VNO·HOR·II
M·CARTILIVS DROMO
FECIT FILIAE
AMANTISSIMAE

Lipsius ms. f. 48, auct. 56, 8 (inde Grut. 675, 2).

14449 tabula marmorea. Apud Fredianium *alle tre Madonne* AN. — Nunc in museo Laterano in repositis.

DIS · MANIBVS
CARTILIAE APATE
M CARTILIVS CLITVS
CONTVBERNALI
BENEMERENTI

Descripsit Detlefsen a. 1861. Amati Vat. 9754 f. 46', 9755 f. 82'.

14450 tabula marmorea. Apud marchionem Lucatellium Romae a. 1744 GVARN. — Velitris in museo Borgiano CARD. — Nunc in museo Laterano in repositis. — Prope Velitras repertam esse tradit CARD. errore.

CARTILIA · EVTYCHIA
M · CARTILI · CLARI · LIB ·
FECIT·SIBI · ET · T · MAGNIO
FRVCTO · CONTVBERNALI
CARISSIMO · BENEMERENTI
E T · M A G N I A E
T · F · A V G E

Descripsi. Guarnieri sched. Pisaur. f. 35'; Cardinali *opusc. lett. Bologn.* = *iscr. ant. ined.* n. 61, *iscr. Velit.* 115, 51. Cf. vol. X n. 948*, 11.
Una reperta videtur cum n. 14443.

14451 in horto S. Mariae Transtiberinae.

LICIANO FILIO CAR*tiliano*
ET CARTILIAE FELICIT*ati uxo*
RI EVAE ET LIBERTIS LI*bertabus*
QVAE POSTERISQVAE EO*rum*
IN FRONT·P XVII·IN AGR*o p . . .*

Marini Vat. 9122 f. 133, cui descripsit Galletti.

14452 tabula marmorea. S. l. SIRM. DON. GVD. FABR. — Oxonii in museo PRID. MAITT. CHANDL. et adhuc.

C A R T O R I A E
E L P I D I
C · C A R T O R I V S
NOBAEVS
VXORI·OPTVMAE·ET
MARTIALIS·AVG·L·ET
ELPISTVS · CAESARIS
MATRI · PIISSIMAE

Contulit Huebner. Sirmond Paris. 1419, 258; Donius Vat. 7113 f. 42 mano ipsius, item confusam cum fragmento infra edendo . . *se vivos sibi et libertis* cet. f. 42' et Barb. p. 156 'dedit Cl. Menestrier' (inde Fabretti 92, 190 'ex schedis Barberinis'); Gudius ms. 129, 2, ed. iod. CV; Prideaux marm. Oxon. p. 144 n. 89; Maittaire marm. Arundel. p. 37 n. 74; Chandler marm. Oxon. n. 24.

14453 tabella, ut videtur, columbarii. S. l. GHEZZI. — A Ficoronio emi ego a. 1727 BIANCH.

L·CARVILI·L·L·ANDREAE
AVRNNIA·Ↄ·L·LEZBIA

Ghezzi sched. Angelic. p. 22 et p. 49; Bianchini Veron. 348 f 123.
1 ANNEAE Ghezzi 49.

14454 in domo P. Simeonis Vitine MAZ. — Ad D. Agnetis MAN.

L·CARVILI·L·L·EROTIS
VICCIA · L · L · HILARA

Mazochius f. 93, non vidit auctor emendationum (inde Grut. 967, 4); Metellus ad Mazochium suum, nunc Vaticanum; Manutius orth. 413, 3.
1 ERONIS Maz.

14455 lapis Tiburtinus in villa Pamfilia.

D · M ·
P·CARVILIVS FORTIS·
FECIT · SE·VIBO · SIBI·
ET · SVIS · LIBERTIS·
LIBERTABVSQVE·
POSTERISQVE · EO
RVM

Descripsit Bormann.

14456 cippus marmoreus litteris pulchris, in villa Pamfilia.

D · CARVILIO
HERMETI
urceus CARVILIA · FELIX *patera*
FILIA · ET
EVHODVS · LIB
BENE · MERENTI · FECER
ET SIBI·POSTERISQ·SVIS

Descripsit Bormann.

14457 in vinea Marcangeli MAR. — Nunc in aedibus Corsiniis in podio ante bibliothecam.

D M
M · CARVILIO · IANVARIO
FILIO · PIENTISSIMO · QVI
VIXIT·ANN·XXII·MEN·II·DIE·XIIII
ET · CARVILIAE · EVTYCHIAE
MATRI EIVS FECIT
M · CARVILIVS · ERASTVS ET SIBI
ET·SVIS·LIB·LIBERTAB·POST·EOR

Descripsit de Rossi. Marini sched Vat. olim vol. 77 ex schedis Reggii

14458 cippus marmoreus in museo Laterano.

M CARVILIO
M F TROM
urceus IVSTO *patera*
V · A · XIIX
DIES · II

Descripsit Michaelis.

14459 tabula marmorea. In vinea Perrucchi extra portam Pincianam GIORGI MAR. — Nunc in villa Aldobrandini.

D · M
P · CARVILIO
LIBERALINI
C·CARVILIVS
C E L S V S
ET · VALERIA
LIBERALIS
FIL · B · M · F

Contulit Bormann. Giorgi sched. Casanat. vol. XVI, qui vidit a. 1736; Marini Vat. 9120 f. 375.

14460 tabula marmorea in hortis Campanae prope Lateranum.

D M
Q·CARVILI·PHI . . . . . . *patris et*
CARVILIAE·NYGIAE *matris q. carvilius*
Q·FILIVS·VENVSTINVS *parentibus pi*
ISSIMIS ET LIBER · L*ibertab. posterisq*
EORVM

Descripsit de Rossi.

14461 tabula marmorea. Senogalliae in aedibus Baviera GVARN. (1783) et adhuc.

A · C A R V I L I V S
Z E T H V S
OLL · EMPTA · AB · PLARIO ·
CHRES
EMIT·CARVILIA·ENILEMA

Descripserunt Mommsen et Bormann. Guarnieri sched. Senog. f. 2 n. 29.
3. 4 *oll(a) empta ab Plario Chres(imo).*

14462 tabula marmorea CIACC. In aedibus Alexandri Panizzi ad viam Ulmi *al capo le case* CIACC. — In palatio comitis a Zolleren GRVT.

D · M
MONIMENTVM·P·CAR
VILI · ZOTICI · FECIT · CARVI
LIA · QVETONIS · PATRONA
ET · CONIVNX
SIBI · ET · LIBERTIS · LIBERTA
BVSQVE·POSTERISQVE
EORVM · HVIC · MONIMENTO
d. m. a. h. m. H · R · N · S

Ciacconius cod. Oliver. Pisaur. f. 133; Grut. 1150, 5 ex autographo domini comitis.
2 MONVMENTVM, — 8 MONVMENTO Ciacc. — 9 om. Grut.

14463 tabula marmorea. Ex museo abbatis Meoatti Florentini, qui Romae emerat, venit Mediolanium in bibliothecam Ambrosianam MAR. Ibi extat.

D · M
CARVILIAE APRODE *sic*
M · CARVILIVS TROPH*i*
MVS PATER DVLCISSIM*us*
ET · M · AVRELIVS PHILO
CONIVGI KARISSIM*ae*
FECERVNT QVAE VI
XIT ANNIS · XX · MEN
SES · VII · DIERVS · XIII
palma corona palma

Descripsimus Kellermann et ego, contulit Mommsen. Marini Vat. 9128 f. 81; Osann sylloge p. 555 n. 22.

14464 tabula marmorea. *Venuta di Roma, hoggi nella villa del sig. Agnolo Galli a Scandicci* STROZZA, similiter GORI; nunc Florentiae in museo Mediceo.

CARVILIA
PRIMIGENIA
VIX·AN·XXX

Descripsi. Strozza cod. Florent. f. 77' (inde Gadius ms. 859, 7, ed. 317, 5); Buonarrotius cod. Marucell. A, 43, cui descripsit Carolus Dati; Gori cod. Marucell. Bandin. 68, ed. I. E. I, 436, 38.

14465 tabula marmorea. Collocata a Ben. Passionei in aedibus ipsius Forosemproniensibus PASS., ubi adhuc extat.

corona
D· M·
CARVILIAE
PRIMIGENIAE
CONIVGI DVLCISSIM·
CASVILIVS·TROPHI
MVS·MARITVS·FEC·

Descripsit Bormann. Passionei p. 159 n. 23 (inde Donati 395, 4).

14466 in museo Ciampino.

D · M
CASVLLI·FAVSTI
VIXIT·ANNIS·V·
CARVLLIA·EPICTESIS
VERNAE·DVLCISSIMO
FECIT

Fabretti 298, 267.

14467 tabula marmorea in museo Laterano in repositis.

D M
CARVL
LIAE·SA
...

Descripsi.

14468 tabula marmorea. In suburbano comitis Galletti GALL. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* parent. III).

D·M
CASO·FILIO
SVO·DVLCIS
SIMO·FECIT
EVANGELVS

Descripsi. Schedae Pauli Gallettii apud I. B. de Rossi.

14469 sarcophagus marmoreus in museo Laterano.

DIS · MANIB
KARI
VIX·MENS XI
urceus DIEB·XXVIIII *patera*
GELASINVS
VERNAE·SVO

Descripsit Michaelis.

14470 fragmentum tabulae marmoreae in coenobio S. Pauli via Ostiensi.

L·CAS
B·M·L·L
...

Descripsit Bormann, contulit Gatti.
3 videtur fuisse *et caru* . . .

14471 arula. In domo D. Pauli Tifernatis, regione Parionis ACC. — In aedibus Sanctae Crucis MVR. errore.

D · M
C·CASATI TAVRI

Accursius Ambros. D, 420 f. 41 (inde Mur. 1652, 8 'e schedis Ambrosianis'), qui vidit.

14472 litteris bonis, ex ruinis sacrarii basilicae Vaticani.

...VNT EXSIGV
...IPRE AMORE·DI
Q·CASCELIO ALVMNO·ET·
M·VLPIVS PHILOCALVS LIB·LIB·POSTERI*sque*

Marini sched. Vat.
1. 2 videntur fuisse versus.

14473 tabella marmorea. Apud Fredianium AM. — A. 1828 illata est in horrea musei Vaticani; nunc in museo Laterano in repositis.

A · CASCELLIVS
A·L APOLLONIVS
VIXIT · AN · LB

Descripsit Detlefsen a. 1861. Amati Vat. 9755 f. 77.

14474 cippus. Collocatus a Dominico Passionei in secessu Tusculano PASS. — In museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall. lap.* coniug. III).

D M
Q·CASCEL
LIVS·FELIX
QVI·ET·
IVSTVS
CLODIAE
VITALI
CONIVGI
B · M
*fe*CIT

Descripsi. Passionei 66, 28 (inde Donati 397, 8); Marini Vat. 9129 f. 21.
2 quadratarius errore primum scripserat Q·CASSEL, deinde emendavit ita ut in lapide cernatur Q·CASEL.

14475 tabula marmorea. In museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall. lap.* incert. I).

A·CASC*ellius*
NICEPOR·
CASCELLIA
V · A

Descripsi. Marini Vat. 9129 f. 65.

14476 frons sarcophagi effossa anno 1857 in vinea vulgo *del Fiscale* finitima praedio vulgo *del corvo*, via Latina lapide ab urbe tertio; adservata ibidem DE ROSSI. — Apud Penellium antiquarium BRVZZA.

D M
QVINTO CASCEL
LIO SERENO PA
TRONO DVLCIS
SIMO CASCELLI
VS MEGISTVS
ALVMNVS ...

Descripserunt de Rossi et Bruzza.
Infra integra est. — 7 ex. lectio certa videtur; quid significetur, obscurum.

14477 in museo Vaticano MAR., ubi non invenimus. — S. I. VISC.

CASCELLIA·Ↄ·L
EROTIS

Marini Vat. 9125 f. 150; Visconti sched. Paris. 7 f. 263', cod. Paris. 9697 f. 93.

14478 tabula marmorea. Collocata a Dominico Passionei in secessu Tusculano PASS. — In museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall. lap.* incert. I).

D · M
CASCELLIAe
TROPHIMe
C·NONIVS
ALEXANDER
L·NONIVS
FORTVNATVS
BENEMERENTI
FECERVNT · ET SIbi
ET·SVIS·POSTERISque
EORVM
IN F·P·VIII·IN·AG·P·VIII

Descripsi. Passionei p. 86 n. 19; Marini Vat. 9129 f. 45.

14479 tabula marmorea. Collocata a Dominico Passionei in secessu Tusculano PASS. — In museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall. lap.* incert. I).

D · M
L·CASPERI
CARICI·
...

Descripsi. Passionei p. 92 n. 52 (inde Donati 429, 16); Marini Vat. 9129 f. 44.

14480 tabula marmorea. In hortis Montalto PTOL. MONTF.; in hortis Negroniis SEG. — Nunc in museo Neapolitano.

D · M
L·CASPERIO
EPAPHRODITO
PHENGIS · VXOR
B·M·F

Descripsit Mommsen I. N. 6993. Ptolemaeus sched. 1, 375 (inde Mur. 1319, 8); Montfaucon Paris. 1293 f. 120; Seguier Paris. f. 29; Fiorelli cat. n. 269.

14481 tabella marmorea. Apud Vescovalium AM. — Nunc in museo Laterano in repositis.

OIS MA *nibus*
CASPERIAE · H
VIXIT·ANNIS
F F C

Descripsi. Amati Vat. 9745 f. 37'.
4 *f(ilius) f(aciendam) c(uravit)* vel *f(ilii) f(aciundum) c(uraverunt)*.

14482 tabula marmorea. Reperta mense Ianuario a. 1775 in vinea advocati Bellieri extra portam Maiorem AM. (sched., similiter anecd.). — S. I. TIBE.

D · M
CASPERIAE · FASSARI
NAE · LIBERTAE · FIDELISSI
MAE · PATRONVS · FECIT
ET·TETTI.NO XENOPHONTI
MARITO · EIVS
IN·F·P·VII·IN·A·P·VII

Amaduzzi sched. Savinian. f. 18 q. n. ct., ed. anecd. litt. IV p. 537 n. 45, cui descripsit Riccomannius; Visconti Paris. 9697 f. 174'.
2 CASTERIAE Am. (ed.) — 5 TETTINO traditur. — 7 FR· pro F Am. (ed.).

14483 tabula marmorea litteris malis. Cameriai apud comitem Palotta.

O · M
P·CASSINIO EPAGATH
YLLO·AEMILIA GEMELLI
NA · CONIVGI · CARISSI
MO · FECIT·

Descripsit Nissen.

14484 tabula marmorea. In aedibus Capponiis SEG. MVR. MAR. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* suppl. parent.).

ascia *protome puellae* *ascia*

· D · M ·
CASSICIAE · VI
TALIS · FECIT
MVNATIA · FE
LICVLA·AVIA·
ET·IVLIA·VITA
LIS · MATER
BENE · MEREN
TI·VIX·ANNIS·
IIII ·MENSIBVS
II · DIEBVS ·
XX I·NICAO
N · AMATOR·
ILLEIVS
ET · HILARVS

Descripsi. Seguier Paris. f. 39; Mur. 1146, 7 a Ramaginio; Marini Vat. 9130 f. 92.
14 *illeius* dictum pro *illius*, scil. Iuliae Vitalis.

14485 fragmentum tabulae marmoreae in coemeterio Callisti.

CASSI
T·SIBI·ET *s*

Descripsit Schmidt.

14486 fragmentum tabulae marmoreae in coenobio S. Pauli via Ostiensi.

ET·FILIIS EVIE I·/
ORI · ET CASSI
LIO·ARTEM·
N·COIVGI · B · M
PARAMONE·
*l*IBERTIS LIBE*rtabusque*
*posteris*QVE · EO*rum*

Descripserant Forcella et Bormann, contulit Gatti. Nicolai *basilica di S. Paolo* p. 180 n. 321.
1 in. ET Nic., |_T ceteri. — ex. Iv.. Nic., I| ceteri. — 4 ex. M habet solus Nic.

14487 in vinea Arrighi causidici ad viam Appiam FABR. MAR.; *prima d'arrivare a S. Sebastiano ultima vigna a mano manca* AM.

O · M
CASSIO
HOMINI · BO
NO · MACARI
VS · MERENTI
FECIT

Fabretti 712, 330; Marini Vat. 9121 f. 38; Amati Vat. 9735 f. 33, 9738 f. 28'.
4 in. NO desinit exemplum Am. 9735.

14488 in hortis Fabianini Montii.

. . CASSIO·PTOLEMAEI·F
. . AEM · AGRICOLA · ET

Manutius Vatic. 5237 f. 175'.
2 fortasse AGRICOLAE, ita ut *Aem.* pro tribu *Aemilia* habendum, versus autem ab initio integer sit.

14489 tabella haec prope aream, quam Sciarrae vocant, ianuae cauponulae nunc affixa.

D · M
C · CASSIO
F E C I T
F R A T E R
BENEMERENTI

Manutius Vatic. 5253 f. 383 manu ignota.

14490 extra portam populi in collibus Pariolis vinea collegii Germanici.

O
M·CASSIO
PIACI

Descripsit Bruzza.

14491 tabula marmorea litteris parum bonis. In pulchro viridario pontificis CITT.; *Belvedere* STAT. PTOL.; in hortis pontificis Vaticanis CAET., similiter SARD. SEG. — In bibliotheca Vaticana MAR. et adhuc.

D · M
L·CASSI ABILLEI
VIXIT · ANNIS
SEXS MEEI
SVS·II DIES
OCTO

Descripsit de Rossi. Manutius Vatic. 5237 f. 119; Ach. Statius Vallicell. f. 107 (inde et ex schedis Vaticanis, sc. Manutii, Donius Barberin. p. 240 et cod. Barberin. 30, 182 f. 53'); Cittadinius Vatic. 5253 f. 290'; Castalio de ant. pueror. praen. p. 17 (inde Grut. 906, 2); cod. Barberin. 30, 182 f. 91; Ptolemaeus sched. I, 186 (inde Mur. 1652 13); Seguier Paris. f. 120; Marini Vatic. 9125 f. 347.

14492 *trovata nella vigna Casini fuori di porta S. Sebastiano.*

O · M
Q · CASSI ABNR
NALIS TITIA HO
NORATA VXOR
EIVS PONENDVM
CVRAVIT

Marini Vat. 9126 f. 249'.

14493 in lapide Privernate effosso a. 1704 in vinea Moroni ad portam Capenam.

EX TESTAMEN
CN·CASSI·CN F·
COL · AGNARI
ARBITRATV
CASSIAE·CN L·
V · NICE

Bianchini Veron. 353 f. 59.

14494 in S. Pauli via Ostiensi ACC., similiter CETERI.

O · M
L · CASSIVS · ALE
XANDER
CASSIAE BASSAE
LIS·ET·CONIVGI
B · M · FECIT

Accursius Ambros. D, 420 f. 71; Manutius Vat. 5253 f. 426; Sirmondus Paris. 1418, 231 (inde Grut. 1150, 6) et 1420, 10; Colonna Vat. 7721 f. 86; Margarini 611 (inde Nicolai *bas. di S. Paolo* p. 245, 834); Puccinelli *memorie sepolcrali* (1664) p. 44 n. 35.
V. 1 om. Marg. Pucc., DIS·MANIBVS Col. — 4. 5 apices in verbis CASSÍAE — LÍS — CÓNIVGÍ solus Accursius exhibet.

14495 cippus ex lapide Tiburtino, in villa Corsina.

M·CASSI·M·L·ANTIOCHI
SCANDILIAI · ANTIOCHI
M · CASSI · ALEXANDRI
CASSIAE · STACTES
INFR · P · XIIX
IN AGR · P · XII

Fabretti 58, 330.

14496 lapis Gabinus in vinea Carpinea via Aurelia.

C · CASSIVS · Q · L
APVLLONIVS
VIVONE
C·CASSIVS·C·F·COL
CASSIA · C · L
EPICARPIA
CASSIA·Ɔ·L · MVS
IN · FRONTE · P · XII
IN·AGRO · P · XIIX

Fabretti 347, 9 (inde vol. I n. 1039).
3 VIVONE traditur.

14497 tabula marmorea. Romae OD., in museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall lap.* incert. 1).

L·CASSI
APTI

Descripsi. Oderici sched. Gen. f. 17' descriptam a Lochinio; Marini Vat. 9129 f. 42'.

14498 tabella marmorea. Apud Vescovalium FEA AN. — Nunc in museo Laterano in repositis.

L · CASSIVS
ARTEMO

Descripsit Detlefsen a. 1861. Fea sched. f. 169 manu ignota; Amati Vat. 9747 f. 22.

14499 Romae, apud Andream Carlaium.

D · M
CASSIO·BASSO
BALERIA VERA
POSVIT

Valerianus ant. Bellun. p. 58 (inde Mur. 1449, 5), qui vidit.
Vv. divisio incerta.

14500 in S. Sebastiani.

q cassio cle
MENHIANO
Q·CASSIVS CLE
MENS PATRI SV
O BENE MEREN
TI FECIT S·e·S·L
L · P · E ·

Cod. Lugd. Papenbroek. 6 f. 105' Grutero missam ab ignoto, fortasse Puteano.
1 MENIIANO. — 5 S·F·S·L traditur; est *s(ibi)* [*e(t)*] *s(uis) l(ibertis) l(ibertabus) p(osterisque) e(orum).*

14501 Romae.

CASSIVS·CL
EMES PIOTI
O·CLE MEN
TI · PATRI

Oderici sched. f. 17' descriptam a Lochinio.

14502 tabula marmorea. Effossa a Fortunatis a. 1861 prope *Tor Sapienza* ACTA. — Nunc in museo Laterano in repositis.

D · CASSIVS · D · L
DAMA · ET
L · EVBRIVS · L · L
HILARVS
CASSIA D ET·L·L
HELENA
IN · FR P · XX
IN · AGR P XX

Descripsit Kiessling. Est etiam in actis curatoris operum publicorum et commercii, qui sub pontificibus fuit.

14503 tabula marmorea. Reperta a Fortunatis prope *Tor Sapienza* a. 1861 ACTA. — Nunc in museo Laterano in repositis.

L·CASSIVS· CASSIAE
EPAPHRA· BRISBE

Descripsit Bormann. Est etiam in actis curatoris operum publicorum et commercii, qui sub pontificibus fuit.

14504 tabula marmorea. Apud Ficoronium SEG. — In museo Capitolino GVASCO et adhuc.

D · M
L·CASSI FELICIS
VIXIT · ANNOS
XXVII · MENS
IIII · DIES · XV
VXOR · PIENTIS
SIMA · CONIVGI
BENE · MEREN
TI · FECIT

Descripsi. Seguier Paris f. 248; Mur. 1320, 5 a Ficoronio; Guasco M. C. 430.

14505 apud Marium Delphinium KNIBB. BOISS., apud Delphinios CAST. TORR.

DIS · MANIBVS
M · CASSI · M · F
GEMINIANI
VIXIT·A·VI·M·V·D XVII
M · CASSIVS·FRVCTVS
ALVMNO · ET · SIBI

Torrentius Brux. f. 29 missam a Nic. Florentio; Knibbius Berol. p. 7; Boissard Holm. f. 68, Paris. p 238, ed. 5, 94; Castalio de ant. puer. praen. p. 5 (ex hoc et Knibbii schedis Grut. 657, 8).
1 DI'S Torr. Boiss. ms. — MANIB Torr. Boiss. — 4 AN·I Knibb.

14506 cippus parvus marmoreus. Collocatus a Dominico Passionei in secessu Tusculano PASS. — In museo Vaticano MAR. et adhuc.

D · M
C·CASSIO
HERMIPPO
LIBERTO o
OBSEQVEN
TISSIMO

Descripsi. Passionei p. 106 n. 3 (inde Donati 424, 23); Marini Vat. 9129 f. 48.
1 in. pars litterae C superest, om. Pass.

14507 s. l.

D · M
L·CASSIO HYGINO FILIO DVL
CISSIMO · QVI VIXIT ANN · V
MENS·VIIII DIEB·XXV CASSI·EPI
TYNCHANVS Et HYGIA PAREN
TES FECERVNT ET SIBI ET SV
IS LIBERTIS LIBERTABVSQ
POSTERISQVE EoRVM
IN · P · P · VI · IN · AG · P · VI ·

Codex Barb. 29, 20 f. 41' manu ignota.
1 ex. A, — 5 EHYGIA traditur.

14508 urna. In S. Pauli via Ostiensi ACC. MARG. PVCC., prope cisternam viridarii coenobii addit MAR. — Fragmentum nunc superest in coenobio S. Pauli. — In vinea Sebastiani Cypriani MVR. errore.

C · CASSIVS · C · *f*
*D · L*I*B* · LONG*INVS*
*V*I*X*I*T* · AN*N* · *V*
MENSIBVS · *IIII*
DIEBVS · *VII*

Descripsit Bormann frustulum quod superest. Accursius Ambros. D, 420 f. 70' (inde Mur. 1652, 12 'e schedis meis'); Manutius Vat. 5241 p. 174 et 5253 f. 372' manu ignota; Margarini 557 (inde Nicolai *bas. di S. Paolo* p. 241, 796); Puccinelli *memorie sepolcrali* (1664) p. 47 n. 75.
Quae nunc desunt, dedi inclinatis. — 1 C·FI· Acc., C·F· Man. Marg., OFI Pucc.; C·ET corrigit Mur., recte. — 2 in. CONLIB· Pucc. — 3 AN· id. — 5 om. Marg. Pucc.

14509 s. l.

D · M ·
L·CASSIVS LONGINVS

Fea sched. f. 303' manu ignota.

14510 sarcophagus marmoreus. In vinea Horatii Muti, in valle Viminali CITT. (Vat.); s. l. ID. (Marc.). — Nunc in villa Sciarra ad primum miliarium viae Salariae ad sinistram.

DIS · MAN
P · CASSI · P · F · PALAT
sic LONGINO · VIX · ANNIS
XVII · MENSE · I · DIES · XXV
CASSIA · P · L · CHARIS
FILIO · PIENTISSIMO · FECIT

Descripsit Detlefsen a. 1861. Cittadinius Marc. p. 68, Vat. 5253 f. 172 (inde Donius 10, 21 'ex schedis Vaticanis' et ex eodem fonte Malvasia 332 'ex schedis Fabrettii'; ex Malv. et Donio Mur. 1146, 10).

V. 3 antea scriptum LONGINO, postea correctum in LONGINI.

14511 s. l. MARVC.

M · CASSI
MEMNONI

Ficoronius misit Gorio a. 1733 cod. Marucell. A, 6, item d. 18 Iul. 1733 cod. Marucell. A, 62 f. 49 et Muratorio 1615, 18. Dedimus iam supra n. 7236, ubi cf. quae adnotantur in addendis.

14512 apud Clementem statuarium prope S. Laurentii in Lucina DON. (Barb.). — S. l. ID. (Vat.). — In hortis Coelimontanis Matthaeiorum GVD. PTOL.

CN · CASSIVS · CN · L
PAMPHILVS
CASSIA · CN · L
PRIMA

Donius Vat. 7113 f. 35', Barb. p. 72 (inde Malvasia 332 'a schedis Barberinis'); Gudius ms. 542, 4, ed. 317, 7; Ptolemaeus sched. 2, 48.

1 ex. 3 ex. L om. Gud. Ptol.

14513 tabula marmorea reperta in coemeterio S. Agnetis via Nomentana, extat ibidem in scalis. In adverso lapide est titulus infra edendus *M. Popillio Epaphrae.*

in averso lapide:

D · M
CASSIO · PARDO · FILIO · PIEN
TISSIMO · QVI · VIXIT · ANNIS
XIX · MENSIB · SEX · DIEB · XIII
FECERVNT · CAMILIVS · CY
RIODORVS · ET · CAMILIA · SEP
TIMA · PARENTES · SIBI · ET · LIB
ERTIS · LIBERTABVSQVE · POS
TERISQVE · EORVM

Descripsit Marucchi. Armellini *cimitero di S. Agnese* p. 328.

5. 6 idem Camilius Cyriodorus nominatur supra n. 14301.

14514 tabula marmorea. In villa Miollis KELL. Adhuc in villa Aldobrandini.

D · M
L · CASSIVS · PHRONIMVS · ET
CASSIA · MACRINA · PARENTES
MACRINO · FILIO · CARISSIMO
FECERVNT · VIX · AN XVIII
IN · FR · P · II · IN · AGR · P · II

Descripserunt Kellermann et Bormann.

14515 apud Ficoronium (fortasse rep. in columbario viae Praenestinae) MVR. — Mediolani in bibl. Ambrosiana, *venuta dal museo dell' abb. Menatti di Firenze, che l'ebbe in Roma* MAR. Ibi non repperit Mommsenus.

C · CASSIVS · C · L
PISTVS

Mur. 1785, 3 a Ficoronio; Marini Vat. 9128 f. 81.

14516 tabula marmorea originis urbanae. Florentiae in aedibus Corsiniis GORI et adhuc.

· D · · M ·
P · CASSIO · PRI
MITIVO · ET ·
CASSIO · FILIO
B · M · FECIT ·
CASSIA · INGE
NVA · PATRO
NO · QVI · VIX
A · II · M · VIII ·

Descripsi. Gori I. E. 1, 176, 167 (inde Mur. 1526, 11).

14517 cippus marmoreus. S. l. MAN. — In vinea Thomae Papirii SIRM. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* a dextra intrantis).

D · M
C · CASSI · RESTITVTI
CASSIA POTITA CONIVGI
uxor OPTIMO ET CASSIA POTITA *patri*
FILIA · PATRI · PIENTISSIMO
FECERVNT
BENEMERENTI

Descripsi. Manutius Vatic. 5253 f. 409'; Sirmond Paris. 1419, 228.

14518 s. l. (una cum titulo infra edendo *D. M. Suaticae*, quem Amaduzzius anecd. 4, 529, 23 vidit in hortis Lepri ad S. Agnetis via Nomentana).

MENSIAVS V
CASSIVS ROGATVS
PARENTES · FILIO[...]
et libertis LIBERTABVSQV[...]
posterisque EORVM

Visconti cod. Paris. 9697 f. 107'.

14519 fragmentum tabellae marmoreae in museo Laterano ia repositis.

CASSIVS
F ROMVLVS
V · A · VII

Descripsit Detlefsen a. 1861.

14520 apud Ficoronium a. 1737 MARVC.

OSSA ·
C · CASSI · RVFI ·

A Ficoronio missam Gorii cod. Marucell. A, 6 f. 468' et Mur. 1785, 2.

14521 urna marmorea SMET. In S. Salvatore de lauro OMNES.

In lateribus peltae dependent, quarum anguli extremi in capita gryphina desinunt, et una in medio torum Satyricum, altera vero folia grandia habet. — Circa inscriptionem sertum suprimum. — Sub inscriptione genii duo portam occlusam monstrant, in cuius epistylio aviculae duae, una deorsum altera sursum aspicientes, et in angulis pinnae. Sub geniis sphinges quae in columellis ordinatae portam ipsam custodiunt. Angulos anteriores ipsius arae columnae Corinthiacae striatae, posteriores pinnae foliatae efficiunt SMET.

DIS · MANB
C · CASSIO · C · F
GAL · SATVRO
LIBERTI
PATRONO · BENE
MERENTI

P. Sabinus Marc. f. 104' (inde Mazochius f. 89, corrigitur in emendationibus); Smetius 123, 6 (inde Grut. 935, 12, in cuius editione secunda citantur etiam schedae Pighii), qui vidit; Manutius Vatic. 5237 f. 178'; Ach. Statius Vallicell. in fine fol. non numerato; Cittadinius Vatic. 5253 f. 259.

Dedi exemplum Smet. cui respondent amend. Maz. et posteriores. — 1 D · M Sab. — 3 SATVRNO Maz. — 5. 6 B · M Sab.

14522 tabula marmorea. In vinea Moroni VISC. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* patron. 1).

OSSA
C · CASSI · C · L · SATVRI

Descripsi. Visconti cod. Paris. 9697 f. 134.

14523 tabula marmorea in hortis Campanae prope Lateranum.

[AE]MILIA · M · L · ANTH[...]
SIBI · ET · SVIS · ET · PRIM[...]
DELICIVM · VIXIT · AN · VI
v L · CASSIO · L · L · SVRO · VIRO · SVO
v LVSIAE · M · L · SECVNDAE · FILIAE
v M · CASSIO · L · L · EPAPHRODITO ·
IN FR · P · XVIII IN AG P XII

Descripsit de Rossi.

14524 fragmenta duo tabulae marmoreae reperta in via Appia in effossionibus institutis cura Caninae EGO. Prius nunc extat imminutum in museo Kircheriano amplificato.

L CASSius l. l. terTIVS
L·CASSius l. l. theUD..
CASSia . . . . is
L·CASsius . . . .
5 CASSia . . . . . a
EX·TEStamento

Descripsimus ego et Mau, contuli ipse.

Quae nunc perierunt, dedi inclinatis — 2 supplevi ex titulo sequenti, qui ad idem monumentum videtur pertinuisse.

14525 reperta in via Appia una cum n. 14524.

L·CASSI·L·L·
THEVDA

Descripsi.

14526 tabula marmorea. In aedibus privatis P. abb. da Tivoli ad S. Isidori PTOL.; in horto hospitii PP. Olivetanorum ad D. Isidori MALV.; Romae ad Sancti Isidori MVR. — Nunc Camerini apud comitem Palotta.

D M
CASSIVS TROPHIMVS ET CASSIA
DAPNE PARENTIBVS DVLCISSIMIS
FILIVS FECIT

Descripsit Rocchi ex ectypo misso a Bertio Camerinensi. Ptolemaeus sched. 2, 405; Malvasia 332 (inde ut videtur Mur. 1247, 14 'e schedis meis').

3 DAPHNE PARENT·DVLCISSIM Malv. cum Mur.

14527 tabula marmorea in museo Kircheriano amplificato.

D M
CASSIVS
TROPHIMVS
CASSIAE TRO
5 phiMENI PHIL sic
iae dulCISSIMAE
. . .

Descripsi ego, contulit Mau.

14528 tabula parva GVD. In villa Borghesia PRIORES. — Nunc Vesontione in museo ex collectione Parisii.

D M
C CASSIVS VALRIA sic
NVS THORANIAE
SECVNDAE
5 CONIVGI BENE
MERENT·ET·SIBI
ET·SVIS

Descripsit O. Hirschfeld. Manilli *villa Borghese* (1650) p. 145 (inde Reinesius 14, 175); Gudius ms. 575, 3, cd. ind. CVI, qui vidit; Ptolemaeus sched. 1, 180; Montelatici *villa Borghese* (1700) p. 72; *catalogue de la biblioth. de mr. Paris* p. 201 n. 314.

14529 s. l. CYR. — In muro cuiusdam tabernae non longe ab arcu triumphali apud pontem S. Mariae FELIC. MARCAN. (Mut. f. 80', brevius f. 73), similiter COD. RED.; prope pontem S. Mariae in quodam pariete in quodam marmore COD. MARVC., similiter IVCVND LOLL.; prope S. Salvatorem de cacabariis (quae est ecclesia parva ad pontem ruptum, i. e. S. Mariae; cf. Nibby *Roma moderna* I p. 698) MAZ. f. 119. — In Laurentio in Lucina ID. f 78, perperam. — In pariete domus cuiusdam civis Romani prope plateam Iudeorum SAB, in foro Iudaeorum in aedibus Mallinnis AMBROS. — In regione Columnae PEVTING. AP. — Ancone ALT. SANVT. VALVASS.

DIS · MANIBVS
C · CASSIVS · VERECVNDVS
FECIT · SIBI · ET · CASSIAE · DAMALIDI
LIBERTAE · CARISSIMAE · ET · BENE · MER
5 IDEM · CONIVGI · ET
C · CASSIO · COTYNO · ET · CASSIAE·MOS
CHIDI · PARENTIBVS·SVIS·ISDEM·PATRON
LIBERTIS·C·CASSI·LONGINI·ET·LIBERTIS·SVIS
LIBERTABVSQVE · POSTERISQVE · EORVM

Cyriacus Parm. f. 78, Marc. f. 149', Vatic. f. 73': ex eo videntur pendere Marcanova Bern. f. 80, Mut. f. 58' et cod. Altempsianus Chis. f 26, ex exemplo Parmensis simili; porro Marcanova Mut. f 80', accuratius f. 73, quique ei respondet Felicianus Marc. f. 79', Veron. f. 137 (inde Ferrarinus Traiect. f. 89', paullo accuratius f. 93'); cod. Redianus f. 10; Sanutus f. 132' et Valvasonius sched. Mut. f. 7, fortasse ex Altempsiano. Praeter Cyriacum videntur ex lapide excepisse auctor syllogae cod. Marucelliani A, 79, 1 f. 8 (inde, ut videtur, Lollius Mat. p. 70); Iucundus Veron. f. 11, Magl. f. 34'; P. Sabinus Marc. f. 169; Mazochius f. 119', corrigitur in emendationibus; cod. Ambrosianus A, 55 inf. f. 28; Accursius ad Apianum bibliothecae Ambrosianae. Habent praeterea Peutinger 526 f. 101 (inde Apianus 228, 3) et Mazochius f. 78, nescio unde; Donius Barberin. p. 188, ed. 18, 1 'ex libro ms. Cl. Menestrier', qui videtur pendere a Iucundo; denique Grut. 935, 13 'ex Mazochio et Verderianis'. Solum versum 2 ex Mazochio f. 78 aut ex fonte eodem citat Valerianus in Verg. Aen. 8 (ed. Paris. p. 143) ita: CASSIVS SECVNDVS.

Vv. divis. videntur servasse Marucell. et Ambros. — V. 1 de Cyriaci, Marcanovae Mut. f. 80', Feliciani, cod. Marucelliani, Iucundi, Mazochii f. 119' cum emendationibus, Ambrosiani, Accursii. 1 D·M Cyr. (Parm.) Maz., DIS·MANIB Marcan. Felic., litteram extantem Accurs. — 3 DAMNALIDI Cyr. (Marc. Vatic.) Marcan. Felic., DAMOLID Ambros. — 4 LIBERTATE Marcan. Felic. — ET om. Marucell. — 5 CONIVGI Cyr. Marcan. Fel. Marucell. Iuc. Maz., COIVGI emend. ad Maz. Ambros. Accurs. — 6 in. C om. Marcan. — COTHYNO Cyr. (Parm.), CONTYNO Marucell., COTINO Maz. emend. Accurs. — MOCHIDI Marucell. — 7 ISDEM Cyr. (Marc. Vatic.) Marcan. Felic. — 8 in. LIBERIS Marucell. — C·CASSII Cyr. (Parm. Marc.) Marcan. Felic., CASSI om. C Iuc., C·CASSI ceteri. — 9 LIBERTISQ Marcan. Felic. — Q bis Marucell. — EOR Marcan.

8 fortasse intellegendus cos. suffectus a. 30 p. Chr.

14530 tabula marmorea litteris magnis in museo Laterano in repositis.

. . . . . oris filii
et · cassia . . .

Descripsi.

14531 tabula marmorea in museo Vaticano (*Gall. lap.* incert. 31).

IAL
ALVMN
CASSIA

Descripsi.

14532 tabula marmorea originis urbanae, Catanae in museo Biscari.

D · M ·
CASSIAES·
VIXIT · ANN ·
XVIII · NARCIS
5 SVS · COIVGI
BENE MERENTI

Descripsit Mommsen. Cf. vol. X n. 1088*, 78.

14533 tabula marmorea originis urbanae, extat in villa Glienecke prope Potsdam penes Carolum principem Borussorum

D · m
CASSIAE · B . . . . *que*
E VIXIT·AN . . . *dieb.*
XXV·OCTAV
NEPOTI·SVAe *bene merenti*
TI FECIT

Descripsit Huelsen.

14534 cippus, in hortis Campenae prope Lateranum.

D M
CASSIAE·CALLIOP
Q·VIX·AN·XXVI
M·XI·D·XI·
C·ANTONIVS
ONESIMVS
COIVGI·RAEISS
ET·SIBI·CVM
QVA·VIX·AN·XII
M·X·D·XII

Descripsit de Rossi.

14535 tabula marmorea in museo Laterano in repositis.

CASSIA·CLEOPATRA·HERODIS

Descripsi.

14536 Romae, ut aiunt.

CASSIAE EVANDEIAE
COIVGI SANCTISSIMAE
LAVRINVS AVGG·LIB·POSVIT

Io. Bembus Monac. f. 21'.

Vv. divis. incerta. — 3 in. nomen fortasse corruptum est: possis suspicari L·AVR· . . . INVS AVGG·LIB.

14537 frons urnae quadratae marmoreae. Romae nuperrime reperta atque hoc anno 1688 mihi transmissa ab excellentissimo domino meo Leone Strozzio MALV. — Apud me FABR. — Nunc Urbini in aedibus ducalibus.

D · M
CASSIAE·FESTAE
L·ARRVNTIVS·STA
CHYVS·FEC·CONIV
GI·KARISSIMAE·B·M
ET·SSX·GELLIO·FES
TO·FILIO·ET·HYGIAE
VEENAE·HAVETE
AMICI·ET·AMICAE
BONI·EVTYCHE·ET·OECONO
ME·ET·PRINCEPS·AGO
MEMORIAE·VESTEAE
B · GRATIAS · B

Descripsit Bormann. Malvasia 332; Fabretti 121, IX (inde Orelli 4742).

8 seq. *havete, amici et amicae boni, Eutyche et Oeconome et Princeps; ago memoriae vestrae gratias. B(onis) b(ene).*

14538 tabella litteris non bonis. Ferrariae in museo AN. FRIZZI et adhuc.

D · M
CASSIAE · FOET·
NATAE·ET·C·HERME
EOTI·PAREN·TIBV
BE·ME·FE·C·F·F

Descripsit Mommsen. Amati Vat. 9143, qui vidit; Frizzi *mem. di Ferrara* 1, 229. Cf. vol. V n. 182*.

5 *fec(erunt) f(ilii).*

14539 tabula marmorea CITS. In domo quondam Francisci Porcari IVC VRD. OTT., Iulium vocant GAMM. MAZ., similiter CETERI exceptis SAB. et MAN. (orth.), quorum ille ponit in domo Pauli de Alexus, hic in aedibus Capranicorum. — *Trovata in via Latina*, eddit LIGOR. fraude. — *A monte Cavallo nel giardino di Carpi* KNIBB.

CASSIA·GERMANA SO
ROR VNA·CVM·FILIS
SVIS·ET·COHEREDIBVS
FRATEI·DVLCISSIMO
B · M

Iucundus Veron. f. 85', Magl. f. 23 (inde Mazochius f 135', corrigitur in emendationibus); cod Ottobon. 2970 f. 32'; P. Sabinus Marc. f. 111'; Gammarus f. 174; Io. Bembus f. 36'; Pighius Berol. f. 87; Manutius Vatic. 5253 f. 365 et 397, orth. 398, 3 (inde Ligorius Taur. vol. 5 f. 113'); Ligorius Neap. 1. 39 p. 248 (inde Panvinius Vatic. 6036 f. 102'); anonymus Hispanus Chisianus f. 432'; Lipsius ms. f. 35', auct. 49, 1 (inde et ex Verderianis Grut. 846, 5); Colonna Vatic. 7721 f. 6'; Knibbius Berol. p. 28.

Vv. divis. servarant Gammarus et posteriores. 3 COHEREDIBVS Iuc. Maz. Man (Vatic. f. 365 orth.) Grut. Colonna, COHEREDV Pigh. — 5 om. Man. (orth.).

14543 tabella marmorea muro inserta in aedibus *de' pupazzi via Capo le Case* n. 3.

DIS · MANIBVS
CASSIAE·LAIDI
P·ANNIVS·HERMA
CONIVGI·KARISSIMAE
FECIT·ET·SIBI·ET·SVIS
LIBERTIS·LIBERTABVS
POSTERISQ·EORVM
IN·FR·P·III·IN·AGE·P·III

Descripsit Bormann a. 1868. Aem. Sarti in schedis; Matranga *bull. dell' Instituto* 1850 p. 179.

14545 ara marmorea SMET., similiter LIG. In domo d. Alexandri Zambecchari SAB., similiter SMET., qui addit: ad apostolorum templum. — S. l. LIG. SANL.

DIS
MANIBVS
CASSIAE
LOCHIADIS

Exhibent P. Sabinus Chis. f. 115'; Smetius ms. et ed. 116, 4 (inde Grut. 906, 1), qui vidit; Ligorius Neap. 1. 39 p. 215 (inde Panvinius Vatic. 6036 f. 95); Sanloutius f. 247.

Exemplum dedi Smet., qui non liquet utram in ms. scripserit 4 EOCHIADIS an LOCHIADIS. Ligor. minus accurate apices signat, quos plane om. Sab.

14540 in sarcophago grandi apud Franciscum Brachianensem marmorarium prope S. Andreae ad saepta.

ET CASSIA C F I HERTA
CASIAE INGENVAE
SORORI DVLCISSIMAE
ET SIBI FECIT
QVAE VIXIT·ANNIS
XXXVIII MENSIEVS VII

Donius cod. Marucell. A, 293 f. 220.

1 corruptus est.

14541 Florentiae apud Guicciardinios Roma advecta.

·B·M·FECIT·
CASSIA INGE
NVA PATEO
NO·QVI VIX
A·. . . .·M·VII

Donius Vat. 7113 f. 67 descriptam ab Alexandro fratre, cod. Barb. p. 196.

A dextra et infra fractam dat Vat. — 5 A . . Barb., A·B· Vat.

14542 tabula marmorea in aedibus Rondininiis.

D · M
CASSIAE IRENE
FECIT
L·MEMMIVS
HYGINVS

Descripserunt Mommsen et Reifferscheid.

14544 tabula marmorea In villa Casali in monte Caelio BIANCHI. — Nunc in museo Laterano in repositis.

DIS · MA*nibus*
CASSIAE·
P·ANNIVS·
CONIVGI · KA*rissimae*
FECIT·ET·SIBI·ET·SVI*s libertis*
LIBERTABVS · POSTER*isque eorum*

Descripsit Detlefsen a. 1861. Isidorus Bianchi misit Lamio d. 25 Apr. 1765 epist. bibl. Riccard. vol. 12 (inde *Nov. Florent.* 1765 p. 309, ex quibus Doneti 462, 4).

14546 cippus parvus marmoreus originis, ut videtur, urbanae. Parisiis in museo publico BOUILL. OS. CLAR. et adhuc.

DIS · MANIBVS
CASSIAE LOCHIADIS
M·PVBLICIVS
SEVERVS

Descripsi. Bouillon *musée d'antiques* t. III *cippes sépulcr.* tab. 1 n. 17 imaginem; Osann sylloge 376, 53; Clarac *musée de sculpture* n. 520 et in tab. XXII.

14547 in foro piscario ad D. Angeli in pariete domus cuiusdam NAN.

D · M
CASSIAE·MACRINAE
FECIT
Q · DAEVMIVS
CAESETIVS·MATRI
PIISSIMAE·BENE
MERENTI

Manutius Vatic. 5237 f. 188, orth. 134, 1 (inde Ligorius Taur. 5 s. v. Caesetia, et Grut. 724, 11).
2 MACRIAE Vatic. — 6 PIISIMAE orth.

14548 urna sculpta, in qua homo visitur lecto recumbens PTOL. In hortis Iustinianis aut similiter OMNES.

D · M
CASSIAE·MAXIMAE
L·POMPEIVS FILIA
DVLCISSIMA·FECIT

Ptolemaeus sched. 1, 90 (inde Mur. 1146, 6); Seguier Paris. f. 99, neglegenter; cod. Vat. 7753 f. 65'
3. 4 FILIA DVLCISSIMA Ptol. Vat., FILIAE DVLCISSIMAE Seg. tacite emendans.

14549 tabella marmorea originis urbanae, Casercoli in aedibus del Bagno.

D M
caput arietis CAEEIAE
MAXIMAE
OFELLIO
SORORI·DVL
CISSIMAE FEC
duae aves
sertum

Descriptam a Rocchio contulit Bormann.

14550 *in bottega di mº Bencello scarpellino* DOLST.

D · M
CASSIAE · MVSSAE *sic*
ATALICVE·CONTVBERNALIS

Holstenius cod. Barb. 29, 148 (inde Fabretti 317, 418).

14551 tabula marmorea. In aedibus Chisiorum ad Sancti Apostoli PTOL. — Bononiae in aedibus typographiae S. Dominici GHER., similiter SEG.; in aedibus Marsiliis GVARN. 34. — In instituto scientiarum ID. 10. — Nunc Bononiae in museo publico.

D · M
CASSIAE NICE · CON
IVGI · BENEMERENTI
ET·CASSIO·NICERO
RO·ET CASSIAE·PIAE
LIBERTIS LIBERTA
SVSQVE·POSTERISQ
EORVM
A·FABIVS · EVTYCHES

Descripsit Zangemeister. Ptolemaeus sched. 2, 91; Seguier Paris. f. 313; Gherardini apud Muratorium sched. 21, 231 (inde et ex Ptol. Mur. ed. 1319, 12); Guarnieri sched. Bonon. f. 10' n. 34 et f. 31 n. 104.

14552 tabula marmorea litteris pessimis. In collegio patrum soc. Iesu MVR. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* parent. 1).

D M
CASIE · PRIMI
TIBE · FELIA · *sic*
MATRI·F C M

Descripsi. Mur. 1211, 8 missam a Contuccio (inde errore dedimus supra n. 12554).
3 *f(e)c(it) m(erenti)*.

14553 tabula marmorea oblonga. Effossa a. 1639/40 extra portam Capenam BOVCH. — Florentiae *nella mia villa di Montughi* STROZZA; in eadem villa GORI et adhuc.

CASSIA · Q · L ·
PRIMA·V·A·XXIIX
Q·CASSIVS · Q · L ·
THEOPHILVS

Descripsi. Car. Strozza cod. Florent. f. 59' n. 89 (inde Gudius ms. 330, 1, ed. 354, 8); Bouchard cod. Barb. 30, 182 f. 59 (inde Malvasia 332, qui errore addit: 'e schedis Vaticanis'); Gori I. E. I, 426, 295.

14554 urnula marmorea semirotunda. In domo Dominici Normandi de Tedallinis NAN. (Zedalinis OTT.). — Romae ORVT. — Florentiae apud Bonarrotam senatorem GORI, in aedibus Bonarrotanis adhuc servatur.

DIS · MAN
CASSIAE · SATVRNINAE
C CASSIVS THALAMVS F
MATRI·PIISEIMAE

Descripsimus ego et Bormann. P. Sabinus Marc. f. 120, Ottob. f. 80; Grut. 725, 1 'ex Ursini autographo'; Gori I. E. I, 218, 15.

14555 tabula marmorea. In museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall. lap.* coniug. III). — S. I. VISC.

D · *corona* · M
CASSIA · SELEYCIE *sic*
TABLIO
SYMPHORO
CONIVGI
BENEMERENTI
ET SIBI

Descripsi. Marini Vat. 9124 f. 67; Visconti Paris. 7 f. 227'.

14556 tabula marmorea originis, ut videtur, urbanae. In Siciliam devecta ab Antonio Astuto Netensi, extat Panormi in museo publico.

D M E
CAEEIAE · TYCNENI
V · A · XXIII
L SEMPRONIVS
LEONAS
CONIVGI
SANCTISSIMAE

Descripsit Mommsen. Cf. vol. X n. 1088*, 79.

14557 tabula marmorea in museo Capitolino.

D · M
CAEEIA · VERECVNDA · C · CASSIO
VERECVNDO · FILIO · PIISSIMO
V · A · XXVII ·
CASSIVS · HERMES·ET CASSIA · PAVL
LINA · PARENTES INFELICISSIM
CASSIO PAVLLINO FILIO DVLCISSIM
V · A · III · D · V
IN · FR P XII · IN AGR P XII

Descripsit Bormann.

14558 in S. Anastasiae VAL. PING. — In regione Trivii apud Marcellum de Monte ACC.

CASSIA·L·L·ZMYRNA
NVTRIX
V · A · XXIX

Valerianus in Verg. Aen. 7 p. 124 (inde Grut. 660, 2 et fortasse Pingonius Taur. f. 30'); Accursius Ambros. D. 420 f. 17'.
Vv. divis. incerta; uno versu proponunt Val. et Acc.

14559 tabula marmorea. Apud me FABR. — Nunc Urbini in aedibus ducalibus cl. XII.

CASSONIO · VITALI · VESTINO · VERECVNDO
☉ ☉ ☉
CASSONIO·VALENTI CASSONIA·VITALIS·DELICATIS

Descripsit Bormann. Fabretti 362, XV (inde Orelli 2801).

14560 tabula marmorea. Florentiae apud Guicciardinios Roma advecta DON. — Florentiae in hortis Corsiniorum GORI et adhuc.

D · M
CAS·TI·NI·VS·PRE·EEE
M·CAE·TI·NI·O OC·TA·B·I·A
NO·FRA·TRI·B·M·V·A·XVIIII

Descripsi. Donius Vat. 7113 f. 63 descriptam ab Alexandro fratre; Gori I. E. 1, 172, 147 (inde Mur. 1449, 7).

14561 tabella columbarii. Reperta in vinea Moroni a. 1703/04 VIGN. — Ex hereditate Gualterii a me iam vendita emi 04 Augusto a. 1738 FIC.; apud Ficoronium MVR. — In museo Capitolino GVASCO et adhuc.

CAETOR
VIXIT·AN·IIII·D IV
AGATNOPVS
PATER·FECIT

Descripsi. Vignoli col. Anton. 218, qui vidit; Ficoronius misit eodem exemplo Gorio cod. Marucell. A, 6 f. 509 n. 176 et per Ramagianum Mur. 1146, 11; Guasco M. C. 655.

14562 s. l.

CASTOR·FAVSTAE
OB MERITA

P. Sabinus Ottob. f. 144'.
Vv. divis. incerta.

14563 tabula marmorea. In vinea Caroli Vaile FABR. — In museo Kircheriano BON. MVR LVII. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap. coniug.* III). — S. l. GORI.

D · M
CAETEENSI
· EECVNDA·CONIVGI
B·M·CVM·QVO·VIX·AN·XIII
M·VII·ET·MYBIEMVE
AMICO·OPTIMO
FECERVNT

Descripsi. Fabretti 311, 352; Bonanni M. K. 107, 25; Mur. 1320, 6 a Scarmaglia; Lupi Vatic. 9143 f. 45; Gori cod. Marucell A, 260 manu ignota.

14564 in labro sarcophagi in villa Corsina.

SEX CASTRICI
HEDENI *sic*

Fabretti 502, 91.

14565 tabella marmorea extra portam Angelicam in pariete casae cuiusdam sitae e regione viae, quae in villam *Modama* ducit. — S. l. GHEZZI.

D · M
C·CASTXICIO
MAXIMO·F·DVL
CISSIMO·C·CASTRI
CIVE·CHRESIMVS
ET·CASTRICIA·ALCE
PARENTES·FECER
VIX·A·VI·D·XIX

Descripsimus ego et Thilo. Ghezzi sched. Angelic. p. 19, qui vidit.
1 non vidi.

14566 frons sarcophagi in coenobio Arae Caeli inserta altari aediculae S. Bonaventurae.

D · M
M·CASTRICI·
PXOCVLI·ET
PVBLILIAE
EVCABIAE
PARENDIBVS
PISSIMIS *sic*
FILI·
FECERVNT

Descripsit de Rossi.

14567 tabella marmorea semirotunda in villa Aldobrandinia in Quirinali.

O
D·M·C·CASTRICI·SYMPHOXI

Descripsimus ego et de Rossi.

14568 apud eq. Franciscum Gaaldum, deinde apud M. Milesium MIL.

D M·
L·CASTRICI
VEETALIE
QVI·VIXIT
ANNIE·XXIII
MENS·X·D·III
FECERVNT
TI·CL·EVHODIVS
AMICVS·OPTI
MO·ET BENE
MERENTI·ET·FL·
/// / MATER·IN
felicissima

M. Milesius Ferrar. 1, 344 (inde Donius Barb. f. 262 'ex Milesii schedis')

14569 tabula marmorea. Collocata a Dominico Passionei in secessu Tusculano PASS. — Nunc Florentiae in aedibus Rinuccini.

MEMORIAE
CASTRICIAE·FILIAE·DVLCISSIMAE·ET·
PIISSIMAE·ET·INCOMPARABILI·QVAE·
VIXIT·ANN·XV·M·IIII·DIE·II·ET COMMV
NI·FILIO·QVI POST·DESIDERIVM·SORORIS
SVAE·VNA·DIE·SVPEX·VIXIT·ET·VIX·ANN·VIII·
DIEB XX·COMMVNIS·ET·CASTA·PAXENTES FILIS
DVLCISSIMIS·ET·D·M·LOLLI·DIODORI·

Descripsi ego, vidit etiam Bormann. Passionei p. 42 n. 17 (inde Donati 358, 5 et Orelli 4600).

14570 tabella VISC. Reperta mense Ianuario 1775 in vinea advocati Bellieri extra portam Maiorem AMAD. — S. l. VISC.

D · M
CASTXICIAE EVCAX
L·POMPONIVE PXI
FEC·FIL·ET·LIB· *libertabus*
POST· *que eorum*

Amaduzzi sched. Savinian. f. 18 a Riccomanno, q. n. ct.; Visconti Paris. 9697 f. 173.

14571 in domo Ioannis Baptistae Ursinii canonici S. Petri SAB.

D · M
CASTRICIAE·FORTVNATAE
FECIT·CORNELIA·NOTHIS
FILIA·MATRI·BENE·MERENTI

Servavit P. Sabinus Marc. f. 102'; inde Iucundus rec. 3 Cicogn. f 130 (inde Piccart 152, ex quo Reinesius 13, 13).
Vv. divis. incerta. — 2 CASTRITIAE Picc.

14572 tabula marmorea. *Scoperta nella via Latina un miglio dalla città nel 1727* CORO. — Venetiis apud Arigonium BOCCHI; *viene da Napoli* addit PASS. errore. — Legnari in museo Nanio MOMMSEN. — S. l. MARVC.

D M
CASTRICIAE·VALE
XIAE·CONIVGI·KARIS
SIMAE·T·ACVTIVS TA
CITVS FECIT

Descripsit Mommsen. Cod. Marucell. A, 195 inter schedas Ficoronii; Muratorio miserunt Corona d. 14 Oct. 1732 (ms. 18, 224) et Bocchi ms. 18, 224, unde ed. 1320, 7; Passeri mon. Naniana 4, 26; Driuzzo mus. Nanian. n. 125 (18).

14573 cippus marmoreus. In S. Laurentio prope S. Mariam Transtiberinam SAB. (Marc. Ott. 49'), in radice montis aurei addit m. (Ott. 130'), similiter: *in S. Lorenzolo in Trastevere* CHIS. — In hortis Iustinianeis GVD. PTOL. FABR. — Nunc in museo Vaticano (*Chiaramonti* a dextra).

D · M
CASTRICIAE
VEIENTILLAE
M·VALERIVS
urceus FELIX·FECIT *patera*
CONIVGI·EVAE
CAXIESIMAE
BENE·MEXENTI
C·IVLIVS
PEAETVTITIANVS *sic*
CONIVG·LOC·DONAVIT

Descripsi. P. Sabinus Marc. f. 155', Ottob. f. 49' et 130' (inde Iucundus rec. 3 Cicogn. f. 132, ex quo Piccart 184, unde Reinesius app. 27); anonymus Hispanus Chis. f 25'; Gudius ms. 526, 1, ed. 265, 7; Ptolemaeus sched. 1, 43; Fabretti 155, 241.

10 PRAETVTTIANVS Sab. Marc. Ott. 49' (Iuc. Picc.), PRAET·VETTIANVS Gud., PRAETVETTITIANVS Ptol.; rectius PRAETVTTIANVE Sab. Ott. 130', PRAETV·TITIANVS Chis.; recte solus Fabr. Scribendum fuisse PRAETVTTIANVS manifestum est

14574 fortasse intellegendum *strada Condotti dal scarpellino.*

D M
D · CASTRICONVS
L · CASTRICONVS
T · CASTRICONVS
C·CASTRICONVS QVAR
TVS FILIVS LVCILLAE
FORTVNATAE FECE
RVNt SIBI·MONVmentum
HOC · ET POSTERI
S Q V E E O R V M
QVARTO · IDVS · QVIN
T I L I S

Gori cod. Marucell. A, 6 f. 283 ex schedis quae extabant apud baronem Stoschium, ubi vv. 1—4 videntur coniectura coniuncti esse cum 5—12, nisi in lapide postea adiecti sunt; ex iisdem Donati 408, 18.

4 in. P Donati. — 8 RVN.. id. — MONV.. id. — 12 TILIS versui 11 adiungit id.

14574a tabula quadrata. Ad S. Augustinum.

CASTO VIX AN·III
MYRINE FILIO
CARIS ○ SIMO

Cittadinius Vat. 5253 f. 261'.

14574b s. l.

D M
CASTO V·A
III · M · X
V·RAE V A
VII ·M·VIII·
gENIALIS E·
FORTVNATA
P · ET M
S · V · T · L

Cod. Vat. 9530 (Angeli Mai) manu ignota et imperita.

4 VERAE — 6 CENIALISE traditur.

14575 tabula marmorea originis ut videtur urbanae. Bononiae in instituto scientiarum IND. GVARN. Nunc ibidem in museo publico.

CASIAE VERNAE
DIES XV DIS · MANIB
patera
FECIT GAVILLIA PAEX
IIIIA W II NV LIXIA

Descripsit Zangemeister, vidit etiam Bormann. Index Bononiensis olim Corvisieri p. 37 n. 51; Guarnieri sched. Bonon. f. 9 n. 8. Cf. vol XI n. 101*, 48.

Dis manibus. Cas[t]ae vernae fecit Gavillia Paeta; vixit an(nos duos) m(enses novem) dies (quindecim).

14576 cippus marmoreus in aedibus Corsetti.

D · M
CASTAE · ET
COLONICO
PARENTIBVS
BENE · MEREN
TIBVS·TYRAN
NVS FI·LI·VS·F
V · A · XXXV

Descripsit Detlefsen a. 1861.

14577 tabula marmorea. Inter lapides repertos ad S. Caesarei, a. 1731—1733 apud Ficoronium MARVC. — Nunc in castello Lowther Castle prope Penrith (Westmoreland).

DIS · MAN ·
T · CASVRI · NYMPHODOTI
IVLIA · L · LIB · DAEDALIS
PATRI · OPTIMO · FECIT
IVLIAE·IANVARIAE·F·V·A·XXIII
M · V · III

Descripsit Matz. A Ficoronio missam et cod. Marucell. A, 6 Gorii f. 481 et Muratori 1245, 5.

2 NYMPHIODOTI Mar., NYMPHODOTI Maruc. Matz; videtur in lapide esse NYMPHODOTI.

14578 fragmentum tabulae marmoreae repertum in coemeterio S. Agnetis via Nomentana, adhibitum ad scalas exstruendas.

D I S · M
L · C A T E L L I · F L O R I
C L O D I A · A F R I C A N A
fil I O · P I I S S I M O
AD HOC·TVMVLVM·DVM·PERLEGIS
ISTE·/ASPICE QVAM IN DI
VITA · MIHI · /RII · EGO
M·VIXI·DVLCISSIMAE·MATRI
M·FATO CITO RAPTVS·INIQVO
RIAS·CELEBRAREM FORTE KAL
ATER·ET·GERMANA SOROR
TER·FESTA·SACRI·TEMPLA
TANTVR · AMICI
NI SI QVID·MEA CARMINA
O PRECORQVE·ROGO
VPEROS·VIVAS MVL
IS FELIX

Descripsit Marucchi, contuli ectypum. Armellini *cimitero di S. Agnese* p. 326.

6. 7 nota virgulas quibus versus separantur. Supplementa apposui exempli causa:

Quis quis] ad hoc tumulum dum perlegis[. . . tr]iste
Aspice quam indigne [mi data] vita mihi,
(Duodecim) ego [annoru]m vixi dulcissimae matri,
E gremio cui ea]m fato cito raptus iniquo
Cum Ianua]rias celebrarem forte kal(endas)
—⏑⏑— mater et germana soror ⏑⏑—⏑
— ter festa sacri templa ⏑⏑ tantur amici
—⏑⏑—⏑⏑]ni si quid mea carmina [possunt
. . . . precorque rogo. . . .
—⏑ apud s]uperos vivas mul[t—⏑⏑—⏑
. . .]s felix [. . .

Vv. 6. 7 supplevi ex epigrammatibus Campano X 4428 et Venafrano X 5020.

14579 tabula marmorea. Olim in museo Borgiano, nunc Neapoli in museo publico. — S. l. MAR. VISC. CARD.

C · C A T I E N V S
A B A S C A N T V S
ET · CATIENA · VITALIS
FILIA · EIVS · FECERVNT
SIBI · SVISQVE · LIBERTIS
LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE · EORVM
DOLVS · MALVS · ABESTO

Descripsit Mommsen I. N. 6964. Marini Vat. 9120 f. 339; Visconti cod. Paris. 9697 f. 86c; Cardinali *iscr. ant. ined.* n. 19 ex schedis Propagandae, i. e. Borgiae; Fiorelli catal. n. 143.

14580 s. l.

P · CATIENO · T · F
S E R G · F E S T O
PVPILLO
VIXIT · ANNIS · XI
M E N S I B V S · V I
MARIA · N · F · MODIA
T VIBI CATIENI
SABINI MATER FECIT

Cod. Barb. 29, 215 f. 22 plumbo scriptam (inde, ut videtur, Malvasia 472, qui addit 'ex schedis Vaticanis' errore; ex Malv. Mur. 1449, 9).

14581 fortasse reperta in columbario viae Praenestinae, fuit apud Ficoronium.

C · CATILIVS
ANOPTES AN
XXX

Mur. 1785, 4 a Ficoronio.

14582 tabula marmorea originis urbanae, Cusercoli in aedibus del Bagno.

L · CATILIVS
C A M V S
VIXIT
ANNIS·XXXXVII

Descripsit Rocchi, contulit Bormann.

14583 tabula marmorea in museo Laterano in repositis.

CATILIA
Ni

Descripsit Detlefsen a. 1861.

14584 tabula marmorea originis urbanae. Senogalliae in aedibus Baviera GVARN. (1783) et adhuc.

CATILIA·C·L·ACTE
VIXIT·ANNOS·XI

Descripsit Mommsen, contulit Bormann. Guarnieri sched. Senog. f. 5 n. 45.

1 ex. E non vidit Bormann.

14585 tabula marmorea in villa Ludovisi-Paulsen ad portam Salariam.

D · · M
CATILIAE · GAIANE
AXITHEVS · CON
IVGI · FECIT

Descripsi.

14586 ara marmorea. In campo Martio prope domum Iacobi de Vipera MXT., similiter CIIT. PTOL.; haud procul a monte Citatorio in quadrivio versus campum Martium SMET. — *Appresso la casa di Carpi, dove stava Luis Gomez portughese* STAT. — In vestibulo musei villae Borghesianae AB. et adhuc.

aquila serpentem unguibus premens

D · M
CATILIAE · PAVLINAE
L · CATILIVS · FELIX · ET
urceus CATILIA · LVCIMA *patera*
MATRI · OPTVMAE · ET
INDVLGENTISSIMAE
ET · CASINATI · PATRI
DVLCISSIMO
ITEM · CRITIAE MARITO · LVCINA

Descripsi. Metellus Vatic. 6039 f. 276 'exscr. Abel Portius Parisiensis'; Smetius ed. 119, 8 (inde Grut. 725, 6), qui vidit; Ach. Statius Vallicell. f. 91'; Cittadinius Vatic. 5253 f. 261'; Ptolemaeus sched. 2, 524; Amati sched. Vatic. 9735 f. 27'.
7. 8. 9 manu alia postmodum additi.

14587 tabula marmorea prope Romam reperta, extabat apud Pasinatium antiquarium.

D · M
CA TI LLI AE
PRO TOCTES
L · CA TI LLI VS
FELIX
LIBERTAE
B · M · FECIT
LOCVS · DONATVS
A · LVCIA /O TINE

Descripsit Dressel a. 1881.
3 prima T in litura reposita. — 9 in lapide cernitur EO TINE.

14588 apud S. Basilium in domo Laurentii Particappe.

D · M
M · KATINI · SIRENI
C · IVLIVS · ZOILVS
AMICO · OPTIMO · B · M · F

Mazochius f. 50, non vidit auctor emendationum (inde Grut. 876, 9).
Vv. divis. incerta.

14589 columna ex lapide Tiburtino. Reperta in effossionibus factis inter plateam *di Termini* et viam *di Porta Solara*. Nunc in museo Kircheriano amplificato.

D M
P · CATIVS
HILARIANVS
V · A · III · M · IX · D · X
P · CATIVS
PHOEBON
FILIO · SVO
PIISSIMO · F

Descripsit Mau, contuli ipse.

14590 in sepulcro antiquo, in vinea Pellegrini extra portam Portuensem quinto fere lapide

M · CATIVS
HILARVS

Descripsi, dedit etiam A. Pellegrinius.

14591 tabula marmorea litteris bonis saeculi primi. Inter lapides repertos in principio viarum Appiae et Latinae intra moenia Aureliana a. 1731—33 apud Ficoronium MARVC. — Nunc Londinii in museo Britannico.

Q · CATIVS · Q · L
PHILEXOS · SITVS *sic*
EST

Descripsit Huebner. Ficoronius misit et Gorio cod. Marucell. A, 6 f. 482 et Muratorio 1784, 11.
Exemplum Ficoronii hoc est: Q (P corr. Mur.) CATIVS · P · L | PHILETOS SEI (SER Mur.)

14592 tabula marmorea. S. I BELL. MAN. 5241. — In domo Iulii Tamarozii MAZ. — In hortis Valerianis MAN. 5253. — In hortis Caelimontanis Matthaeiorum GVD. ad Grut. ed. 2 PTOL. FABR. SEG. — In suburbano comitis Galletti GALL. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap* suppl. coniug. 11).

D · M · L · CATIO · PRISCO
VIXIT · ANN · XXX
CATIA · LAMYRA
PATRONO · ISDE *sic*
CONIVGI · CARISSI
BENE · MERENTI
FECIT

Descripsi. Bellievre Paris. f. 196'; Mazochius f. 126, vidit auctor emendationum (inde Grut. 1015, 5); Manutius Vatic. 5241 p 279, 5253 f. 380; Gudius ad Grut. ed. 2; Ptolemaeus sched. 2, 26; Fabretti 293, 238 et em. Grut.; Seguier Paris. f. 68; Aloisius Galletti in schedis servatis apud Rossium.

14593 tabella marmorea. Apud Casalium MAR. — Apud Vescovalium FEA AM. — Nunc in museo Laterano in repositis.

L · CATIVS · SP · F ·
VESTALLES · *sic*

Descripsit Detlefsen a. 1861. Marini Vat. 9125 f. 148, 9126 f. 302, ed. *Arv.* 505; Fea sched. f. 170 manu ignota; Amati Vat. 9747 f. 22.

14594 in S. Laurentii in Lucina MAN. — *In casa di Gio. Pietro Stefanoni in Roma alla Torretta* STEPH. cum RYCQ., ibidem DON.

CATIA · CARIS ·
SER · VIVIDIO
STEPHANIONI · F · S
VIX · ANN · XVIII

Manutius Vat. 5249 f. 70; Stephanonius cod. Leid. 73, 2 (inde Rycquius apud Gudium ms. 37, 2 et deletam 56, 2, ed. 317, 8; Donius 10, 107 (inde Mur. 1146, 13).
De lectione omnes consentiunt.

14595 s. l.

CATIA · COMMVNIS
STEPHANI
VIXIT · ANN · LXIII

P. Sabinus Ottob. f. 144.
Vv. divis. incerta.

14596 in domo d. Griffoneti IVCVND., nunc in domo Marcelli de Monte, addit MAZ.

CATIAE
L · L · L
RVSTICAE

Solus servavit Iucundus Veron. f. 98; inde Mazochius f. 64, ex quo Manutius orth. 162, 5 (inde Ligorius Taur. 5 f. 135' s. v. Catia) et Grut. 967, 5.
Vv. divis. incerta.

14597 ara marmorea in vinea Grandii contigua circo Maxentii.

D · M
P · CATTIENVS GLYCEROS
ET CATTIENA NEMVSA ·
PARENTES · CATTIENAE
VITALI FILIAE DVLCISSI
MAE ET PIENTISSIMAE
QVAE · VIX · ANNIS · XIII ·
ET MES · SEX · B · M · FECER

Descripsit Matz, contulit Bormann.

14598 in domo quondam Francisci Porcari IVCVND., Iulii Porcari GAMM. MAZ. 139 SMET. KNIBB., similiter LIGOR. (Neap.) CHIS. — In domo Pauli de Alexiis SAB. — In via Latina LIGOR. (Taur.) fraude — S. l. REMB. MAN. 1561.

D I S · M A N I B V S
CN · C A T T I V S · O N E S I M V S · E T
M V N I A · S E C V N D A · F E C E R V N T
CN · CATTIO · PALATINO · FILIO · SVO
QVE · VIXIT · ANNIS · VII · DIES · XV · ET
CATTIAE·ATHENAIDI·QVAE·VIXIT·ANN·X·DIES·XXV
ET · M · MVNIO · GERMANO · COLLIBERTO · SVO
ET·SIBI·ET·SVIS·LIBERTIS·LIBERTABVSQ·POSTERISQ
S V O R V M · H · M · EXT · H · NON · SEQ

Iucundus Veron. f. 89', Magl. f. 26 (inde Mazochius f. 139, corrigitur in emendationibus); P. Sabinus Marc. f. 110' (inde Mazochius f. 94, non vidit corrector); Gammarus f. 177; Io. Beutius f. 37; Smetius 134, 9 (inde Grut. 967, 6), qui vidit; Ligorius Neap. l. 39 p. 248 (inde Panvinius Vatic. 6036 f. 40) et eiusdem libri loco alio, Viscontii f. 42*b* manu tertia; Manutius orth. 1561 f. 13, 1566 p. 162, 6 (inde Ligorius Taur. vol. 5 s. v. Cattio); Knibbius Berol. p. 45; anonymus Hispanus Chisianus f. 154; Lipsius ms. f. 51'.

V. 1. do Iucundi, emend. Maz., Smetii, Ligorii, Manutii 1566, Knibbii, spretis iis quae suo more breviata Sabinus et neglegentius Chisianus exhibent. 1 om. Man., I extantem notant Lig. (Visc.) Smet. — 5 QVE Iuc. emend. ad Maz. 139 Lig., QVI Maz. 139 Smet. Man. Knibb. — 6 VIX·AN Man. — 8 QVS bis Iuc., LIBERTAB·POSTERISQ Lig. (Visc.) — 9 EX·T Iuc. emend. Maz. Man., T om. Lig. 248 Visc.

14599 *a S. Giovanni e Paolo.*

D · M
CATTIAE / / / / / /
HORIDI · C/ / / / /
VSTVS / / / / / / /
BER / / / / / / / /
/ / / / / / / / / /
MERENTI FE/ / /

restituenda fere sic:

Cattiae [Teles(?)
p]horidi C[attius
I]ustus [con
li]ber[tae et
[coniugi bene]
merenti fe[cit

Manutius Vatic. 5241 p. 325.

14600 cippus marmoreus in museo Vaticano (*Gall. lap.* intranti a dextra).

CATTIAE ATTICIL
urceus LAE · M · IVNIVS *patera*
VICTOR · CONIVGI
BENE MERENTI ·
FECIT

Descripsi.

14600a *presso al casale della tenuta di Tor-rcida a destra dell' Appia antica, ed al sesto miglio dalla porta S. Sebastiano è stato trovato un monumento sepolcrale di marmo, con due mezzi busti ad alto rilievo, fra due colonnine a tortiglione.*

D · M
CATTIAE · FAVSTINAE
Q·CATTIVS·FELIX·F·C

Lanciani *bull. arch. com.* 1878 p. 267 ad exemplum ab alio acceptum.

14601 in vinea Beninccasa via Appia.

D · M
Q·CATVCIVS
AVTOLYCVS
Q·CATVCIO
FIRMINO
FILIO · SVO · DVLCISSI
MO·Q·V·A·VIII·M·X·D·XXII

Fabretti 613, 112.

14602 tabula marmorea. Eruta via Appia prope ecclesiam Domine quo vadis, translata in coenobium Cisterciensium S. Bernardi in Thermis GIORGI. — Apud Franciscum Ficoronium MAFF., empta a. 1737 addit MARVC. — In museo Capitolino GVASCO et adhuc.

D · M
CATVLINA
EPICTETO
TE · MARITO
BEN MERTI *ae*

Descripsi. Giorgi sched. Casanat. vol. XVI; Ficoronius misit Gorio cod. Marucell. A, 6 f. 468; Maffei M. V. 298, 4; Guasco M. C. 424.

14603 tabula marmorea. Reperta a Fortunatio prope *Tor Sapienza* a. 1861 ACTA. Nunc in museo Laterano in repositis.

CATVLIA
VOLTILIA

Descripsit Bormann. Est etiam in actis curatoris operum publicorum et commercii, qui sub pontificibus fuit.

14604 urna quadrata ornata. In aedibus *dello Porta a S. Marcello* WINGH. — Apud Fabrettium FABR. — S. l. BOSTG. — Nunc Urbini in aedibus ducalibus.

CAVALIAE · DI
AE · MATRI ·
B · M · FECIT
C · CAVALIVS
HYMNIANVS

Descripsit Bormann. Winghius Brux. 2 f. 36; Fabretti 123, X; ectypum a Rostgaardio c. a. 1695 sumptum servatumque in bibliotheca universitatis Havniensis citat Ussing in actis acad. Havn. 1866 p. 217. De sinceritate temere dubitavit Maffei a. c. l. p. 415; defendit Marini Arv. 23 n. 81.

14605 tabula marmorea. Apud Ficoronium a. 1733—1735, fortasse rep. in vinea S. Caesarei MARVC., apud Ficoronium SEG. — In museo Capitolino GVASCO et adhuc.

D · M
C A V C A S V S
E T · I V S T A
P A R E N T E S
PHILONI · FILIO
B · M · FECERVNT
VIXIT · ANNV · I
M E N S E S · V

Descripsi. A Ficoronio missam Gorii cod. Marucell. A, 6 f. 475 et Mar. 1147, 2; Seguier Paris. f. 244; Guasco M. C. 520.

14606 apud Martium Milesium Sarazanium DON.

L · C A V C I L I · F
C A V C I L I A
S I B I

Donius Vat. 7113 f. 34, Barb. p. 97 descriptam ab amanuensi (inde Fabretti 613, 114 'ex schedis Barberinis').

1 CAVCILIS — 2 CAVCILIA Barb.

14607 tabula marmorea originis urbanae. Senogalliae in aedibus Baviera OVAN. (1783) et adhuc.

P C A V C I L I V S
ALEXANDER · V · A · LX
S V L P I C I A
PHYLLIS · CONIVGI

Descripsit Mommsen, contulit Bormann. Guarnieri sched. Senog. f. 2 n. 30.

14608 tabula marmorea. In aedibus Capponiis MAFF. MAR. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* suppl. patron.).

C A V C I L I A	P · C A V C I L I V S
P · Ɔ · L	P · L
PRIMIGENIA	
VIX · AN · XIIX	

Q·MVCIVS·PRIMVS·DONAVIT·OLL·II

Descripsi. Maffei M. V. 264, 8, qui vidit; Marini Vat. 9125 f. 220.

Laterculus alter destinatus fuit collibertorum uni, sed nomen non est perscriptum.

14609 lapis Tiburtinus. In aedibus SS. Iohannis et Pauli MAR. Adhuc in hortis aedis eius.

M·A · CAVDELLIO · M · L · ISAREo
C·M · CAVDELLIO M · L · PHILERON
P·CAVDELLIAS · M · L · HILARAE //
P·C·MARV·LETO C C·L·SABINA
P·M · CAVDELLIIS M·L·NICASIo *sic man.*
VIVO SIBI · ET · SVIS · FECIT

IN FRONT·P XIV·IN·A·P·XXXI..

Descripsit Bormann quod superest. Marini Vat. 9122 f. 62.
Quae inclinatis dedimus, nunc desunt.
Ad eosdem homines pertinet titulus qui sequitur.

14610 cippus ex lapide Tiburtino fortasse loco antiquo adhuc positus, sed cui superstructus est murus novicius. In vinea de Sanctis prope *Tor Pignattara* a sinistra viae Labicanae.

M · CAVDELLI
VS · M·L ////
M M·L·HAR
M M·L ///
CAVDELLIA·M·L
HILARA
IN FR·P·XII ///
IN AG·P·XXI ///

Descripserunt Bruzza et Stevenson lapidem lectu difficilem et ex parte calce tectum.
Quae non vidit Stevenson, dedi inclinatis. — V. 7. 8 ita exhibet Bruzza: . . . PED·XII | . . . . .
3 4 nota spatium ubi repetendum erat gentilicium vacuum relictum more antiquo.

14611 tabula marmorea. Effossa a. 1740 in agro Romano GORI. — Volaterris in museo Guarnaccio GORI DONATI et adhuc.

CAVDINAE · L · F	L·CVRIATIVS·P·F
PRIMAE	PAL · VARICVS
VIX·AN·LXXI	VIX · ANN · XLI

Contulerunt Kiessling et Braun. Gori I. E. 3, 260, 349. 350 a Guarnaccio; Donati 431, 1, qui citat etiam schedas Attavantii.

14612 sarcophagus in vinea Ottina.

· D · M ·
CAVLIVS · ABAS
CANTVS · ET · CAEN
FIL·SVO·CAENALO
QVI · VIX · ANIS · V
MSN·II·DIE·III·HOR
VI · CL · CAENE ·
· F E C ·

Fabretti 185, 410.

14613 tabula marmorea in aedibus Castellani.

D · M ·
P · CAVLIVS · ACISA
SIBI · FECIT ·

Descripsit Forcella a. 1864

14614 tabella marmorea in hortis Campanae prope Lateranam.

D M
Q · CÁVLIÓ · CARPÓ · ET · CÁVLIÁE · TROPHIME
ET · LIBIRTIS · LIBERTABVSQ · POSTERISQ · EORVM *sic*
AD · HANC · AEDICVLAM · OLLARVM · N · VI · ET · COLVMBAR
IVXCTA · AEDICVL · N · VI · OLLAR · N · XII · ET · ANGVL PARIETIS *sic*
COLVMB · N · III · OLLAR · N · VI · ITVS · ADITVS · AMBITVS · TRICL ·
CVLINAE · VSVS · AQVAE · HAVRIEND · CONCESSVS · EST ·
Q · CAVLIO · CARPÓ · AB · SEX · HORATIÓ · DIADVMENÓ

Descripsit de Rossi.
4 seq. *ad hanc aediculam ollarum n(umero sex), et columbar(ia) iu[x]ta aedicul(am) n(umero sex), ollarum n(umero duodecim), et angul(um) parietis columb(ariorum) n(umero trium), ollar(um) n(umero sex) itus aditus ambitus, tricl(inii) culinae usus aquae hauriend(ae) concessus est Q. Caulio Carpo ab Sex. Horatio Diadumeno.* — Culina cum sepulcro coniuncta nescio num alibi memoretur.

14615 in ecclesia S. Mariae in via lata.

DIS·MANIBVS·SACR
L · CAVLIO · IVSTO
VIXIT·ANNIS·XXIII

P. Sabinus Ottob. f. 133.
Vv. divis. incerta. — 2 CAVLLO cod.

14616 tabula marmorea. In domo quondam Francisci Porcari IVCVND. MAN. CHIS., Iulii GAMM. MAZ. KNIBB., similiter SMET. LIGOR. LIPS. PTOL. SEG.; ad D. Iohannis Pignae in aedibus Leopardi di Feltri (quae ipsae sunt aedes Porcariorum) GRVT. 864. — In domo Ioannis Ciampolini SAB. errore. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* patron. II).

Q · CAVLIVS · Q · L · PHILOXENVS
SALVIDENA · C · L · STATIA · SIVSDE *sic*
ARBITRATV · FACTVM EST
Q · CAVLIVS · Q · Ɔ · L · SATVR · MAIOR
Q · CAVLIVS · Q · Ɔ · L · PHILEROS
Q · CAVLIVS · Q · Ɔ · L · SATVR MINOR
C · SALVIDENVS · Ɔ · L · ANTVLLVS
CAVLIA · Q · Ɔ · L · PITHVSA
SCANDILIA · M · L · CRIIESTE ///// *sic*

Descripsi. Iucundus Veron. f. 90, Magl. f. 26' (inde Mazochius f. 141', corrigitur in emendationibus); ex fonte eodem P. Sabinus Marc. f. 179 et Gammarus f. 177'; porro Io. Bembus f. 37; Metellus ad Mazochium sunm nunc Vaticanum: 'P(etrus) V(rondellus) exscr.'; Smetius ed. 131, 11 (inde Grut. 957, 9), qui vidit; Ligorius Neap. l. 39 p. 248 et eiusdem libri loco alio (inde Panvinius Vatic. 6036 f. 28); Manutius Vatic. f. 366; Knibbius Berol. p. 47; anonymus Hispanus Chisianus f. 153'; Lipsius ms. f. 51' (inde Pighius Berol. f. 191); Grut. 864, 13 acceptam a Schoppio, qui vidit; Ptolemaeus sched. 2, 215; Seguier Paris. f. 17'; Marini Vat. 9124 f. 221.

14617 in ecclesia S. Laurentii in piscibus MARCAN.; in aede S. Laurentii iuxta S. Michaelem RED. IVCVND.

D I I S · M A N I B
S A C R V M
C · CAVLIO · SILVANO
VIXIT · ANNIS · XI · M · IX
C · CAVLIVS · RESTITVTVS
FILIO · PIISSIMO

Marcanova Mut. f. 70'; cod. Redianus f. 18' et ex eodem fonte Ferrarinus Paris. f. 126', Iucundus rec. 3 Magl. 28, 34 f. 97*a* (inde Piccart n. 69, ex quo Reinesius 12, 18).
Vv. divis. incerta. — 1 DIS MANIBVS Red. Ferr. Iucund. — 3 et 5 A · CAVLIO, A · CAVLIVS omnes excepto Marcanova, fortasse recte. — 4 MENS Red. Iucund., MENSES Ferr. — Librariorum menda non curavi.

14618 tabula marmorea. In hortis cuiusdam domus privatae DON. — In hortis qui fuere Bosii GVD., in villa Caesarina PTOL. — In coenobio S. Pauli via Ostiensi MAR. NIC. et adhuc.

OIS · MAN
P·CAVLIVS
SYNTEOPHVS·HIC
SITVS EST·VIE AN·L
SINE · CRIMINE ·VITAE
VOS·EGO NVNC·MONEO
SEMPER · QVI · VIVITIS
AVARE NVDVS·NATVR
FVERAS · A MATRE
CREATVS · NVDVS · ERIS
OBITIS GRATIA NVLIA
DATVRV·

Contulit Zangemeister. Donius 15, 28, qui vidit; Gudius ms. 620, 2, ed. 317, 9, qui vidit; Ptolemaeus sched. 1, 304 (inde Mur. 1654, 2); Marini sched. Vat.; Nicolai *basilica di S. Paolo* p. 119, 141. Burmann anthol. 4, 49.

hic situs est; vixit annos . . . sine crimine vitae.
Vos ego nunc moneo semper qui vivitis avare:
nudus natur[a] fueras a matre creatus,
nudus eris; obitis gratia nulla datur . . .

V. 6. 7 metrum pessumdatum est posito numero plurali pro eo qui poni debebat singulari.

14619 tabula marmorea litteris mediocribus saeculi secundi HVEBN. Inter lapides repertos in principio viarum Appiae et Latinae antiquarum, a. 1731—1733 apud Ficoronium MARVC. — Nunc Londinii in museo Britannico.

L·CAVLIVS·THEOGENES
L · CAVLIVS · CHAEREA
CLODIA · HELENA

Descripsit Huebner. A Ficoronio missam Gorii cod. Marucell. A, 6 f. 479'.

14620 tabula marmorea litteris malis HVEBN. Oxonii in museo.

CAVLIAE EVOPIDI
CONIVG BENME *sic*
SIX CAVLIVS MAESIC *sic*
FECIT

Descripsit Huebner. Prideaux marmora Oxoniensia p. 91 n. 22; Maittaire marm. Arundel. p. 36 n. 63; Chandler marm. Oxon. n. 52.

14621 tabula marmorea in vinea Costa via Portuensi.

D · M ·
CAVLIA·HYGIA·SEX·
CAVLIO·EVTYCHETI·
CONIVGI · CARISSIMO
OE·SE·BENE·MERENTI

Rossio dedit dominus vineae Costa.

14622 in domo quondam Iohannis Pilarii.

O · M
CAVLIAE · IANVARIAE
VIX·ANN · XXXIII · MENS · III
L · OFELLIVS · ARTEMIDORVS
CONIVGI · B · M · F · ET · SIBI
CVM QVA·VIXI·ANN·XIII·SINE
VLLA · QVEE

P. Sabinus Marc. f. 121, Ottob. f. 81'; inde Iocundus rec. 3 Cicogn. f. 135' (unde Piccart 193, ex quo Reinesius 14, 41).

Vv. divis. incerta. — 2 CLAVDIAE Sab. Marc.

14623.4 tabula marmorea. In vinea Corsi via Appia SARTI. Nunc muro inserta prope monumentum columbariorum ad portam Latinam situm.

CAVSINIA · C · L · TERTIA
CAVSINIA · AOVENA · V · A · XII
SEX·PALPELLIVS·SEX·L·PEOTHYMVS

Descripsi. Aem. Sarti in schedis.

Eodem loco repertus est titulus *Causinii* cuiusdam *Spinteris* huius vol. n. 10326.

14625 in museo Ciampino.

O · M
CN·CECCIVS · FELIX
CECCIAE · EVFINAE
CONIVGI · FECIT · ET
LIB · LIBERTABVSQ
POSTERISQ·EORVM

Fabretti 614, 116.

14626 fragmentum cippi ex lapide Tiburtino. Olim in via Appia vidi EGO. — Nunc in museo Kircheriano.

M · CEDRIVS
... IOB

Descripsit Mau, contuli ipse.

2 potest fuisse M·L·IOBACCHVS

14627 in villa Pellucchia.

CEDEVS
C·SORNATI·PLVTI·ET
C·NORBANI·AMIANTHI

Marini Vat. 9120 f. 385, 9131 f. 12.

2 P·LVTI traditur.

14628 fragmenta duo tabulae marmoreae. Reperta a Fortunatio prope *Tor Sapienza* a. 1861 ACTA. — Nunc in museo Laterano in repositis.

D *m*
L · CEION*io*
FECIT
CEIONIAE·COM
CEIONIO · PRO
CEIONIO · NEEM
*e*T · CEIONIO

*cei*oNIO · h
M
*in fro*NTE·*ped*

Descripsit Bormann. Fragmentum prius est etiam in actis curatoris operum publicorum et commercii, qui sub pontificibus fuit.

1. 2 litterae O et L servatae in actis postea perierunt.

14629 area sepulcralis, ad S. Agnen HIER., in vinea addit FABR

CEIONIO · CALLISTO
FILIO · DVLCISSIMO
Q·V·A·III·M·VII·D·XI·
CEIONII · LAMYRIS
ET · POMPEIANVS
PARENTES · FILIO · IN
COMPARABILI

Sirmondus Paris. 1419, 177; Fabretti 747, 547 (inde Vulpi Lat. 10, 2, 627).

3 D·X, — 6. 7 FECERVNT·FILIO | INCOMPARABILI Sirm.

14630 tabula marmorea. In vinea Fortunati inter vias Nomentanam et Tiburtinam sita vidi EGO. — Apud antiquarium in via Sixtina BENND. — Nunc in museo Kircheriano.

DIIS · MANIBVS
L·CEIONIO·L·L·DE
METRIO · V · A · XLI

Descripsimus ego, Benndorf, Mau.

14631 tabula marmoris caerulei. Effossa Romae, Senis apud canonicum Bandinellium GORI, similiter PECCI MAR. Exim in villa Fagnano prope Senas penes Bandinellios.

O M
L · CEIONIO · DIAGORAE
COIVGI · BENE · MERENTI
QVI · VIXIT·ANNIS · LIIII
M·V·D̄ VIII·CVIVS·MATRI *sic*
MONIO·VIXIT ·ANNIS · XEX·
D̄ · VII
VATERNIA · IVSTINA
·COIVX·

Contulit Bormann. Gori I. E. 2, 69, 23 ab U. Benvoglientio (inde Mur. 1321, 6); Pecci ms. Senens. f. 137' n. 554; Marini Vat. 9117 f. 12.

14632 apud lapicidam ad divae Pudentianae in Viminali AM., in vico Senatorio MAR. (Vat.). — In museo Vaticano MAR. (Arv.), ubi non invenimus.

O M
L · CENIVS
EVCARPVE
CEIONIAE
ADIVTRIC
I·CONIVGI
BENE ME
RENTI FE
C I T

Amaduzzi anecd. litt. vol. III p. 475 n. 228, qui vidit a. 1764; Marini sched. Vat. descriptam a Reggio a. 1767, ed. *Arv.* 491.

14633 tabula marmorea. In S. Ioannis ad portam Latinam in pavimento ROSS., *avanti agli scalini dell' altar maggiore* addit CRESC.

M · CEIONIVS · M · F
PROCVLVS
V · A · III · M · VI·

Descripsit de Rossi. Accursius Ambros. D, 420 f. 7' (inde Mur. 1654, 5 'e schedis Ambrosianis'); Suaresius Vat. 9140 f. 23; Crescimbeni *storia della chiesa di S. Giovanni* p. 101, 27.

14634 tabula marmorea, in aedibus Merolli.

D ♡ M
L · CEIONIO
SEVERO FILIO · B M
F · C · AVILLIVS PRO
TVS ET · AVILLIA · N
MICE · Q · V · A · XVIII

Descripsit Gatti, contuli ipse.

14635 fragmentum tabulae marmoreae effossum in vinea Villani via Ostiensi milliario fere secundo.

O M
CEION
POMP
AELIV

Descripsit Gatti ediditque *bull. arch. comm.* 1878 p. 55.

14636 cippus. In hortis Iustinianeis OMNES. — Nunc in aedibus urbanis Iustinianorum in cubiculo sub scalis.

O M
CEIONIAE
FORTVNATAE
ALVMNAE
VIX · AN · XVIII
urceus O · ABAVIIII *patera*
AIA ISIAS
QVAE CVM DOLO
RE VITAM INFELICIE
IS SIMA EXIGO · FECIT

Descripsit Tomassetti. Gudius ms. 505, 2, ed. ind. CVII, qui vidit; Ptolemaeus sched. 1, 108; Fabretti 236, 625; Montfaucon Paris. 1293 post f. 155; Marini Vat. 9120 f. 44.

14637 fragmentum tabulae marmoreae in villa Wolkonsky.

D M
cEIONIAE P
bENE MEREN
MINAE ET
IRTVS

Descripsit Zangemeister.
4 videtur fuisse *fe*]*minae*.

14638 arula GRVT. ed. 2. Non longe ab arcu de Portugalli AVCH.; ad viam publicam non procul ab arcu Domitiani GRVT. — In hortis Iustinianeis CETERI.

DIS · MANIBVS
CEIONIAE · L · F
THAIDIS
VXORIS · OPTIMAE
AGATHO · AVG · LIB

Buchelius cod. Traiect. II, F, 7 (ab eo Grut. 605, 7; in corrigendis citantur schedae Gutensteinii quas ex Ursinianis pendere adnotatur in ed. 2), qui descripsit; Ptolemaeus sched. 1, 18; Fabretti 247, 6; Montfaucon Paris. 1293 f. 152 seq. manu Hispani ignoti; Seguier Paris. f. 93. 1 litt. extantem solus Buch. — 2 CERONIAE id., corr. Gutenst. ad Grut. —

14639 in trivio in domo Griphonetti GAMM. — (Mediolani) In aede divi Simpliciani praecedit apud ALC. — In S. Nicolai columnae coclidis regione Montium MAZ. — In S. Nicolai in calcariis in regione S. Eustachii arae fulcrum SMEND. MS. AO MAZ. — S. l. IAC.

a	*b*
Q · CEIVS	Q · CEIVS
M · F	Q · L
CORDVS	HILARVE

Gammarus f. 170; Alciatus Fene f. 139; Mazochius f. 51, non vidit auctor emendationum; em. ms. in exemplo Maz. Metelli nunc Vaticano; Iacobonius app. ad Fonteium p. 79 (inde Grut. 934, 14) ex codice Gryphonetarum. Errore iam supra dedimus n. 13971.

Vs. div. servaverunt Maz., qui imaginem exhibet, Iac. et in laterculo priore Gammarus. — *a* 1 Q · CAECILIVS Alc., A · COEIVS Maz., Q · CAESIVS Iac. — 2 M · F Gamm., Q · F Iac. — 3 CODNIS Maz. — *b*, 1 A · COEIVS Maz., Q · CAESIVE Iac. — 2 A · L · Maz. — 3 HILARIVE Alc.

14640 tabula marmorea litteris optimis in vinea olim Filippani via Latina ad laevam prope urbem.

C · CEIO · C ·
LYSIMACHO

Descripsit de Rossi.

14641 tabula marmorea. Apud Ficoronium LVPI (in museo Kircheriano MVR. errore). — Catanae in museo Biscari TORR. FERR. et adhuc. — S. l. GHEZZI.

O *corona* M
CELADIANI·
HEVRESI · ET·
PROCOPENI·
FILIAEVE · ET·
AELIO · CAELADO
CONIVGI · B · M ·
FECIT · AELIA·
HEVREEIS·

Contulit Mommsen. Ghezzi sched. Angelic. p. 19, qui vidit; Lupi Vat. 9143 f. 18', ed S. Severa 163 (inde Mur. 1147, 4); Torremuzza inscr. Sic. XI, 3; Ferrara *storia di Catania* 428, 13. Cf. vol. X n. 1088*, 80.

V. 2 in litura repositus est, antea fortasse fuit *Aelia*. Nomen filii, ut videtur, cum inconcinne insertum est, tum casu genitivo adhibito

14642 tabula marmorea. In museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall. lap.* patron. I). — S. l. VISC.

C E L A D V S
TI · CLAVDI CAESARIS · F · SER
VIX · ANN · XXV
C A R V S · S V I E

Descripsi. Marini Vat. 9124 f. 118; Visconti sched. Paris. 7 f. 227'.

Hunc servum fuisse Britannici recte iam adnotavit Marinius.

14643 tabula marmorea originis urbanae. Florentino *nello studio del sig. Riccardo Riccardi* STEPH., in aedibus Riccardiorum DON. GORI et adhuc.

D M
L · CELADVS · SENIOR · ET ·
· CELADVS IVNIOR · SE · RI
vi CoMPARAVER · SIBI · ET · LVCENIE
LINI · ET · LIB · LIB · POS · EOR · M
TVS IN CONT · EX · DONATIONE VNVM SOLETN POSSIONE

Descripsit Kiessling. Donius cod. Marucell. A, 293 f. 186; Stephanonius cod. Leid. f. 149 (ab eo Gudius ms. 653, 5, ed. 306, 3); Gori I. E. 1, 85, 7 (inde Mur. 1654, 6); *marmi Riccardiani difesi* n. 18 p. 257.

V. 2 in. potest esse *ar*]*l.*, *c*]*l.*, *f*]*l.* — 6 IN CONT fortasse significat *in contiguo* vel *in continenti*. Solia loca sepulturae commemorantur etiam huius vol. n. 9258. 10848.

14644 fragmentum tabulae marmoreae in coenobio S. Pauli via Ostiensi.

L · CELER
L · ABBVTI
FECIT · CON
SVA · MA

Contulerunt Bormann et Gatti.

14645 urnula. Apud Ciampinum AVON. — Apud Borrionium SEG.

CELERI
LIBERTO

Buonarroti cod. Marucell. A, 43 f. 90; Seguier Paris. f. 119.

14646 tabula marmorea. In aedibus RR. PP. congregationis S. Mauri BIANCH. Romae nuper reperta WINCK. — In bibliotheca card. Albani MAR. — In aedibus del Bagno prope S. Mariae Maioris DISC. — Nunc Casercoli in aedibus del Bagno. — In museo Capitolino GARR. errore.

CELER · PRIMI · AVG · LIB · LIBERTVS
ET GEMINIAE EVNTYCHÉ CON
IVGI ET · FLAVIO CELERIONI · ET · HB
LENE CELERINAE FILIS POSTERIE
QVE · SVIS FÉCIT

Descripserunt Descemet et Bormann. Bianchini sched. Veron. 347 f. 107; Winckelmann *Sendschreiben von den Herkulanensischen Entdeckungen* p. 91, in opp. eius ed. Fernow t. II p. 125; Marini Vat. 9120 f. 115', 9123 f. 74; Garrucci *accenti* p. 22.

14647 litteris magnis et pulchris in marmore quod postea, sed aetate antiqua, elaboratum est in capitulum columnae, in cuius abaco inscriptio extat. In S. Agnetis via Nomentana OMNES et adhuc in vinea.

CELERI
NERONIS
AVGVSTI · L

Descripserunt de Rossi Mau Bormann. Suaresius Vat. 9140 f. 155'; Fabretti 721, 431 (inde Vulpi Lat. 10, 2, 627); Marini sched. Vat.; Osann syll. 490, 42, qui vidit.

In fine versum quartum A . . . . O addunt soli Fabr. Mar.: nunc non extat, spatiumque nimis exiguum est, quam ut unquam videntur adesse potuisse.

14648 fragmentum tabulae marmoreae latum m. 1,17, altum m. 0,85, repertum in Esquilino prope plateam Victorii Emmanuelis FIOR., *nell' orto di S. Eusebio sulla linea della via Napoleone III nello strato superiore, ove già fu la necropoli pagana* LANC.

IIVS · CELER
/ i / / VI
. · SVIS
...IS · LIBERTABVE
POSTERISQ · EORVM

Descripsit Schmidt. Lanciani apud Fiorellium *not. degli scavi* 1877 p. 206 et *bull. arch. com.* 1877 p. 169, 148.

14649 fragmentum tabulae marmoreae, effossum fortasse in agro Verano, extat in museo Capitolino inter lapides Sartianos.

LLIVS
ENIO FEC
CELERINO
VERNAE SVO
E QVI VIX ANN · II
MENS · X · DIEB · XXI

Descripsimus Bormann et ego.

14650 tabella marmorea. Effossa in praedio *Tor Marancia* via Ardeatina e sepulcreto quodam a. 1857 DE ROSSI. — Nunc apud Nicolaum Pantanetti, qui emit ab antiquario quodam.

· D · M · S ·
CELLERINA *sic*
FELICI COIV
GI SVO BN M
FECIT ·

Descripserunt de Rossi et Gatti.

14651 cippus. In coenobio S. Pauli via Ostiensi.

DIIE
MANIBVS
CELSO · L · FE
VI F

Descripserunt Forcella et Gatti.

Dis manibus. Celso l(iberto) Faen(ia) Vi(. . .) f(ecit).

14652 fragmentum. In vinea Gulielmi pasticcerii ad S. Pancratium.

D · M
ANIAE · CELSAE
VS · BRAZACA
ET · LIB · KARIS

Cittadinius Marc. p. 137, Vat. 5253 f. 212.

14653 cippus quadratus marmoreus. In S. Pauli via Ostiensi OMNES et adhuc in claustro.

D M
CENSORI · FI
LIO · DVLCISEI
MO QVI VIXIT ·
ANN / / / M · X
D · AEMILIVS
AN / / / / E · ET ·
FABVLLA · PARENT
FECERVNT · B · M

Contulit Zangemeister. Mur. 1147, 6 a Scarmaglio; Ginanni ms. n. 22; Marini Vat. 9120 f. 238 eodemque exemplo Nicolai *basilica di S. Paolo* p. 69 n. 26.

5. 6. 9 quae nunc evanuerunt, dedi inclinatis. — 5 ANN / / / M · X Mur. Gin., ANN / / MEN X Mar. Nic. — 7 AN / / ES Nic., AN / / / / E ceteri; possis cogitare de *Anoptes*. — 8 FABVLLA Mur. Zang., FABVLA Gin., FABVLAM Mar. Nic. — 9 B · M Zang. Mur. Gin., F · B · M Mar. Nic.

14654 fragmentum tabulae marmoreae repertum, cum fundamenta iacerentur aerarii publici (*palazzo delle Finanze*). Nunc in museo Kircheriano amplificato.

D M
C · CENT
CHIANVS
TVLLIO · E
FILIO · DVLC*issimo*

in averso lapide:

VERI
VIX · M

Descripsit Mau, contuli ipse. Pellegrini *rapp. sugli scavi* ms. mens. Iun. 1873.

Aversam non vidimus.

14655/6 tabula marmorea. In museo Capitolino GVASCO et adhuc. — Exemplum novicium et destinatum museo Benedictinorum Catanensium exhibet SCAMM.; Messanae penes Andream Gallum TORR. Id postea in Galliam delatum Aquis Sextiis apud praesidem St.-Vincens vidit MILL. A. 1825 transiit in museum urbis eiusdem, ubi extat adhuc.

D · M
C · CENTONIO · C · F
LVCRINO · V · A · XIIX
MENSES · II · D · XXI
CENTONIA · BLANDA
PATRI FEC

Descripsi exemplum genuinum, quod habet etiam Guasco M. C. 796. — Exemplum novicium descripsit et damnavit Hirschfeld, habent Scammacca apud Gorium cod. Marucell. A, 77 f. 5 et f. 143; Torremuzza Sic. XIV, 28 — 32; Millin *voyage* II, 202; Gibert *catalogue du musée d'Aix* n. 145. Cf. vol. X n. 1043*, 3.

D M | C CENICILIO CEIO|RINO V A XIIX MEN|SES II D XXII GENIVS | M BIANDA BEN ME F ex. novicium.

14657 in S. Pauli via Ostiensi in pavimento.

L · CERCEI
SIBI · ET · *Suis*
ADITVM *Ambitum*
HABET VIVS
IN AG · P X
IN LON*g p* . . . .

Margarini ms. p. 132, ed. 551 (inde Mur. 1654, 10; Nicolai *bas. di S. Paolo* 241, 792).

1 CERCE, — 5 IN Marg. ed.

14658 monumentum columbarii e marmore Syenite LIG. (Vatic.). *Fuori della via Appia verso S. Sebastiano in un sepolcro* LIG. (Neap.); ad ictum lapidis extra viam ID. (Vatic.); in fronte vineae Vidaschae LVP., similiter MAFF. AD.; ad bivium circi, addit MAR.

L · CERCENIVS · CHARITO
FVRIAE · PRIMIGENIAE
VRORI · SVAE · KARISSIMAE · ET
CERCENIAE · L · F · SABINAE
PIENTISSIMAE
VIXIT · ANN · XXVII · MENS · V
ET · LIBERTIS · LIBERTABVSQVE · SVIE
POSTERIEQVE · EORVM

Ligorius Neap. l. 49 (inde Panvinius Vatic. 6036 f. 81'), Vatic. 3439 f. 38 (inde Donius 12, 10, ex quo Mur. 1321, 9); Lupi Vatic. 9143 f. 13; Maffei M. V. 292, 2; schedae Bonaventurae Adami apud Petruccium bibliopolam; Marini Vatic. 9130 f. 13.

3 CARISSIMAE Maff. Ad. — ex. ET om. Lup. — 4 SABINAE Maff., SABINAE peculiari versu exhibet Ad. — 6 VIX · Lig. Maff. — ANNOS Ad. — XXXVII Lup. — 7 Q Ad. — SVIS om. Maff. — 8 Q Ad.

14659 s. l.

L·CEBCENI
CHRESTIONIS
ET · IRENAES

P. Sabinus Ottob. f. 143.
Vv. divis. incerta. — 3 IRAENAES traditur.

14660 s. l.

CEBCENIA·SALVI·ET
PHILoDAMI·L·ROMATHA
TÁTIS·PRIMO·SVO·ET·SIBI

P. Sabinus Ottob. f. 144.
Vv. divis. incerta. — 2 PHILIODAMI traditur. — 2. 3 litteris ROMATHATÁTIS videtur latere cognomen quoddam corruptum.

14661 ad S. Mariae trans Tiberim.

CERDONI PATRI
LAIDI · MATRI

Cittadinius Vat. 5253 f. 288'.

14662 sarcophagus marmoreus. In secessu monachorum Camaldulensium sub arce Tusculana PASS. et adhuc.

CERDO · ET
ALEXANDER
FILI·MATRI
MARIAME

Descripsimus de Rossi et ego. Passionei 58, 14 (inde Donati 380, 13).

14663 tabula marmorea originis, at videtur, urbanae. Pisauri in aedibus Olivieri.

D · M
CERDO·AVG·N·SER·ET·RVPILIA
VENERIA·FECERVNT·SIBI·ET·LIBERIS·SVIS
LIBERTIS·LIBERTABVSQVE·POSTERISQVE
EORVM·LOCVS·CONCESSVS·A·CANINIO
VOLCIANO·ET·FLAVIO·HERMETE·
ET·T·FLAVIO·RESTVTO·LOCVM·BVRGI
NAR·

Descripsit Bormann.

14664 tabula marmorea in museo Laterano in repositis.

ce|RDÓ · FECIT · SIBI·
fel|CVLAE · CONIVGI
|POSTERISQ·EÓR

Descripsi.

14665. 6 effossa, ut videtur, in agro Verano, servatur in museo Capitolino.

CERELLI
COIV*gi*
MAE·B*ene mer*
T·AEL·PA'
E F*ecit*

Descripsit Bormann.

14667 praecedit: Romae.

D · M
CERELLIANAE NYGIAE
V·A·XXIIII·M·III·D·XXII·
M·CERELLIANVS GRAPTVS
CONIVGI SANCTISSIMAE
BENEMERENTI FECIT ET SIBI
ET SVIS LIB·LIBERTABVSQ
POSTERISQVE EORVM·

Sirmondus Paris. 1419, 195.

14668 tabula marmorea in museo Laterano in repositis.

|AE COIVGI
|CERELLIVS
. . . *monum*|ENTVM·
fecit et sibi suisq|VE·LIBERTIS

Descripsi.

14669 tabula marmorea. In coemeterio Lucinae BOLD. — In coenobio S. Pauli MAR. NIC. Extat ibi in claustro. — Exemplum novicium in urna antiqua exaratum apud Cavaceppium sculptorem vidit MAR.; id Roma exportandum curavit de Blasio; Panormi in museo S. Martini DE BLAS. TORR. SAL. Panormi in museo publico vidit et damnavit Mommsen.

D · M ·
M · CERELLI·
ACHILLATIS·
QVI VIXIT ANNIS XVI·
MENSIBVS III·DIEBVS·XII

Contulit Nissen. Boldetti *cimiterj* p. 419 (inde Mur. 1655, 2); Marini Vat. 9120 f. 201; Nicolai *bas. di S. Paolo* p. 114 n. 126. — Exemplum novicium habent Marini Vat. 9122 f. 12; de Blasio in epistula ad Gallettium data d. 1 Sept. 1776 in *opusc. di autori Siciliani* t. XVII p. 337; Torremuzza inscr. Sic. ed. 2 XIV, 37; Salinas *catal. del museo di S. Martino* n. 62. Cf. vol. X n. 1089*, 63.
Exemplum novicium hoc est: D·M | M·CERELLI·AHIL|LATIS·QVI·VIXIT·ANNIS XVI·M·III·D·XII.

14670 tabula marmorea. Apud Greium antiquitatum venditorem in burgo SIRM. — In agro Bononiensi apud marchiones Bevilacqua MALV., in Tusculano dd. de Bevilacqua a. 1776 GVARN. — Extat Bononiae in museo publico.

M·CERELLIVS·CLE
TVS · FECIT · SE · VIVO
SIBI·ET·SVIS·LIBER
TIS · LIBERTABVS·
QVE · POSTERIS·QVE·
EORVM · HIC · MONI
MENTVE·HEREDEM·EX
TERVM · NON · SEQVITVR
HVIC · MONIMENTO · DO
LVS·MALVS·ABESTO·AFV
TVRVS · QVE

Descripsit Zangemeister. Sirmondus Paris. 1419, 181; Malvasia 369 (inde Mur. 1527, 3); Guarnieri sched. Bonon. f. 19 n. 3. Cf. vol. XI n. 100*, 6.

14671 arca marmorea SAB. Ad S. Caeciliam SAB. — Apud marchionem Theodoli PTOL.

in clipeo quem duo genii sustinent PTOL.

D · M
M · CERELLIO
IASORICIO FRATRI
DVLCISSIMO QVI
VIXIT ANN·XXXV
D·VII·FRATER BENE
MERENTI FECIT

P. Sabinus Marc. f. 211', Ottob. f. 66' et 110; Ptolemaeus sched. 2, 402 (inde Mur. 1446, 4).
Vv. divis. servavit Ptolemaeus. — 2 CETILLIO Ptol. — 3 IASORINO Sab.; quod nomen lateat, non perspicio. — 5 VIX Sab. (Marc.) — XXXX id. — 6 DVLI ERATER Ptol. — 6. 7 B·M Sab

14672 tabula marmorea. Extra urbem in hortis Pamfiliorum ad viam Aureliam OVD.; in villa Pamfilia PTOL. Ibi iterum reperta a. 1819 NIEB. et adhuc.

D CERELLIAE FORTVNATAE CONIVGI CARISSIMAE · CVM QVA M · V · ANN · XL · S V Q
M · ANTONIVS · ENCOLPVS · FECIT · SIBI · ET · ANTONIO · ATHENAEO ·
LIBERTO · SVO · KARISSIMO · ET · LIBEXTIS · LISSRTABVSQVS · EORVM ·
ST · POSTERIS · SXCEPTO · M · ANTONIO · ATNSNIONS · QVSM · VETO ·
IN · EO · MONIMSNTO · ADI · TVM · HARERE · NEQVE · ITER · AMBITVM · *sic*
INTROITVM · VLLVM · IN EO · HABERE · NEQVE · SSPVLTVRAE · CAVSA ·
RSLIQVIAS · EIVS · POSTERORVMQVE · EIVS · INFSRRI · QVOD · SIQVIS · AD *sic*
VSRSVS · HOC · QVIS · FECERIT · TVNC · IS · QVI · FSCSRIT · POENAS · NOMINE ·
PONTIFICIBVS · AVT · ANTE · SCOLARIS · VIRGINVM · HS · L · M · N · INFERRE · DE
EEBIT · IDEO · QVIA · ME · POS · MVLTAS · INIVRIAS · PARENTEM · SIBI · AMNSGAVSRIT · *sic*
ET · A · LELIO · APELITI · CLIENTI · KARISSIMO · QVEM · BOLVERIT · DODATIONIS · CAVSA · SARCOFA *sic*
GVM · ELIGAT · SIBI · OPTER · QVOD · IN TAM MANA · CLADE · NON · ME RSLIQVERIT · CVIVS · BENEFICIA · ABEO ·
ΜΗ ΜΟΥ ΠΑΡΣΛΘΗΣ ΤΟ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ ΟΔΟΙΠΟΡΕ ΑΛΛΑ ΣΤΑΘΕΙΣ ΑΚΟΥΕ ΚΑΙ ΜΑΘΩΝ ΑΠΙ
ΟΥΚ ΕΣΤΙ ΕΝ ΑΔΟΥ ΠΛΟΙΟΝ ΟΥ ΠΟΡΘΜΕΥΣ ΧΑΡΩΝ ΟΥΚ ΑΙΑΚΟΣ ΚΛΕΙΔΟΥΧΟΣ ΟΥΧΙ
ΚΕΡΒΕΑΟΣ ΚΥΩΝ ΗΜΕΙΣ ΔΕ ΠΑΝΤΕΣ ΟΙ ΚΑΤΩ ΤΕΘΝΗΚΟΤΣΣ ΟΣΤΣΑ ΤΕΦΡΑ Ε ΕΓΟΝΑ *sic videtur*
ΜΕΝ ΑΛΛΟ ΔΕ ΟΥΔΕ ΕΝ ΕΙΡΗΚΑ ΣΟΙ ΟΡΘΩΣ ΥΠΑΓΕ ΟΔΟΙΠΟΡΕ ΜΗ ΚΑΙ ΤΕΘΝΗΚΩΣ ΑΔΟΛΕΣ
ΧΟΣ ΣΟΙ ΦΑΝΩ · ΜΗ ΜΥΡΑ ΜΗ ΣΤΕΦΑΝΟΥΣ ΣΤΗΛΗ ΧΑΡΙΣΗ ΛΙΘΟΣ ΣΕΤΙΝ ΜΗΔΣ ΤΟ ΠΥΡ
ΦΛΕΞΕΙΣ ΙΣ ΚΣΝΟΝ Η ΔΑΠΑΝΗ ΖΩΝΤΙ ΜΟΙ ΕΙ ΤΙ ΕΧΕΙΣ ΜΕΤΑΔΟΣ ΤΕΦΡΑΝ ΔΕ ΜΕΘΥΣΚΩΝ
ΠΗΛΟΝ ΠΟΙΗΣΕΙΣ ΚΑΙ ΟΥΧ Ο ΘΑΝΩΝ ΠΙΕΤΑΙ · ΤΟΥΤΟ ΣΣΟΜΑΙ ΓΑΡ ΕΓΩ ΣΥ ΔΕ
ΤΟΥΤΟΙΣ ΓΗΝ ΕΠΙΧΩΣΑΣ · ΕΙΠΕ · ΟΤΣ ΟΥΚ ΗΝ · ΤΟΥΤΟ ΠΑΛΙΝ ΓΕΓΟΝΑ · H · M · D · M · A ·
A · LAELIVS APELLES IN HOC MONVMENTO ADITVM AMBITVM IVBEO HABERE IVSSO ANTONI ENCOLPI
OLO · LELIO · APELLETI · VNO · SARCHOFAGO · ITVM AMBITVM · HABERE · DEVEVET · AMICO · OPTIMO

Descripsi. Gudius ms. 155, qui vidit (inde v. 1 affertur ind. CVIII); Ptolemaeus sched. 1, 429 (inde Mur. 1321, 10); Niebuhr in actis maioribus acad. Berol. a. 1822, 23 p. 253 (inde Orelli 1175); C. I. Gr. 6298 (inde Kaibel n. 646).

D(is) m(anibus). Cerelliae Fortunatae coniugi carissimae, cum qua v(ixi) ann(is quadraginta) s(ine) u(lla) q(uerella). M. Antonius Encolpus fecit sibi et Antonio Athenaeo liberto suo karissimo et libertis libertabusque eorum et posteris, — excepto M. Antonio Athenione, quem veto in eo monimento aditum habere, neque iter ambitum introitum ullum in eo habere, neque sepulturae causa reliquias eius posterorumque eius inferri; quod si quis adversus hoc qui[d] fecerit, tunc is qui fecerit, poenae nomine pontificibus aut antescolaris virginum (sestertium quinquaginta) m(ilia) n(ummum) inferre debebit, ideo quia me pos(t) multas iniurias parentem sibi annegaverit — et A. Lelio Apeliti clienti karissimo: quem boluerit do[n]ationis causa sarcofagum eligat sibi, [pr]opter quod in tam ma[g]na clade non me reliquerit, cuius beneficia [h]abeo.

Μή μου παρέλθῃς τὸ ἐπίγραμμα, ὁδοιπόρε
ἀλλὰ σταθεὶς ἄκουε καὶ μαθὼν ἄπι.
Οὐκ ἔστι ἐν Ἅδου πλοῖον, οὐ πορθμεὺς Χάρων,
οὐκ Αἰακὸς κλειδοῦχος, οὐχὶ Κέρβι[ρ]ος κύων.
Ἡμεῖς δὲ πάντες οἱ κάτω τεθνηκότες
ὀστέα τέφρα [γ]εγόναμεν, ἄλλο δὲ οὐδὲ ἕν.
Εἴρηκά σοι ὀρθῶς· ὕπαγε ὁδοιπόρε
μὴ καὶ τεθνηκὼς ἀδολεσχής σοι φανῶ.
Μὴ μύρα, μὴ στεφάνους στ[λ]ῃ χαρίσῃ, λίθος ἐστίν,
μηδὲ τὸ πῦρ φλέξῃς· ἐς κενὸν ἡ δαπάνη.
Ζῶντί μοι, εἴ τι ἔχεις, μετάδος, τέφρην δὲ μεθύσκων
πηλὸν ποιήσεις, καὶ οὐχ ὁ θανὼν πίεται.
Τοῦτο ἔσομαι γὰρ ἐγώ, σὺ δὲ τούτοις γῆν ἐπιχώσας
εἰπέ· ὅτ[ι] οὐκ [ὢν] ἦν, τοῦτο πάλιν γέγονα.

H(uic) m(onumento) d(olus) m(alus) a(besto).

A. Laelius Apelles in hoc monumento aditum ambitum iubeo habere. Iusso Antoni Encolpi Olo Lelio Apelleti uno sarchofago itum ambitum habere debe[i]t, amico optimo.

Niebuhrius Encolpum Fortunatam Apelletem credidit eos ipsos esse quos Petronius in Satyrico loquentes facit, perperam omnino. — 20 emendavit Meineke ad Callimachum p. 298.

14673 in vinea Barzocchini via Latina BRVZZA. Nunc in villa Casali in monte Caelio.

D · M
L · CERFICIVS · ROGATIANVS ·
ET SATRIA · SATVR · NINA · FECERVNT
SIBI · ST · LIBERTIS · LIBERTABVSQVS
POSTERISQVE EORVM ·

Descripserunt Bruzza et Gatti.

14674 stele marmorea. *Nella villa di pp. Giulio III* LIG. BOISS. (vineam Poggianam dicit MVR.); vinea Ursinia ad arcum obscurum PTOL. — Villa Haig MAR.

protome pueri
DIS · MANIBVS
CERIALIS
VIXIT · ANNIS · VII
MENSIBVS VII
FELICVLA · MATER
FILIO · FECIT
PIISSIMO

Descripsit Marucchi. Ligorius Neap. l. 39 p. 274 (inde Mur. 1147, 8); Boissard Holm. f. 79', Paris. p. 312 (inde Grut. 1121, 7 'e ms. cod. Boissardi'), ed. 6, 57; Ptolemaeus sched. 1, 328.

14675 tabella columbarii. Allata ex urbe nunc in villa Angeli Galli prope Florentiam STROZZA, in eadem villa DON. GORI. — Nunc in museo Florentino (cl. IX).

C CERIVS·C·ET·Ɔ·L IVLIA·Ɔ·L·
ANDRONICVS PHILVMINA

Descripsi. Car. Strozza cod. Florent. f. 80 (inde Gudius ms. 861, 13, ed. 354, 10); Buonarroti cod. Marucell. A, 43 descriptam a Carolo Dati; Gori cod. Marucell. Bandin. 68, I. E. 1, 436, 40. 41 (inde priorem Mur. 1655, 5) et correctam 3, 113, 106.

14676 tabella marmorea in museo Laterano in repositis.

P·CLARINI
COMMVNI *sic*

Descripsit Detlefsen a. 1861.

14677 tabella marmorea in museo Laterano in repositis.

CERRINIA
IVCVNOA

Descripsit Detlefsen a. 1861.

14678 tabula marmorea. Ad viam Appiam primo ab urbe lapide prope viam ferratam OETL.; in vinea Bellini VISC.

O · M
CERRINIA PRI
MIGENIA CERRI
NIAE · CNEESTE
ALVMNAR·IN
FANTI DVL*cissimae*

Descripserunt Detlefsen et C. L. Visconti.

14679 cippus PTOL. Apud quendam colonam habitantem inter carcerem Tullianum et D. Hadriani, qui hunc lapidem anno 1625 exportavit ex vinea quam colit extra portam Appiam DON. (Vat.); apud quendam vinitorem prope arcum Septimii Severi DON. (Barb.). — In hortis Iustinianeis GVD. PTOL. FABR. SEG.

O · M
M · CERTIVS · ASCLEPIVS
SE · VIBVS · COMPARAVIT
SIBI·ET·PATRONO·SVO·ET
LIBERTIS · LIBERTABVSQE
POSTERISQVE·EORVM

Donius, qui vidit, Vat. 7113 f. 37', Barb. p. 169; Gudius ms. 538, 3, ed. ind. CVIII; Ptolemaeus sched. 1, 40; Fabretti 611, 123; Seguier Paris. f. 96 solum principium.

1 om. Don. — 2 CERTIVS Don. (Vat.), CAERTIVS Don. (Barb.). — 3 CONPARAVIT Fabr. — 5 QE 'sic' Gud., QE Don. Ptol., QVE Fabr.

14680 *alle tre fontane* (sc. ad aquas Salvias) *nella cappella, dove sono l' ossa de' dieci mila martiri, nell' acqua santa* MAN. — S. l. MALV.

C·CERTIO
NERONIANO
L·CALPVRNIVS
L·L·ANTHVS
AMICO
FECIT

Servavit Manutius Vatic. 5241 p. 243. Ex eo Donius Barberin. p. 204 (inde, ut videtur, Malvasia 23 et 71 'ex schedis Fabrettii'; ex Malv. Mur. 1449, 13).

2 HERONIANO Malv. 71. — 4 EANTHVS Man. (ANTNVS corr. Don.); fortasse L·L·L·ANTHVS.

14681 in adita domus in via *del Banco di S. Spirito* n. 54.

O ♦ M
L·CERVARIVS BONVS
MONIMENTVM · H · V
SIBI ET SVIS · ET · LIbertis
libertabus

Descripsit Gatti.

2 Idem fortasse homo nominatur in titulo supra n. 10416. — 3 *monimentum h(oc) v(ivus)* [*f(ecit)*].

14682 in villa comitis Perucchi.

O · M
L · CERVA
RIO · SABI
NO · FILIO
DVLCISSI
MO · PIEN
TISSIMO
QVI · VIXIT
A · XII · M · III
FECIT
CERVARIVS
HERMES PA
TER

Marini Vat 9120 f. 382.

14683 in domo Nardi Zodoni SAB. (Ott.) IVC. (Cic.), po(stea) D. Antonii Maladisi, add. SAB. (Marc.).

O · M
L · CERVARIO · TNALAMO
FILIO · PIISSIMO · CERVA
RIA · GNOME · ET · THALAMVS
PARENTES · VIXIT · ANN · V
MENSIB · III · DIEB · VI · SIBI · ET · SVIS

P. Sabinus Marc. f. 123, Ottob. f. 81'; ex eo Iucundus rec. 3 Cicogn. f. 122' (inde Piccart 198, ex quo Reinesius 12, 20).

Vv. div. incerta. — 2 LVCIO, — 5 VIX, — 6 M·III·D·VI Picc.

14684 fragmentum tabulae marmoreae magnae. In S. Matthaei in Merulana STAR. — Nunc in tabulario in repositis.

l·F·CERVI
ROMAE·
E·VESTI

Descripsit Io. Schmidt, contuli ectypum. Suaresius Vat. 9140 f. 20; Lanciani *bull. arch. com.* 1877 p. 44 n. 87.

Litteras singulas in versuum 1. 2 principiis integras vidit Suaresius, nunc vestigia tantum supersunt.

14685 tabula marmorea. Velitris in museo Borgiano CARD.; s. l. VISC. — Nunc Neapoli in museo publico.

A · CERVIVS · A · L · ANTEROS SIBI ET
A·CERVIO·A·L·PRIMIGENIO·ET·A·CERVIO·A·L·
GENNAEO·LIBERTIS·SVIS·INPENSA·SVA·OLL·XBB

Descripsit Mommsen I. N. n. 6965. Visconti cod. Paris. 9697 f. 11; Cardinali *iscr. ant. ined.* n. 135; Fiorelli cat. n. 320.

14686 tabella columbarii. *Apparteneva al P. Scammacca monaco Benedettino Siciliano, che l'anno 1748 con la mia permissione mandò in Sicilia a Palermo per arricchirne un museo* GVARNIERI AVCTORVE GVARNIERII; Catanae in museo Biscari TORR. FERR. et adhuc. — Catanae repertam dicunt TORR. FERR. errore.

A·CERVIVS
IVCVNDVS

Contulit Mommsen et genuinam indicavit. Anonymos in folio *f* inter schedas Guarnierii litt. F f. 331; Torremuzza inscr. Sic. XIV, 33 = 38; Ferrara *storia di Catania* 356, 6. Cf. vol. X n. 1088*, 81.

14687 lapis Tiburtinus in aedibus Maffeianis.

A · CRAVIVS · A · L
MENOPHO · SIBI
ET · PATRNO · SVO *sic*
A · CERVIO·A·L·ORENTE *sic*
SVLPICIAE · Ɔ·L·SABINAE
ET · POSTERIS · SVIS
IN · FR·P·XII IN·AGR·P·XIII

Cittadinius Marc. p. 123, Vat. 5253 f. 198' (inde Malvasia 62 et Fabretti 614, 124, uterque 'ex schedis Vaticanis').

1 CEMIVS Vat. (CENHIVS Malv.) — 4 OREHTE Marc. — 5 SALMAR Marc. (Malv.).

14688 tabella marmorea in museo Vaticano (*Gall. lap.* patron. 1.).

A·CERVIVS·A·A·L·TYRANNVS
ET·CERVIAE·A·A·L·NYMPHENI
CONI·SVAE·OLLAE·NVMERO

Descripsi.

14689 tabula marmorea. Reperta prope *Tor Sapienza* a. 1861 ACTA. — Nunc in museo Laterano in repositis.

D · M · CERVIAE · PHOEBE
SEX · CERVIVS · PRIMVS · ET
CERVIA · PANNYCHIS
PATRONAE BENE MERENTI
P O S E I T

Descripsit Bormann. Est in actis curatoris operum publicorum et commercii, qui sub pontificibus fuit.
5 requiritur POSVERVNT.

14690 tabula marmorea. In museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall. lap.* parent. 11). — S. l. VISC.

D · M
C E R V I A E
QVIN TAE
VIX ANN
LV FEC
SEX · CERVIVS LVPVS
MATRI · DVLCISSIMAE

Descripsi. Marini Vat 9121 f. 25; Visconti Paris. 7 f. 265ᵛ.

14691 tabula marmorea. In museo Rusconi MAR. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* suppl. coniug. 1).

CERVIAE · SOTERIDI
CONIVGI · BENE ·
MERENTI·FECIT
SEX · AVONIVS ·
MARTIALIS

Descripsi. Marini Vat. 9125 f. 84.

14692 urna cineraria marmorea. S. l. PANV. — Extra Romam in vinea madamae Margaritae ad montem Marium CIACC., similiter VITT. STAT. MAN. — Nunc in aedibus Farnesiis.

P CERVONIVS
SVAVES *sic*

Descripserunt Michaelis et Zangemeister. Panvinius Vat. 6036 f. 80ᵛ; Cittadinius Vat. 5253 f. 270ᵛ; Ach. Statius Vallic. f. 106; Ciacconius Raff. f. 77; Sirmondus Paris. 1417, 59.

14693 s. l.

P·CERVONIVS
THAEMO

Panvinius Vatic. 6036 f. 59ᵛ (inde Donius Barb. 34, 73 p. 222 et 233, idem cod. Barberin. 30, 182 f. 50).

14694 in museo cardinalis Albani.

O S S A
CERVVLAE
LENTVLI

Mur. 1777, 20.

14695 tabula marmorea. Ex hereditate Gualterii, a me iam vendita, emi m. Aug. 1738 FIC.; apud Ficoronium SEG. — In museo Capitolino GVASCO et adhuc.

CESTILIA·Ↄ·L·EVPHROSYNe
DECIA·L·L·GNOME

Descripsi. Ficoronius misit Gorio cod. Maruc. A, 6 f. 510 n. 204 et Muratorio ed. 1527, 6; Seguier Paris. f. 230. 231 in partes duas divisam; Guasco M. C. 761.

14696 in coemeterio S. Saturnini.

D ◊ M
CESTIO · CIA
DEO · COIVG·
E·M·ABEENA
HELIAS · FEC·

Marangoni acta S. Victorini 150 (inde Mur. 2071, 1), qui vidit.
2. 3 CIADEO traditur.

14697 extra portam Salariam in quadam vinea DON. *In una grand' urna fuori di porta Salara nella vigna dell' abate degli Effetti* GIORN.

D · M · S
CESTIVS · CLARVS
SEVERINE · CONSERVAE
SODALI · ET · AMICE · CONIVGI
VENEMERENTI · ET · INCOPARA *sic*
EILI · FECIT
ET SIBI *sic*
POSTERISQVE · EORVM

Donius Barb. p. 173, ed. 14, 70 ab Holstenio descriptam; *Giornale dei letter.* (Florentiae 1744) t. III, 4 p. 242, 21.
1 D·M Don. — 3 SEVERINAE Don. (Barb.) — 5. 6 INCOPARA | ET SIBI BILI FECIT Don. (Barb.), INCOMPARA | BILI · ET · SIBI·FECIT id (ed.); INCOPA | RABILI·FECIT | ET·SIBI *Giorn.*

14698 arca marmorea, ad SS. Nereum et Achilleum.

D · M · S
C E S T I V S
CLARVS · SEBE
RINE · COMPARA
VIT · POST · ANNOS
X · SEVERINA · CESTI
AE · EEPARATAE · ALVMN·
C E S S I T

Sirmondus Paris. 1418, 179 (inde Grut. 1119, 2), qui vidit.
Ad eosdem homines pertinet titulus, qui praecedit.

14699 in hortis Fabianini Montii MAN. — Marini in vinea Bevilacqua CETERI.

L·CESTIVS HILARVS·VIXIT·A·XXXV
APPAIENA · AMARILIS · ET
Q · MINVCIVS · FAVSTVS
POSVERVNT · DE · SVO

Manutius orth. 414, 6 (inde Grut. 865, 3); cod. Chisianus J, VI, 205 p. 109 manu ignota; Vulpi Lat. vet. 7, 149 (inde Mur. 1655, 7), qui vidit; Fea sched. f. 57 manu Mariottii.
1 L·CESTIVS] L · CL · SILVS, — VIX · A Chis. — 2 APPALENA Chis. Fea, APAINA Vulp. — ET] LL· Chis., L·L Vulp.

14700 lapis Tiburtinus margine cinctus. Repertus in vinea Moroni via Appia a. 1703/04 VIGN. — Apud Ficoronium VIGN. MVR. SEG. — In museo Capitolino GVASCO MAR. et adhuc.

L · CESTIVS · L · L	CESTI SABA
MENIPPVE	CESTI HELICO
L · CESTIVS · L · L ·	CESTI BALITHO
SASAS	L·CESTI·L·L·APHRODISI
cerum L · CESTIVS · L · L ·	CESTI MENODOTI
NICEPOR·	/ / / / / / / / / / /
L · CESTI·L·L·THOAS	IN·FR·P·VS·
CESTIA·L·L·ACTE	IN·AGR·P·XII

Descripsi. Vignoli col. Anton. p. 235, qui vidit; Ficoronius Marucell. A, 6 Gorio missam et sched. Murat. 18, 224; Mur. 1527, 5 a Ramaginio; Seguier Paris. f. 258; Guasco M. C. 754; Marini Vat. 9132 f. 20.
[Notabilis titulus aetatis antiquioris propterea, quod nomina defunctorum alia plene enuntiantur cum praenomine patronoque, alia omisso utroque, item pleraque enuntiantur primo casu, sed ut non raro ex more antiquo supprimatur, duo postrema autem casu genitivo. TH. M.].

14701 tabula marmorea. Collocata a Dom. Passionei in secessu Tusculano PASS. — In museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall. lap.* incert. 1).

D · m
M·CESno
MYETno
CESTio
PRIMILLae . . .
DVLCISSImo
CVM QVo *usi*
ANN·XXX

Descripsi. Passionei p. 132 n. 41; Marini Vat. 9129 f. 21ᵛ.

14702 tabula marmorea TORR. Apud S. Basilium in domo Laurentii Particappe MAZ. — In aedibus Delphiolis TORR.; in aedibus Marii Delphini BOISS.

C · CESTIO · Ↄ · L · QVIETO
VIX · AN · I · MENS · XV
DIEBVS · XXVI · H · V
PINDARVS · P · CARISSIMO

Mazochius f. 49, non vidit auctor emendationum (inde Grut. 967, 12); Torrentius Brux. f. 28 missam a Nicolao Florentio; Boissard Holm. f. 73, Paris p. 275, ed. 6, 1.
Vv. divis. servarunt Torr. et Boiss. — 1 Ↄ·I· Boiss (Holm.). — 2 MENS·XV Maz. Torr., MENS· XI Boiss. — 3 XXVIII om. H Boiss. — 4 P om. Maz. qui adnectit ad finem titulum infra edendam *Grania Ↄ. l. Secunda*.

14703 tabula marmorea in hortis Campanae prope Lateranum.

C · CESTI C·C^o al
TRICONDIMENTI PHIL

Descripsit de Rossi.

14704 tabula marmorea. In hortis Laelii Gratiani ad S. Mariae *del popolo* BARB.; in horto sub vinea Medicea REIN. — Traiecti in museo CHEV.; advecta ab I. de Witt in coll. Papenbroekianam migravit, inde in museum Leidense IANS.

D I S
M A N I B V S
L·CESTIO·VALENTI
VIX · ANN · XV
FEC · MACAREIVS
F · PIISSIMO

Cod. Barb. 30, 182 f. 44 manu ut videtur Bouchardi in codice deletam; cod. Barb. 30, 92 f. 18 manu ignota et imperita, adn. Bouchardus; Reinesius 15, 27 e schedis Langermanni; Chevalier *catalogue de la chambre des raretés de la ville d' Utrecht* (1707) n. 775, *descr. de la ch.* p. 15; Ianssen mos. Lugd. p. 100 et imaginem tab. 17 n. 5.

14705 tabella columbarii. Empta ab Antonio Rocca reperta, ut dixit, extra portam Salariam in vinea D. Perucchi MARVC. — Tuderte in museo meo PASS. — Nunc Pisauri in aedibus Olivieriorum.

C·CESTIVS·ZOSIMVS
POTHVS·F
CESTIA·SYNOPE
VIRO·SVO

Descripserunt Bormann et Rocchi. Gori cod. Marucell. A, 6 f. 466' a Ficoronio missam; Passeri antiq. Tudertin. ms. n. 171.

14706 Romae apud D. Io. And. Roscium praecedit apud SIRM. (ex schedis Castellinii locus a Garruccio non est relatus).

CESTIA · AMABILIS · AN · XXV
M·CORNELIVS·M·F·FAVOR·AN·V
CONCV·ET·F·EX·CONCVB·M·F·FN
EX M 68 C

Sirmondus Paris. 1419, 153; Garrucci *bull. dell' Instit.* 1861 p. 40 ex schedis Zarattini Castellini ab ipso possessis.

3 ex. FN Sirm.

3 *concu(bina) et f(ilius) ex concub(ina)*. Quae sequuntur, possunt esse *m(onumentum) f(ecit) Fav(or) ex m(ilibus sestertium) c(entum)*. Garruccius *Fav(or) ex m(anumissione) s(upra) s(criptae) C(estiae)*, improbabiliter.

[Equidem magis crediderim, cum v. 3 post intervallum adiceretur ad necessitudinem declarandam, eum ita conceptum esse, ut ad alterum membrum, ne quis erraret, repeteretur id quod est *M(arci) f(ilius) Fav(or)*. V. 4 interpretationi supra propositae (nam Garrucciana non interpretatio est, sed hallucinatio) obstat et summae enormitas et ordo verborum praeposterus; mihi in mentem venit *ex m(andata) s(estertiis) C*. TH. M.]

14707 tabula marmorea in vinea S. Cosmae et Damiani ad portam Maiorem.

D · M ·
CSSTIA · AVGE ·
M · CESTIO·LVPVLo
PATRONO
S M
VIXIT·ANN·XXXXVIIII
MENS · VIII

Descripsit Kiessling

14708 tabella marmorea. In domo quondam Francisci Porcari IVCVND. OTT., Iulium vocant GAMM. MAZ. CHIS.; *casa Porcari* SEG. — In domo Pauli de Alexiis SAB. — In aedibus Capranicorum MAN. errore Extat adhuc in aedibus Porcariorum *vicolo delle ceste*, interiori parieti putei inserta.

CESTIA·C ·L·DOMESTICA
VIX·AN·XXI
C·CESTI·C·L·NICOMACHI
FILIA

Descripsit Bormann. Iucundus Veron. f. 85', Magl. f. 22' (inde Mazochius f. 135', vidit corrector); P. Sabinus Marc. f. 111'; Gammarus f. 173; Manutius orth. 177, 3 (inde Ligorius Taur. vol. 5 f. 162'); anonymus Hispanus Chisianus f. 434; Knibbius Berol. p. 45 (inde et ex Mazochio Grut. 967, 11); Seguier Paris f. 175. Habet etiam cod. Ottobon. 2970 f. 34, fortasse ex Iucundo.

14709 in domo quondam Francisci Porcari IVCVND., — Iulii GAMM. KNIBB., similiter PTOL. — In domo Ioannis Ciampolini SAB., in domo Caroli Astalli ACCVRS., errore uterque. — Exemplum novicium Bononiae *imprimerie de Pisori* SEG.; in typographia fratrum praedicatorum MVR., *casa Marsili* GVARN. f. 32. — In instituto scientiarum ID. a. 1776. Nunc Bononiae in museo publico.

D · M
CESTIA·FORTVNATA
FEC·SIBI·ET·SVIS·LIBERTIS
LIBERTABVE · POSTIRISQ
EORVM

Iucundus Veron. f. 92, Magl. f. 28'; P. Sabinus Marc. f. 178; Gammarus f. 176'; Accursius Ambros. D, 420 f. 26'; Knibbius Berol. p. 46 (inde Grut. 865, 2); Ptolemaeus sched. 2, 254. — Exemplum novicium descripsit Zangemeister, exhibent Seguier Paris. f. 318; Mur. ms. 21, 231, ed. 1527, 4 descriptum a Gherardio; Guarnieri sched. Bonon. f. 32 n. 40 et a. 1776 f. 10' n. 29. Cf. vol. XI n. 101*, 49.

4 extr. POSTERIEQVE Iuc. Sab., POSTIRISQ 'sic' Acc., POSTERISQ ceteri. — In exemplo novicio 3 LBERTI, 4 LEBERTAVS·POSTIRISQ, a Mur. correcta ex arbitrio.

14710 s. l.

CESTIA VOLVPTA VXOR
FECIT SVISQ POSTERISQ EORVM

Visconti Paris. 9697 f. 86 f'.

14711 tabula marmorea in museo Laterano in repositis.

CESTO
SATV
A

Descripsit Detlefsen a. 1861.

14712 effossa in via Nomentana in loco qui dicitur *la Cecchina*

D M
CETHEGIAE
COEMIADIE
L·CETHEGIVS
AGATHOPVS
LIBERTAE ET
CONIVGI B·M
FECIT

Amati Vat. 9767 f. 34'.

2 CETHECIAE traditur.

14713 tabula marmorea. In vinea Amendola, nunc Molinari via Appia a. 1850 DE ROSSI. — Nunc in museo Laterano in repositis.

D I *s manibus*
C I
THELES *phorus*
CONIV *gi*
BENE M *erenti*

Descripsimus ego et de Rossi.

14714 in via Appia prope basilicam S. Sebastiani ad diverticulum viae *delle sette chiese*.

D
CHA
PHILV

Fiorelli *not. degli scavi* 1876 p. 143.

14715 lapis sic exsectus ut claudendo loculo posset adhiberi in coemeterio Callisti via Appia anno 1851.

NIVS·P·L·CHA
S·P·P·L·PHILOG

Descripsit de Rossi et edidit *Roma sotterranea* 3, 719.

14716 in S. Pauli MAN., in pavimento addit DON., *nella nave del P(adre) S(an) Benedetto, tra la prima e seconda colonna* addit MARG.

a *b*

. . . CHARIDEMI FIL f ECIT SIBI ET
. . . O COIVGI ET CHARIDEMIDI ST
et CHARIDEMO FILIS ET LIBERTIS LIBER
tabusq VE POSTERISQVE EORVM

Fragmenta *a* et *b*, sed disiuncta exhibet Manutius Vat. 5253 f. 426; solum *b* Donius cod. Marucell. A, 293 p. 225; Margarini ms. p. 5, ed. n. 612 (inde Nicolai *bas. di S. Paolo* 245, 835). Coniunximus coniectura.

1 ECIT Don., CIT Man. Marg. — ET om. Marg. — 2 in. ↄ Man. — CHARIDEMI Man. — 3 in. T Man. — FILIIS Marg. — ex. LIB Don.

14717 cippus marmoreus. In ecclesia S. Crucis in Hierusalem CYR. — Apud S. Ioannem Lateranum iuxta quandam capellam S. Ioannis in fontibus in quodam marmore COD. MARVCELL., similiter POSTERIORES, ex quibus accuratius MAZ.: 'in primo sacello iuxta lavacrum Constantini' et MAN. 5237: 'cippus hic altari fulcrum praebet in aedicula prope baptisterium Constantini a dexteris post ingressum', item STAT: '*sotto uno altare nella capella di fuora alla prima andando in la al altare a man mancha*'. — In aedibus Borghesiorum PTOL.; in villa Borghese MANILL. MONTEL. SEG. Nunc in vestibulo musei eiusdem.

CHARILAMPES
urceus FRATRI·SVO *patera*
DVLCISSIMO
ETATIO

Descripsi. Cyriacus Parm. f. 97', Angelic. f. 44'; cod. Marucellianus A, 79, 1 f. 25 et ex eodem fonte cod. Redianus f. 41 et Iacundus rec. 3 Cicognae f. 21'; Mazochius f. 32, corrigitur in emendationibus (inde Grut. 846, 6); Manutius Vatic. 5237 f. 230', 5253 f. 336; Ach. Statius Vallicell. f. 185; Boissard Holm. f. 76, Paris. p. 181, ed 4, 138; Cittadinius Vatic. 5253 f. 121; Donius 13, 15 (inde Mur. 1449, 15) ex vetere codice ms.; Manilli *villa Borghese* p. 15; Ptolemaeus sched. 1, 159; Montelatici *villa Borghese* p. 28; Seguier Paris. f. 211. Habet denique Grut. 848, 14 (cf. Grut. corr. et ed. 2) 'ex Ursini Gateasten.' corruptam sic: 'Romae in palatio Ceuli littera barbara; ara marm., cui statua gladiatoris imposita': HARILAMPES | FRATRI·EVD | DVLCISSIMO.

14718 ibidem (praecedit: effossa in sepulcreto prope portam Capenam a. 1639) BOVCH. — Florentiae *nella mia villa di Montughi* STROZZA, similiter GORI; in eadem villa nunc Casamorata adhoc.

D · M · S
C H A R I D I
VIXIT · ANNIS · II
MENSE · I · DIER · XVII
STEPHANVS·FLAVI
SATVRI · SERVVS
FILIAE · DVLCISSIMAE
FECIT

Descripsi. Bouchard cod. Barb. 30, 182 f. 45; Strozza cod. Florent. f. 58 n. 33 (inde Gudius ms. 827, 2, ed. 232, 3); Gori I. E 1, 422, 277 (inde Mur. 1147, 11).

14719 in margine vasis rotundi. Reperta in vinea Nari prope *Grotta Pallotta* extra portam Pincianam a. 1695 AVON., in vinea Nari via Salaria FABR. BART.

circulo scriptam

·D M·SACR·CHA·RI·DI·GA·LE·RI·A·MA·CA·RI·A·NI·CE·PHO·XVS·FI·LI·AE

Phil. Buonarroti cod. Marucell. A, 43 f. 88; Fabretti 68, 33 ligno incisam; Bartoli *pitture antiche delle grotte di Roma* app. tab. VI imaginem.
Puncta post CE et LI om. Buon.

14720 tabula marmorea. In vinea Brosa AM. — In cubiculo rectoris ecclesiae S. Silvestri in capite ad sinistram atrii ecclesiae.

D · M
C H A R I S
M A M M A
FECIT · ZO
EIM · ENI · RE
N E M E R R N
TI · VIXIT
ANN V·D XX

Descripsit de Rossi. Amati Vat. 9757 f. 96.

14721 tabula marmorea. In museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall. lap.* coniug. 111).

D ❦ M ❦
CHARIDI ❦
CONIVGI ❦
KARISSIMAE
FECIT

Descripsi. Marini Vat. 9129 f. 18.

14722 tabula marmorea. In vinea Ioannis Baptistae Cargani.

DIS MANIBVS
CHARITI RRHR
MERENTI CON
IVGI FECIT SPERA
TVS VIXIT ANNIS
XIIX M · VI·D·XIV

Anonymus Hispanus Chis. f. 444'.

14723 in S. Pauli in pavimento DON., *nave del companile dalla scala alla prima colonna* addit MARG.

D·M·CHARIHI VERNAE·QVAE·VIX·AN·VIII·M X·D·XI·FEC

Donius cod. Marucell. A, 293 f. 225; Margarini ms. p. 158, ed. n. 562 (inde Mur. 1655, 9; Nicolai *bas. di S. Paolo* 241, 801).

14724 tabula marmorea origine sine dubio urbana. S. I. inminuta DORV. — Nunc inmunota in castello Lowther Castle prope Penrith (Westmoreland).

D I S MANIBVS
CHARINI · VIXIT·ANNOS
X · MEN·III·FECIT·IVLIA ET
·XISRIE KARISSIMA·

Descripsit Matz. D'Orville Sicula t. II p. 593 n. 69. Quae non vidit Matz, dedi inclinatis. 3 MEN·III· — ex, EE pro ET Dorv. Quid intellegendum sit, nescio; erravit fortasse quadratarius.

14724a Romae.

D M
CHARINI
TECIA IONICE
VERNAE SVAE
KARISSIMAE
FECIT

Amati Vat. 9750 f. 5', cui dedit Capranesi
2 CHARIHR traditur. — 3 gentiliciam corruptam videtur; potest cogitari de EGIA.

14725 cippus marmoreus. In museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall. lap.* parent. 111.).

D · M
C H A R I T E S
VIXIT · ANN · VI·
MEN·VI·DIES ·V H·V
G · C I L N I V S *sic*
ADIECTVS · ET·
C H A X I T E
PARENTES·FILIAE
DVLCISSIMAE·ET
P I E N T I S S I M A E

in inferiore parte cippi litteris alteri scripturae obversis:

D · M
Q· MAGI

Descripsi. Marini Vat. 9121 f. 17.

14726 in villa prope S. Agnetis SVAR. (Barb.); in villa (intellegitur D. Nozet prope S. Agnetis) ID. (Vat.).

D·CHARITE·M
CHARITINO
ELIO DVLCIS
SIMO FECIT

Suaresius cod. Vat. 9140 f. 6', cod. Barb. 30, 182 f. 16'.
3 FILIO Barb.

14727 basis marmorea. *In casa di M. Giacomo S. Croce* KNIBB., similiter MAN. — Nunc extat in vinea del Grande via Labicana.

D · M · S
CHARITINO · ANN
X · M · X · CHARITI
NE·MATER·FILIO
CARISSIMO FECIT
H·S·E·S·T·T·L·

Descripsit Dessau a. 1878. Knibbius Berol. p. 20 (inde Grut. 676, 1); Cittadinius Vat. 5253 f. 123.
De punctis non semper constat.

14728 tabula marmorea litteris optimis. Reperta in sepulcro quodam a dextra viae Salariae prope pontem a. 1873 HONI. Nunc in museo Kircheriano.

D · M
C H A R I T I N E S
COHIVGIS · OPTIMAE
SANCTISSIME PIISSIME
ERGA SE LIBEROSQ·EMM
VIX·AN·XXXVI· M X
TI · IVLIVS · EVTYCHVS
CVM · LIBERIS·

Descripsi ego, contulit Mau. Dedit etiam Fabius Gori.
5 intellegendum *comm(unes)*.

14729 s. l.

D · M
CHARITINE
CONIVGI
QVAE VIXIT
5 ANN·P·M XXII
ANTIOCHS *sic*
CONIVXPOSV
IT B · M

Panvinius Vatic. 6036 f. 109

14730 tabula marmorea via Latina ad lapidem primum prope viam ferratam.

D M
PARENTES
CHARITONI
DVLCISSIMO
5 IT·I MES·VIII *sic*
DIE V

Descripsit Detlefsen.
5 *vix]it I mes. VIII*; excidisse videtur *anno*.

14731 in basi cuiusdam arnae in domo d. Ioannis Baptistae de Piccardinis canonici S. Petri IVCVND. — In S. Maria de monte Iordano BAR.

CHARITO
P·TARTARI

Iucundus Veron. f. 78, Magl. f. 77', Cicogn. f. 94'; P. Sabinus Marc. f. 103 (inde Mazochius f. 88' et Gori *sep.* 2, 45).
Vv. diris. incerta. — 1 CHAITO Iuc. (Ver. Magl.) Sab. (CRITO Maz.).

14732 fragmentum. In S. Ivonis CITT., in pavimento addit SVAR.

. . . , CAESAR · FECER . . . . . . O
CHARMOSYNE · PARENtes
LIB·FILIO·BENE·DE·SE·MERENTI
VIXIT·ANN·XXII·MENS·V·dieb XXVIII

Cittadinius Marc p. 162, Vat. 5253 f. 217'; Suaresius Vat. 9140 f. 26.
V. 1 om. — 2 PARS — 4 D·XXVIII Suar., DIEB Citt. (Vat.).
1. 2. 3 Mommsenus putat legendum esse: . . . *l(iberto) Ca]esar(is) fecer[unt . . . . et C]harmosyne paren[tes et con]lib(erti).*

14733 tabula ex lapide Tiburtino, in museo Capitolino inter lapides Sartianos.

OSSA
CHELIDON
IVLIAE AE

Descripsit Bormann.
Ossa Chelidon(is) Iuliae Aste . . .; in extremis videtur latere cognomen feminae

14734 tabula marmorea. Collocata a Ben. Passionei in aedibus ipsius Forosempronienibus PASS., et adhuc.

D · M
CAELIDONI
SOROR · FECIT

Contulit Bormann. Passionei p. 171 n. 8.

14735 apud Martium Milesium Sarazanium.

D · M
VIAE CELIDONI
qui·VIX·ANN·XXXV
sat ERIVS EVTVCHVS
5 coNIVGI SVAE·B·M·F

Donius Vat. 7113 f. 34, Barb. p. 142 descriptam ab amanuensi.
4)ERIVS EVTYCHVS Don. Barb.

14736 litteris bonis. In hortis olim Braschi, nunc *Fonderia Fumaroli, via Flaminia* 71.

frons *dex* *sin*
CHILA · L P·ANNIVS·P·L·XENO STRAT

Descripsit von Duhn, qui edidit *antike Bildwerke in Rom* III n. 3810.

14737 tabula marmorea. Reperta in columbario in principio viarum Appiae et Latinae intra moenia Aureliana MARVC., similiter COM.; apud Ficoronium SEG. — In museo Capitolino GVASCO et adhuc.

CHILA

Descripsi. Ficoronius misit Gorio cod. Marucell. A, 6 et Muratorio 1785, 12; Comes misit Muratorio d. 15 Sept. 1733; Seguier Paris. f. 257; Guasco M. C. 1057.

14738 tabella columbarii. Inter lapides repertos a Ficoronio a. 1733 ad S. Caesarei MARVC.; apud Ficoronium SEG. — In museo Capitolino GVASCO et adhuc.

CHIONI · EPAGATI
O · H

Descripsi. A Ficoronio missam Gorii cod. Marucell. A, 6 f. 476 et Mur. 1615, 3; Seguier Paris. f. 257; Guasco M. C. 816.
2 *o(llae duae)*.

14739 fragmentum urnae cinerariae rotundae in coenobio S. Pauli via Ostiensi.

OSSA·CHIAES

Descripsit Bormann.

14740 cippus marmoreus in museo Vaticano (*Gall. lap.* patron. II).

D I S ·
MANIAVS
CHLOR·ATILI
AGRICOLAE·SER
5 VIX·AN·XVI·M·IV
D·XXII·FECIT
SOTE·XICHVS·CON
TVBERNALI·KARISS

Descripsi.

14741 tabella columbarii. In hortis Campanae prope Lateranum DE ROSSI. — Nunc apud Institutum archaeologicum Imperii Germanici.

CHOA·
HOSTILIAES·LIB·

Descripserunt de Rossi et Dressel.

14742 tabula marmorea litteris pessimis. In museo Laterano in repositis.

SRILLA
AVIL CRNES
RIA·FECIT

Descripsit Detlefsen a. 1861.
1 de litteris dimidiatis non satis constat. — 2 *Avil(ius)* aut *Avil(lia)*.

14743 tabula marmorea ornata. In museo Capitolino inter lapides Sartianos.

D · M
CHRESIMI·M·
VLPIVS·CHRESIMVS
FILIO PIENTISSIMO
5 EX INDVLCENTIA· *sic*
PATRONI F
VIXITAN XIX

Descripsit Bormann.

14744 cippus marmoreus. Romae apud Albanium FEA. — In museo Parisino BOVILL., CLAR. et adhuc.

in tympano:
protome viri
infra:
DIS · MANIB
CHRESIMI
CHRESTIO
urceus FRATRI·SVO·ET *patera*
5 IVNIA SATTA
CONIVGI
SVO
BENE·MERENTI
FECERVNT

Descripsi. Fea sched. f. 323', qui vidit; Bouillon *musée d'antiquités* t. III *cippes sépulcrales* tab. I n. 18 imaginem; Clarac *musée de sculpture* n. 530 et in tab. XVIII imaginem.

14745 tabella semipalmaris in aedibus Herculis Roaconii in monte Pincio.

CHRESIMVS
CALPVRNI·L·SER

Gudius ms. 593, 5, ed. 354, 11, qui vidit.

14746 ad D. Clementis MAN. CITT. Extat adhuc in pavimento eiusdem ecclesiae.

D · M
CRESIMVS
ET·FELIX FIL
MEGISTENI
5 COGNAT

Descripsit Mommsen. Manutius Vat. 5241 p. 335 (inde Donius Barb. p. 204 'ex libro ms. bibl. Vaticanae'), orth. 329, 24 (inde Grut. 865, 5); Cittadinius Marc. p. 171, Vat. 5253 f. 273.
1 nanu deest. — 3 FE Citt., F Man. — 5 COGNA Man.

14747 tabula marmorea. In horrea musei Vaticani illata a. 1829; nunc in museo Laterano in repositis.

d M
HRESIMO
CONIVG
SVIS
5 T CIBES
SI·LI·M·X
· M

Descripsit Detlefsen a. 1861.

14748 tabula marmorea. In Palatino a. 1873 MOMMSEN. — Nunc in museo Kircheriano amplificato.

M
CIVS · CHRESIMVS
E VIVI FECERVNT

Descripserunt Mommsen et Mau, contuli ipse.
3 in. Mommsen, Mau: littera fere evanuit.

14749 Venetiis in aedibus Maninianis.

ELIVS D L CRESIMVS
IA ARBVSCVLA CONI

Grisellini inter schedas Gazzerae Taurinenses.

14750 fragmentum tabulae marmoreae in coenobio S. Pauli via Ostiensi.

HRESIMO
D QVEM A

Descripsit Bormann, contulit Gatti.

14751 tabula marmorea. Reperta a. 1791 extra portam Capenam (cf quae adnotantur ad titulum infra edendum *A. Memmio Claro*), est apud archiepiscopum a Balneo MAR. Extat Caserculi in aedibus del Bagno.

D · M
CHRESIMINI
V·A·XXV
XANTHE
5 SORORI·SVAE
B·M·FECIT

Descripsit Rocchi, contulit Bormann. Marini Vat. 9126 f. 303.

14752 tabula marmorea. Apud Franciscum Ficoronium BIANCH. MAFF.; s. l. D'ORV. — Nunc in castello Lowther Castle prope Penrith (Westmoreland).

D M
CHRESIMES
SALLVSTIA·DROMAS
FILIAE·FEC·V·A·VIII·M·VI

Descripsit Mats. Bianchini cod. Veron. 417, qui vidit d. 30 Ian. 1727; d'Orville Sicula t. II p. 591 n. 48; Maffei M. V. 298, 6, qui vidit.
V. 1 om. Matz.

14753 fragmentum tabulae marmoreae repertum cum dirueretur vetus pavimentum basilicae S. Mariae Transtiberinae anno 1868, extat in porticu eius ecclesiae.

AE CHRESIMe
ET IN
I

Descripsit de Rossi.

14754 in regione Parionis in ecclesia S. Thomae MAN. (Vatic.) LIG. 14, prope templum pacis addit ID. (orth.). — In aedibus Capranicorum LIG. 5.

CILIAE · CHRESIME
CONIVGI
OMPARABILI·FECIT
ICIVS·POPILIVS
5 ARITVS · FECIT
ET · SIBI

Manutius Vatic. 5241 p. 294, orth. 617, 5 (inde restitutam Ligorius Taur. 14 s. v. Popilia, interpolatam 5 s. v. Caecilia; ex hoc Gudius ms. 1289, 3, ed. 267, 3).
1 CAECILIAE Lig. Gud. — 4 CIVS Man. (orth.), MARCIVS Lig. 5. — 5 seqq. MARITVS·E·SIBI | FECIT| ET· LIBERTIS · LIBERTABVSQ· | POSTERISQVE EORVM Lig. 5, ex quo Gud.

14755 tabula marmorea in aedibus Corsettiis.

M A N I B V S
CHRESTIONI·V·A·XIIII
A·ANTHVSA·V·A·L
TIVS·PLOCAMVS·F
5 IBI·ET·SVIS·

Descripsit Kiessling.

14756 apud Martinum Milesium Sarazanium.

D · M
CHRESTI
LIBERT
B · M

Donius Vat. 7113 f. 20 et f. 34, Barb. p. 169 et p. 195 descriptum ab amanuensi.
1 om. Barb 169. — 2 CHRISH Vat 34 Barb. 169, CHRESTE Vat. 20, CRESTE Barb. 195. — 3 LIBERI Vat. 34 Barb. 169.

14757 tabula marmorea. In hortis Montalto PTOL. — In museo Vettorii VETT. MAFF. — Apud archiepiscopum Petrensem MAR. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* patron. 11).

CHRESTVS · SIBI · ET
NARDINI · CONSER
SVAE·ET·CARPO·F
LVGDO·F·AMARVLLIDI·F

Descripsi. Ptolemaeus sched. 1, 398; Vettori in litteris ad Gorium datis d. 15 Dec. 1731 cod. Marucell, A, 63; Maffei M V. 271, 1; Marini Vat. 9120 f. 38.

14758 tabula marmorea. Roma advecta, Florentiae apud Guicciardinios DON.; Florentiae in hortis Corsinianis GORI et adhuc.

CHRESTI·DIONYSI·L·	CHRESIMI·DIONYSI L·
CHLOE	THIOPILVS
ARIOLATES	POPILLI·LAENATI

Descripsi. Donius Vat. 7113 f. 69', Barb. p. 220 descriptam ab Alexandro fratre; Gori I. E. 3, 296, 436.
In memoria rerum gestarum ultimus Popillius Laenas qui occurrit est interfector Ciceronis; titulus hic videtur esse aetatis posterioris.

14759 tabella columbarii. Nuper reperta in vinea del Cinque extra portam Pincianam et missa Pisaurum ad Olivierium GIORN. PAC. In eius aedibus adhuc.

CRHESTVS · *sic*
DIOSCVRIDIS

Descripsit Bormann dubitans de sinceritate. *Giornale dei letterati* 1754 p. 196 n. 30 (inde Zaccaria *stor. lett.* vol. IX p. 495 n. 30); Paciaudi ms. Parm. f. 31 n. 29.
Simul repertus est titulus NICE·DIOSCVRIDIS.

14760 litteris malis. *Nel muro della tribuna di S. Maria Maggiore.*

CHRESTVS
CHRESTE
SALVTARIS
L CHRESTVS

Descripsit Bormann quod superest. Fragmentum *a* exhibet Donius Vat. 7113 f. 64' descriptum ab Alexandro fratre (ex eius schedis Gori I. E 2, 446, 47, ex quo Mur. 997, 10); fragmentum *b* idem f. 69 descriptum ab eodem (ex schedis Donii Gori I. E. 2, 446, 49, ex quo Mur. 998, 2). Composuimus coniectura.

Quae perierunt, dedimus inclinatis. Laterculi secundi partes duas ita exhibet Don.: TI·C (f. 64) et CLAVDIVS (f. 69).
CMANICII
NBI IRACIA

Hunc Gorius supplementis tacite adscriptis proponit ut integrum.

b, 2 emendavit Mommsen, monens intellegendum esse Claudium, qui postea imperavit.

14910 tabella. Romae apud Io. Greium antiquarium STAN. — Bononiae apud comitem Malvasiam dono d. Bianco de Negri MALV.

MEMORIAE
CLAVDI AGRESTIS ET
CLAVDIAE ROMANAE PAREN
TIVM ET NICEPHORI FILI CLAVDIVS
5 ROMANVS ET LITE FECER·

Sirmondus Paris. 1419, 186; Malvasia 496 (inde Mur. 1249, 7).

4 in. TVM Malv. — 4. 5 CLAVDI ANVS Malv.

14911 cippus marmoreus. Ad mausoleum Augusti STAT. — Nunc in repositis musei Laterani.

D · M
TI · CLAVDIO
ALCIMO
IVLIA·SPERATA
5 CONTVBERN
BENEMERITO
CVM QVO·VIR·AN
XXXVIII

Descripsit Detlefsen. Acb. Sintius Vallicell. f. 192 inde Donius Barberin. p. 102).

14912 Romae.

DIS · MANIB
TI · CLAVDI
ALEXANDRI·ET
CLAVDIAE
5 TYRANNIDIS
VXORIS · EIVS

Giorgi sched. Casanat. vol. XVI, qui vidit a. 1740.

14913 tabella marmorea. In domo d. Ioannis Galli scriptoris poenitentiariae SAN. — In domo Marii Mafei Volaterrani MAZ. — Regione Parionis via, ubi scribae, quos copistas appellant, in domo quam inhabitat Franciscus Lambertus Sabaudus referendarius pontificius METELL., similiter SMET. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* suppl. incert.).

TI·CLAVDIO·AVG·LIB·ALEXANDRO
ET · PINNIAE · SEPTIMAE
CLAVDIA · SVCCESSA · ET · CLAVDIA · OLIMPIAS *sic*
PARENTIBVS·PIENTISSIMIS·FECERVNT·ET·SIBI·LIBERTIS
5 LIBERTABVS · POSTERISQ · EORVM

Descripsi. P. Sabinus Marc. f. 101 (inde Iucundus rec. 3 Cicogn. f. 129); Mazochius f. 101, corrigitur ab auctore emendationum; Metellus Vatic. 6039 f. 244 accuratissime; Smetius 122, 6 (inde Grut. 609, 10), qui vidit, neglegenter; Manutius Vatic. 5237 f. 198; Citadinius Vatic. 5253 f. 127; Fabretti emend. ad Grut.

14914 tabella columbarii, Neapoli in museo publico.

RELATI
CLAVDI
AMARANTI *sic*

Descripsit Mommsen integram a. 1846 — I. N. 6471, dimidiatam a. 1873, contulit Sogliano. Eandem partem Fiorelli catal. n. 214.

Quae nunc desunt, dedimus inclinatis.

14915 ara marmorea. Apud Ficoronium MVR. — Nunc in museo Britannico.

TI
CLAVDIO
AMARANTO
PATRONO
5 B·M
TYCHE
LIBERTA

Descripsit Huebner. Mur. 1528, 9; Smart Lethieullier et Ch. Frederick *drawings of English churches* cod. mus. Brit. *add. ms.* a. 27349 f. 114.

14916 tabula marmorea. Effossa extra portam Capenam nunc in hortis Matthaeiorum in monte Coelio SVAR.; in hortis Matthaeiis PTOL. FABR. — Collocata a Dominico Passionei in secessu Tusculano PASS. — In museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall. lap.* parentes III).

D · M
TI · CLAVDIO
AMEMPTO
CL · IASON · FIL
5 PATRI · PIISSIMO
B·M·F·V·A·LXX·
ET·PHEBE·CON

Descripsi. Suaresius Vat. 9140 f. 171'; Ptolemaeus sched. 2, 14; Fabretti 52, 299; Passionei p. 56 n. 6; Marini Vat. 9129 f. 3.

14917 in villa Wolkonsky ad S. Ioannis in Laterano, in monumento columbariorum effosso a. 1866.

TI·CLAVDI·AVGVSTI L
AMPHIONIS

Descripsi.

14918 in hortis Montalto.

D M
CLAVDIO AMPLIATO
QVI·VIXIT·ANN·III
M · VIII · D · XX·VIII·
5 PARENTES FILIO
B·N·M·FECERVNT

Ptolemaeus sched. 1, 396 (inde Mur. 1150, 7).

14919 cippus marmoreus. In villa Coelimontana marchionis Campana.

D · M
TI · CL
ANICETIANO
QVI · VIXIT
5 ANNIS · VI
MEN·X·D·X

Descripsi.

14920 sarcophagus in museo Laterano.

sphinx D *caput Medusae* M *sphinx*

in margine inferiore operculi:

CLAVDIVS ANICETVS CRYSOTHEMI ALVMNE SVAE ET CLAVDIA CALLIGENIA ET MERCVRIALIS PARENTES BENE MERENTI FECERVNT

in margine superiore ipsius sarcophagi:

*mensib*VS·XI· DIEBVS XXVIII

Descripsit Michaelis. Benndorf et Schoene *Lateran* p. 320 n. 455.

14921 in marmoreo titulo reperto in S. Petri platea 1667 die 23 Febr.

DÌS MANIBVS
TI CLAVDIVS ANI
CETVS SATVRNI
NÆ FILIAE KARI
SSIMAE FECIT ET
SIS! ET SVIS ET AR
RVNTVRIÆ IV
CVNDAE ET C·TE
RENTIO ESMETI

Suaresius Vat. 9140 f. 96'.
6. 7 ARRVNTVRIAE nomen corruptum videtur.

14922 effossa d. 5 Febr. a. 1818 in vinea Moroni ad aediculam *Domine quo vadis* inter rudera sepulcrorum viae Appiae VIV., similiter CRTERI.

D | M
TI·CL·ANIC[|
LONGINA | *fecerunt sibi et*
CL·FORTVNA | *suis . . .*
XVI·ET CL·HYG |
ET·CLAVDIAE | *. . sis.*
M·I·DIES·VIII | *et libertis*
LIBERTABVS | *que posterisque eor.*

Aegidius van de Vivere sched. mss. Kircher.; Fea sched., qui vidit (ab eo Melchiorri et Visconti *eff. lett. di Roma* 1823, 37, 110 = *silloge d' iscrizioni* 127, 116); Melchiorri ms.
2 videtur fuisse *Anic[etus* vel simile nomen.

14923 tabula marmorea in museo Vaticano (*Gall. lap.* suppl. coniug. III).

CLAVDIO ANTHIMO
ICETIS
CONIVGI
CASISSIMO
FSCIT

Descripsi.

14924 tabula marmorea originis urbanae. Cusercoli in aedibus del Bagno.

D · M
TI·CLAVDIVS·ANT
IGONVS·SIBI·ET·IV
NAE·AGELE·CON
IVGI · SVAE

Descripsit Rocchi, contulit Bormann.

14925 tabula marmorea. In coemeterio B. Castali FABR. — Bononiae in aedibus Marsiliis IND. GVARN. 31, typographiam fratrum praedicatorum nominant SEG. GHER. — In instituto scientiarum GVARN. 14. Extat Bononiae in museo publico.

D · M
CLAVDIO ANTIOCHO·
ET·CL·FEI ICITATI·PARTS
BENE·MERTIS·FECIT·

Descripserunt Zangemeister et Bormann. Fabretti 164, 296; Index Bononiensis olim Corvisieri p. 114 n. 30; Gherardius misit Muratorio sched. 21, 231; Seguier Paris. f Bonon. f. 31 n. 29, sched. a. 1776 f. 14 n. 103. Cf. vol. XI n. 101*, 51.
Infra nihil deest.

14926 urnula OD. In hortis Iustinianis aut similiter PTOL. SEG. — Apud Piranesium ODER. — Roma exportandam curavit A. d'Este sculptor a. 1791 VISC.

DIS MANIBVS
TI·CLAVDIO
ANTIOCHO
VIX·ANN·XXXIII
VALERIA·LIVILLA
CONIVGI·SEGO
SE·BENEMERENTI
ET·PIISSIMO

Ptolemaeus sched. 1, 94 (inde Mur. 1328, 4); Seguier Paris. f. 99; Oderici sched. Genuat. f. 21'; E. Q. Visconti sched. apud Petrum Herculem nepotem, descriptam ab Estio.
2 TIB· Od. — 5 VALERIA·IVLIA Seg. — 6 ERGO Ptol. Od., SAGA Seg. — 8 litteram extantem habet solus Ptol. — Sprevi exemplum Viscontianum parum accuratum.

14927 tabula marmorea in museo Vaticano (*Gall. lap.* suppl. parent.).

TI·CLAVDIVS·AVG·L·
ANTIOCHVS·
FECIT·SIBI·ET·
TI·CLAVDIO·
ANTIOCHO·
FILIO·SVO·

Descripsi.

14928 cippus marmoreus. In aedibus marchionis Sacchetti MVR. — Apud Cavaceppium MAR. — Emptus a me a. 1775 apud Cavaceppium et Panormum translatus in coenobium S. Martini BLAS.; Panormi in museo S. Martini TORR. SAL. — Nunc ibi in museo publico.

olea cum urceo | DÌS·MÁNIBVS | *laurus*
TI·CLAVDI
ANTIOCHI
VIX·ANN·XXI
SNNIA
galea | *clipeus cum capite Medusae* | QVASTILLA
FILIO·CARISSIM
lancea

Descripsit Mommsen. Mur. 1151, 5 'e schedis meis'; Marini Vat. 9131 f. 123; de Blasio in ep ad Gallettium data d 1 Sept. 1776 in *opuscoli di autori Siciliani* t. 17 p. 332; Torremuzza inscr. Sic. ed. 2 XII, 19; Salinas *cat. di S. Martino* p. 5 n. 6. Cf. vol. X n. 1088*, 86.

14929 in sacello parvo ad latus ecclesiae S. Clementis CVR. (Angelic.), similiter IB. (Parm.) AP. CITT., in sacello vestibuli S. Clementis in pariete MET., in coenobio D. Clementis prope scalas quasdam DON.; eadem loci indicatio intellegenda apud SVAR. — In ecclesia S Ioannis et Pauli MAZ. (cum GRVT.) perperam. — S. I. VALV.

D · M · S
CLAVDIVS · ANTIPATR
VS SIBI·ET·SVIS·ET·HERS
DIBVS·PROFIIISQVS·EOR
VM·FECIT·CLAVDIVS·L·L

Cyriacus Parm. f. 97, Angelic f. 43'; Mazochius f. 30, corrigitur in emendationibus manu scriptis, non vidit auctor emendationum editarum; Alciatus Feae f. 126' (inde Fabretti em. ad Grut. p. 4 'ex schedis Peuine'); Apianus 217, 6; Accursius ad Apianum bibliothecae Ambrosianae; Metellus ad Mazochium suum nunc Vaticanum; sched. Valvassonis Holkham. f. 66' n. 312, Mut. f. 1; Cittadinius Vatic. 5253 f. 121; Donius Barberin. p. 268 descriptam ab amanuensi; Suaresius Vatic. 9140 f. 145. E Maz. et Ap. Grut. 865, 9 (inde Orelli 4727).
Vv. divis. servarunt Met, Citt. Don. Suar. — 1 om. Cyr. Maz. Ap. Citt. Don. Suar., D·M Alc. Valv., DMS Accurs. Met. ac nescio unde Grut. — 2. 3 ANTIPARTVS Ap. — 3 ET om. Valv. — 4 PROFITISQVE Cyr. Suar., PSOFILIISQVE Maz. Alc. Ap. Valv, PROFIISQVE Met., PROFIIISQVE emendationes ms. Maz., PROF ISQVE Citt., PROFILISQVE Don.; quid lateat, nescio. — 5 CLADIVS Valv. (recte in sched. Mut.). — LI] L Valv., LI· Don. — Ad finem adnectit ΑΜΦΙΛΟΧΩ Ap. cum Grut.
Fabretti ut in eodem lapide prostantem addit titulum huius vol. n. 66*, qui apud Alciatum subsequitur.

14930 lapis utrimque scriptus nuper repertus *nella vigna del sig. conte Alessandro Pelucchi fuori di porta Pinciana* BRACCI. De parte a: in villa Pelucchi ODERICI; in villa Grottae Palottae MAR.; in villa Altieria DE ROSSI; nunc in aedibus Io. B. de Rossi. — *b* in vinea Pelucchi VENVTI; in villa Albani VISCONTI. Ibi adhuc.

a

D *ascia* M
CL · APELLES · FECIT · ET ·
CL·PRIMITIBA · LIBERTIS · LIBERTAB
VSQ·ET·FAMILIAR·VTRISQE POSTERQ *sic*
EORVM·PRÆTER·EVTVCHO·LIBERT
MALAR · MERITO · DE SE ·SIQVIS·
HOC·MONOTVM VENDERE·AVT· *sic*
ABALENABE VOLET INFRRET *sic*
AERARIO·P·R·HS·X·M·N·AVT IS·
QVI EMERIT
IN F·P·IX· ·IN AG·P·XII

b

D M
CL · APELLES · FECIT · SIBI · ET
CL · PRIMITIVAE · CONIVGI · IDEM · LIB
CVM · QVA · VIX · SINE QVERELLA · ANN
XXXII·MENSIBVS · III · IPSA · VIX · ANN·
EXXXV·SIQVIS HANC ARAM·VENDERE
AVT·ABALENARE·VOLET · INFERET·AERA
RIO·P·R·HS·XX·M N AVT II QVI EMERIT
IN·F·P· X· IN·AG·P· VIII

Alteram partem (*a*) descripsit de Rossi, contulit Kaibel; alteram (*b*) descripsit Bormann. Utramque exhibet Bracci in epistula data ad Lamium d. 29 Iun. 1757 Riccard. vol. XIII (inde *Novelle Fiorent.* 1757, 91; ex his Zaccaria *annali letterarj d'Italia* vol. 1 part. 2 p. 213. 214; Donati 416, 1); *a* solam Oderici sched. Genuat. f. 17; Marini Vat. 9131 f. 11; *b* solam Venuti marmora Albana p. 39; Visconti *descr. della villa Albani* p. 297 n. 171.

Exemplum *a* propter barbaros errores fabriles relectum esse apparet et alterum *b* substitutum. Mensurae quoque monumenti interim mutatae sunt.

14931 lapis effossus extra portam Capenam, nunc in hortis Matthaeiorum SVAR., ibidem PTOL. MON.

a

DIS MAN
TI·CLAVDIVS
APEMANTVS
CLAVDIAE
APRODISIAE
CONGNATAE
B · M · FEC

b

D · M
TELESPOR
LIBERTVS
VIXIT · ANN
SCRISPSITĽ *sic*
APRODISIA

Suaresius cod. Vat. 9140 f. 170; Ptolemaeus sched. 2, 21 (inde Mur. 1451, 10); mon. Matth. III p. 149 n. 3.

a 4 CLAVDIÆ, — 6 COGNATÆ Suar. — 7 om. Ptol. — *b* 5 SCÆSPLSIII Suar., SCRIPESITĽ Ptol., SCRIPSIT·Ľ Mon. — 6 om. Suar., APHRODISIA Ptol. — 4. 5. 6 intellege: *vixit ann(is quinquaginta); scri[p]sit Aprodisia.* Scribendi vocabulum similiter usurpatum est in titulo n. 10761.

14932 effossa in vinea adhaerenti arcui Drusi d. 23 Febr. 1722 BIANCH. — In claustro monasterii S. Crucis in Hierusalem BES., similiter CETERI.

DIS · MANIB
TI · CLAVDIO · AVO · L
APHRODISIO · TI · CLAVDIVS
PLAETORIANVS·FILIVS
SIBI · ET · LIBERTIS
LIBERTABVSQVE·POSTERISQ
EORVM

Bianchini cod. Veron. 348 f. 109; Seguier Paris. f. 208; Mur. 997, 7 missam a Vandellio Mutinensi; Besozzi *storia di S. Croce* p. 209

1 D·M Seg., DIS·MANIBVS Bianch. — 4 PLACTORIANVE Bes., PLETORIANVS Mur. — 6 LIBERTABVSQ Bianch.

14933 in S. Paolo.

TI·CL·APOL
MARITO BEnemE
RENTI QVI *vix. a*
XXXXV·OC*tavia?*
P R I M I L *la*

Manutius Vatic. 5253 f. 426.

14934 tabula marmorea originis, ut videtur, urbanae extat Parisiis *cabinet des médailles.*

D · M
CL · APOLLINA
RIS · FECIT
GRATILLAE
FILIAE

Descripsi.

14935 in museo Albano.

D · M
TI · CLAVDIO TI · F
APOLLODORO VIXIT
ANN·III M·VII·D·XXIX·TI·
CLAVDIVS ONESIMVS
PATER FECIT

Mur. 1151, 6 auctore non laudato.

14936 s. l. SIRM. DON.

D · M ·
TI · CLAVDI APRILIS
M / / IA MAXIMILLA VXOR
CONIVGI OPTIMO DE SE B·M
MACERIAS A FVNDAMENTIS
CVM AEDICVLIS ET OLLARIS
SVA INPENSA CIRCVMCLVSIT
SIBIQVE ET CLAVDIIS
MAXIMO ET APRILI FILIS
LIB · LIBERTABVSQ
POSTERISQ·SVIS ET EORVM
FECIT·

Sirmondus Paris. 1419, 257; Donius Vat. 7113 f. 42 manu ipsius, a Mezestrierio datam.

V. 1 om. — 2 APRVLIS — 3 MODIA — 7 IMPENSA Don.

14937 fragmenta duo tabulae marmoreae. Apud Casalium MAR. de *b*. — Nunc utrumque in museo Laterano in repositis.

a *b*

D · M
TI · CLAVDI
APRILIS
CL·APRITANDER
COLLIBERTO

Descripsit Kiessling separata, contulit et coniunxit Gatti. Marini Vat. 9121 f. 120 solam *b*.

14938 litteris optimis MAR. Nuper Romae reperta NOV., ubi errore additur 'inlata museo Capitolino'. — Albani apud sculptorem Cavaceppi MAR.

TI·CLAVDIVS
OPTATI · LIB
ARCHOLYTON

Novelle Fiorentine 1751, 391 (inde Donati 424, 20); Marini Vat. 9123 f. 201, 9127 f. 112.

14939 urna marmorea. Apud Malatestam FEA. — In museo Parisino BOVILL. CLAR. et adhuc. — S. l. VISC.

D M
TI CLAVDIO
ARGYRO

Descripsi. Fea sched. f. 311', qui vidit; Visconti sched. Paris. f. 146; Bouillon *musée d'antiques* t. III *cippes sépulcr.* tab. 2 n. 21; Clarac *musée de sculpture* n. 534 et in tab. XVIII

14940 cippus marmoreus in villa Pamfilia in sepulcreto.

·DIS · MANIBVS·
TI · CLAVDIO·ARISTAEO
·OPTIMO · FRATRI·
TI CLAVDIVS·OLYMPVS
·BENE · MERENTI·

Descripsi.

14941 tabula palmarum 4⅓ GVD. In hortis Iustinianeis GVD. PTOL. FABR.

BENE D M MERENTI
CLAVDIVS · AEPHOCRATION · ET
CLAVDIA · ARTHIMODORA · ET · SEPTIMIVS
CLAVDIVS · DVLCI · PA · CLAVDIO · ALEXAND
ARPHOCRATIONE FECIT·VIXIT·ANN·LXXXXVII·D·V·

Gudius ms. 521, 4, ed. ind. CXII, qui vidit; Ptolemaeus sched. 1, 48; Fabretti 563, 100.

3 ARTHIMIDORV Fabr. — 4 DVLCI Gud., intellege *dulc(issimo) pa(tri)*. — ALEXAND Gud. Ptol., ALEXAND Fabr. — 5 ARPHOCRATIONI Gud.; videtur in lapide scriptum fuisse *Arphocration f(ilius) fecit*.

14942 *vicino a rincontro le case Coritiane* NAN.; effossa a. 1592 in foro Traiani CITT.

CLAVDIO
ACTES · LIB
ARTEMAE
HELPIS
LIB

Cittadinius Marc. p. 161, Vat. 5253 f. 250' (inde Donius Barb. p. 192 'ex schedis bibl. Vaticanae', ex eoque Fabretti 126, 39 'e schedis Barberinis'). Fragmentum sic exhibet Manutius Vat. 5241 p. 310:

CLAVDII
ACTES·LIB
A//////AE

14943 tabella marmorea in hortis Campanae prope Lateranum.

TI · CLAVDIVS
ARTEMIDORVS·VIX·ANN·IV
CLAVDIA · ARESCVSA
SOROR · FECIT

Descripsit de Rossi.

14944 basis marmorea. Reperta prope *Tor Sapienza* a. 1861 ACTA. — Nunc in museo Laterano in repositis.

L · CLAVDIVS
urceus TI·F *patera*
·ASIATICVS·

Descripsit Bormann. Est etiam in actis curatoris operum publicorum et commercii, qui sub pontificibus fuit.

14945 tabula marmorea LIG. In domo Carpensi LIG. NAN. — In limine cuiusdam domus prope templum D. Petri DON. (Mar.); *epitafio posto in una entrata di casa in terra vicino alla piazza dei scarpellini a S. Pietro* DON. (Vat.). — S. l. SVAR. — *Trovata nella via Latina* (una cum titulo infra edendo Ti. Claudii Phileti) LIG. fraude.

DIS · MANIBVS
TI·CLAVDIO·AVG·L·ATE//
CONIVGI· KARISSIMO · ET
L · TREBONIO · FVNDANO
FILIO · PIENTISSIMO
TREBONIA · OSANTHE
EMIT · SIBI · ET · SVIS
LIBERTIS·LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE · EORVM

Ligorius in schedula solitaria autographa apud Panvinium Vat. 6036 f. 21; Manutius Vat. 5246 lib. 3 p. 27; Donius cod. Marucell. A, 6 l. 498, cod. Vat. 7113 f. 109 manu Turrigii (inde Fabretti 154, 233 'ex schedis Barberinis'); Suaresius Vat. 9140 f 190 duobus exemplis.

Vv. divisionem servarunt Lig. Man. Suar. a; diversam omnino arbitrariam habet Don. (Vat. Maruc. cum Fabr.) — 1 DIS MANIBVS Don. (Vat.), om. id. (Maruc.). — 2 LIB· Don. (Maruc.). — ATE Don. (Maruc. Vat.), AI·EI Suar., ALTERIO Lig. interpolans, CELERI Man. ex emendatione ut videtur. Quod nomen subsit, nescio. — 3 KARISSIM· Man. — SI Suar. — 6 TREBONIO Don. (Maruc.). — 8. 9 Q· pro QVE Don. (Vat. Maruc.).

14946 fragmentum tabulae marmoreae, in aedibus Merolli.

corona
D · M
TI CLAVDIVS
ATNITCVS *sic*
CLADIO · DI *sic*
ONESI FRATI· *sic*
bene M E R E
vixit P.

Descripsit Gatti, contuli ipse.

14947 fragmentum litteris optimis in vinea Carpinea.

TI·CLAVDI ATTIC·
IVLIAS SECVN
DAE PROCLAMVS·LIB·F

Malvasia 377.

3 Proclami nomen corruptum.

14948 originis incertae. Bruxellis in collegio Iesuitarum CVPER. GER.

TI · CLAVDIVS
ATTICVS·LATINIAE·C·F
ATTICILLAE
MATRI · DVLCISSIMAE
L · P · VII· L·P·IIIS

Cuper sched. Hagens., qui vidit a. 1706; Gérard cod. bibl. regiae Hagensis B, 35 (inde *Bulletin des commissions royales d'art et d'archéologie* t. VIII p. 308 n. 146).

14949 tabula marmorea. Reperta prope *Tor Pignattara*, est apud Fogginium NAR. — Nunc in bibliotheca Vaticana.

D M
TI · CL · BACCHIVS FECIT SIBI
ET CL · ARTEMISIAE COIVGI DV
L·CISSIMAE BENE MERENTI
ET LIBERTIS LIBERTABVS·Q·POSTE
Q·EORV HVIVS MONIMENTI SE
CEPTIO CHIROGRAPHO CONTENS *sic*
TVR

Descripsit de Rossi. Marini *Arv.* 530 descriptam a Vernazza.

14950 tabula marmorea. In hortis Iustinianis GVD. PTOL. FABR. MONTF.; eadem loci indicatio videtur intellegenda apud DON. — Fuit in villa Iustiniana, empta a fratribus B. Mariae de Fornacibus, in museo collegii Romani LVPI; ibidem MAFF. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* patron. I).

D · M
SACRVM
TI · CLAVDIVS · AVG
LIB·EIOTICVS
FECIT · SIBI · ET
IVLIAE·DONVSAE
ET · LIBERTIS
LIBERTABVSQVE
SVIS·POSTERISQVE
EORVM
PRAETR · NYMPHEN
IN·FR·P·XXX·IN·AGR·P·XXX

Descripsi. Donius cod. Vat. 7113 f. 4' manu Holstenii (inde puto Malvasia 543 'e schedis Vaticanis'); Gudius ms. 496, 3, qui vidit; Ptolemaeus sched. 1, 22; Fabretti 148, 191; Montfaucon Paris. 1293 post f. 152 manu Hispani; Lupius Vat. 9143 l 16' descriptam a Contuccio Contucci; Maffei M. V. 258, 4 (inde Orelli 4435).

14951 cippus marmoreus rotundus repertus in maceriis aedium Caffarelliorum in Capitolio, nunc apud Institutum archaeologicum imperii Germanici.

TI CLAVDIVS
BLASTVS CLAD*iae* *sic*
EVPLIAE F*ilius?*
CARIS*simae*
FECI*t*

Descripsi.

14952 tabula marmorea. In hortis Fabiniai Montii MAN., in via Flaminia, addit LIG. — Marini in vinea Bevilacqua CHIS. VVLP. FEA. — Romae in aedibus Columnensium AM.; nunc in hortis eorum Quirinalibus.

DÌS · MANIBVS
TI · CLAVD · BOTRIONI
FLAVIA · CASPILLA
CONIVG · B · M · FEC ·
ET · SIBI · POST · SVIS
LOCVS · DAT · AB · TI · CL · AVG · L · PRIM ·

Descripsit Reifferscheid. Manutius orth. 240, 57 (inde Ligorius Taur. 3 f. 49 s. v. Claudia et Grut. 610, 8); cod. Chisianus J, VI, 205 f. 109ᵛ; Vulpi Lat. 7 p. 148 (inde Mur. 1328, 5); Fea sched. f. 57ᵛ manu Mariottii; Amati Vatic. 9743 f. 24.

14953 tabula marmorea in museo Laterano in repositis.

TI · CLAVDIO
BRITT
CLAV

Descripsit Detlefsen a. 1861.

14954 in monumento columbariorum effosso a. 1866 in villa Wolkonsky ad S. Ioannis in Laterano.

TI · CLAVDIVS · AVG
LIB · CALAMVS

Descripsi. Bergau *bull. dell' Inst.* 1866 p. 117.

14955 lapis litteris ad sepulcrum obversis claudendo loculo adhibitus in coemeterio SS. Nerei et Achillei via Ardeatina.

D · M
TI · CLAVDIVS CALLIDROMVS

Descripsit de Rossi.

14956 via Latina dextrorsum *che va alla Caffarella.*

TI · CL
CAMPANO
FIL · DVLCIS
SIMO QVI VIXIT
ANN · III M · V · D · XXIII
CL PAMMVSVS
ET · CL · FORTVNA
TA PARENTES

Amati Vat. 9771 f. 41.

14957 tabula marmorea. In domo quondam Francisci Porcari IVCVND., Iulii MAZ. SMET. SNIAB., similiter GAMM. PTOL. SEG. — In domo Io. Ciampolini SAB. — In museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall. lap.* parent. I).

DÌS MANIBVS
TI · CLAVDII · QVIR
CAPITOLINI · FILII · SVI · MENS · IV
CLAVDIVS · ASCLEPIADES · PATER
FECIT

Descripsi. Iucundus Veron. f. 93, Magl. f. 29ᵛ (inde Mazochius f. 140ᵛ, vidit auctor emendationum); P. Sabinus Marc. f. 177; Gammarus Trev. f. 28ᵛ; Io. Bembus f. 37ᵛ; Smetius 134, 8 (inde Grut. 676, 4), qui vidit; Knibbius Berol. p. 46; Ptolemaeus sched. 2, 247; Seguier Paris. f. 173; Marini Vatic. 9124 f. 309.

14958 tabula marmorea. In villa Matthaeiorum PTOL. SEG. — Apud archiepiscopum Petrensem MAR. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* fratr.).

TI · CL CARDAMIO
V · A · XLV
SILVANVS · FRATRI
PIISSIMO ET SVCCES
SA · PATRONO B M
CONSECR ·

intercolus non scriptus

Descripsi. Ptolemaeus sched. 2, 49 (inde Mur. 1452, 4); Seguier Paris. f. 71; Marini Vatic. 9120 f. 78ᵛ.

14959 urna sculpturis ornata. Reperta a. 1736 via Appia sinistrorsum ubi columbarium maximum a Fabrettio editum MARVC. — Vindobonae in museo D. Baronis ..... MVR. — Nunc in castello *Lowther Castle* prope Penrith (Westmoreland).

in operculo:

TI · CLAVDIO · SABO · VIX · NN · VIII MENS · XII DIES XI *sic*

in urna ipsa in tabula margine circumdata:

DIS · MANIB
CLAVDIAE
EGLECTE *sic*
ANTONIAE DIVI
CLAVDI F · DELICIO
PIISSIMAE · ET · B · M
V · A VI · M · I · D · VIII
THREPTVS ECLOGE
PARENTES FEC

caput Ammonis — *caput Ammonis*

aquila — *sertum* — *aquila*

TI · CLAVD — *capella vitem arrodens* — ATTICVS · FR|ATER

in basi:

CVLTVRAM · ARAE · FRATRVM · ITEM ·
OLL IIII · OECI · MAGNI · ATTICVS ADSIG · MEIS
HILARITATI · PROTE · ET · AMPLIATO S P F I ·

Descripsit Michaelis. Gori cod. Marucell. A, 6 f. 467ᵛ missam a Ficoronio; Thomassin Mazaugues misit Muratorio Parisiis d. 5 Mart. 1741 versus tres infimos dicens in lapide restitutos esse et memorans imaginem aeri incisam ab equite Ponsonby; Muratori 2056, 1 (inde Orelli 680), cui misit Dominicus Bricherius Columbus, imaginem.

11 litteras ATER exaratae sunt in latere urnae.

[*Culturam arae fratrum* — intelleguntur Eglecte et Karus — *item oll(as) IIII oeci magni Atticus adsignavi meis Hilaritati, Prote et Ampliato. S(ua) p(ecunia) f(ieri) i(ussit).* Loquitur frater superstes Ti. Claudius Atticus, qui arae sorori a parentibus positae subscriptionem hanc post tempus adscripsit, fortasse una cum titulo. TH. M.].

14960 in domo d. Caesaris de Alberinis.

D · M
TI · CL · CASSINATI
CONIVGI · BENEMERENTI
FECIT · VIRGINIA · VENERIA
CVM · QVO · VIXIT · ANNIS XVI · ET
CL · ARTEMIDORVS
FRATRI · BENEMERENTI
FECERVNT

Mazochius f. 126, non vidit auctor emendationum (inde Grut. 770, 2).

Vv. divisio incerta.

14961 tabula marmorea. Effossa in vinea coenobii S. Agnetis extra muros a. 1841, extat ibidem in hortis.

corona

D · M
TI · CLAVDI · CASTORIS ·
QVI ADVIXIT · ANN · III ·
M · VI D · XII · FL · VENERIA
FILIO · FECIT
ET · SIBI · ET · FORMIANO CAESAR

Descripserunt de Rossi a. 1842 et Matz, contulit Bormann.

6 ex. quae inclinatis dedi, vidit solus de Rossi.

[6 Formianus Caesaris nomen traxit a praetorio imperatorum Formiano passim memorato (vol. X p. 617). TH. M.].

14962 apud Andreolium marmorarium.

D·M·S
TI·CLAVDIO
CELADO
FECIT
ROMVLA
CONIV·SVO

Descripsit Lovatti.

14963 tabula marmorea. In museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall. lap.* cooing. III). — S. l. VISC.

D · M
TI · CLAVDIO
C E L E O
VIX · ANN · LX
F E C I T
CASSIA · AGOGE
CONIVGI · S ·
B · M · ET ·
CASSIA·FORTVNATA·F

Descripsi. Visconti Paris. 7 f. 263'; Marini Vat. 9125 f 150.

14964 in domo quondam Francisci Porcari IVCVND., Iulii GAMM. MAZ., similiter CETERI excepto SAB., qui ponit in domo Pauli de Alexiis; in domo Porcariorum in puteo vidit etiamtum SARTI.

M·CLAVDIVS
CERDO

Iucundus Veron. f. 85, Magl. f. 22 (inde Mazochius f. 135', vidit auctor emendationum); P. Sabinus Marc. f. 111'; Gammarus f. 172'; Io. Bembus f. 35; Pighius Berol. f. 87; Smetius 133, 18 (inde Grut. 648, 9), qui vidit; Manutius Vatic. 5253 f. 361; cod. Ottobon. 2970 f. 34; Colonna Vatic. 7721 f. 5; Ptolemaeus sched. 2, 243; Seguier Paris. f. 175; Aem. Sarti in schedis.

14965 in hortis Montalto PTOL., Negroniis SEG. — Apud Petrum Lazeri MAR.

CLAVDIO · CHARI
TONI · QVI · VIXIT
ANNIS · XXX · MEN
SIBVS · V · DIEBVS
XX·POSVIT·COIVX
CARISSIMA · BENE
MERENTI · COIVGI

Ptolemaeus sched. 1, 375 (inde Mur. 1327, 4); Seguier Paris. f. 29; Marini Vatic. 9122 f. 79.

7 COIVGI Ptol., CONIVGI Seg., COIVGI Mar.

14966 in domo d Gentilis Baffi IVCVND., Petri de Tebaldescis SAB., Albertini (sc. de Tebaldescis) ACC. — In hortis Caelimontanis Matthaeiorum GVD. PTOL. — Exemplum novicium in tabula marmorea exaratum viderunt Florentiae apud Guicciardinios GORI OS. Ibi adhuc.

D · M
TI·CL CHARITO
ONESIMO PVERO
B·M·ET·SIB·POSTE
RISQ · SV·IS·

Exemplum genuinum exhibent Iucundus Veron. f. 42, Magl. f. 66 (inde Mur 1658, 3); P. Sabinus Marc. f. 135'; Io. Bembus f. 32; Accursius Ambros. D, 420 f. 58; Gudius ms. 555, 4, ed 301, 4; Ptolemaeus sched 2, 11 (inde Mur. 1450, 2). — Exemplum novicium descripsimus Kiessling Hormann ego, exhibent Gori I. E. 1, 233, 22; Osann syll. 531, 7.

2 CL CHARITO Iuc. Sab. Accurs. Gud., CICHARITO Ptol. et ex. nov.

14967 tabella columbarii. Venetiis in bibliotheca Marciana, quo attulit Grimani a. 1586 VAL., similiter CETERI. Ibidem adhuc.

D · M	D · M
TI · CL	CLAVDIAE
CHARITONI	CHELIDONI

Descripsit Mommsen. Mur. 1657, 11 a Rocchio; Guarnieri sched. Venet. f. 1; Valentinelli *marmi della Marciana* p. 200.

14968 tabula marmorea. In vinea Laure de Blioul 1591 WINGH. — Pars dextera rursus reperta est a. 1873 *dietro al ninfeo di Alessandro Severo e vicino al sepolcro detto Casa Tonda, all' Esquilino* PELL., deinde translata in museum Kircherianum.

TI · CLAVDIO C H I L O N I
*KAPPAD*O C I
*TI·CLAVDIVS·P*HILOROMAEVS
*PATR*V O

Descripsi quod superest. Integram habet solus Winghius Brux. 2 f. 38e'; imminutam Pellegrini *rapporto sugli scavi di Roma alla R. Soprintendenza* d 25 Nov. 1873; Lanciani *bull. arch. comun.* 1877 p. 54 n 119.

Quae nunc desunt, dedi inclinatis.

14969 in S. Bibiana IVCVND. — In basilica Lateranensi MAZ.

D · M
TI · CLAVDIO
C H R E S I M O
CLAVDIA·CHRESTE
C O N I V G I
P I E N T I S S I M O
B · M · F

Iucundus Veron. f. 43, Magl. f. 66' (inde Mazochius f. 33, neglegentissime, non vidit auctor emendationum; correxit ex Iucundo Metellus in exemplo suo, nunc Vaticano).

Vv. div. incerta. — 1 om., — 3 CLARISSIMI, — 4 CLAVDI, — 6 PRESTANTISSIMO Maz.

14970 tabula marmorea originis urbanae. Olim Velitris in museo Borgiano CARD. — Nunc Neapoli in museo publico.

D · M
TI CLAV · CRHESIMO *sic*
CLAVDIA · FORTVNA
PATRONO · IDEMQ
CONIVGI · B · M · FECIT
VIXIT · ANNIS · XCV
MESIBVS VII DIEBVS XI

Descripsit Mommsen I. N. 6971. Cardinali *iscr. ant. ined.* n. 63; Fiorelli cat. n. 359.

14971 in domo Ludovici Belli SAB. — Exemplum novicium in aere exaratum Romae apud Vescovalium vidit AMATI; id fuit deinde Parisiis in museo Durand, nunc ibidem in museo publico

D · M
TI · CLAVDIO
C H R Y S A N T I O
VIX·AN·XL·FEC
HELVIA·SALVIA
CONIVGI · SVO
B · M

Solus servavit P. Sabinus Marc. f. 146, Ottob. f. 39; inde Mazochius f. 54, ex quo Grut. 770, 3. — Exemplum novicium aeri incidit Clarac *musée de sculpture* n. 535 et in tabula LV; vv. 2. 3. 4 descr. Amati Vatic. 9747 f. 25'.

Vv. div. incerta. — 2 T Sab. Marc. — 3 CHRYSANTIO Sab. (CHRYSANCTIO Maz.): scriptum videtur fuisse CHRYSANTIO. — 4 ANN Sab. (Marc.). — XI Maz. — FECIT Sab. (Ott. cum Maz.). — 7 B·M·F Maz.

Exemplum novicium hoc est:

D M	D M
TI CLAVDIO	HELVIA SALVIA
CHRYSANTIO	CONIVGI SVO
VIX AN XXI	F M F
FECIT	

14972 tabula marmorea nuper inventa in vinea Oliveria.

D · M
TI · CLAV
D I O · C H
R E S B · F R
A T R I · B E
N E M E R E N
TI · FECIT
CELESTINVS

Amaduzzi anecd. litter. vol. II p. 471 n. 25, qui vidit

14973 tabula marmorea. Apud Ficoronium SEG. MVR. — In museo Capitolino GVASCO et adhuc imminuta.

protome
D *pueri* M
CL · CISSO · FILIO
DVLCISSIMO VIX·AN I
M·VIII · D · VI · H·VI
TROILVS · ET PIA
PARENTES · FEC

Descripsi. Seguier Paris. f. 244; Mur. 1150, 8 a Ficoronio integram; imminutam ut nunc est Guasco M. C. 645.

Quae nunc desunt, dedi inclinatis.

14974 Romae (praecedit titulus supra n. 188 emptus a marchione Lucatellio)

D · M ·
T I · C L · C L A V D I A N I
QVI·VIXIT·ANN·VIII·MENS·II·D·V·
T I · C L · A B A S C A N T V S · E T
C E L T I L I A · P A N T H I A · P A R E N
T E S · F I L I O · D V L C I S S I M O

Giornale de' letterati (Florentiae 1744) tom. III pars 4 p. 241 n. 20.

14975 tabula marmorea claudendo loculo Christiano adhibita: ab altera parte est epitaphium Christiani infantis. In coemeterio SS. Nerei et Achillei via Ardeatina.

TI · CLAVDIO · CLAVDIANO
OPTVMO · ET · PIISSIMO · FILIO
PARENTES · ET
CLAVDIA · OLYMPIAS · SOROR · ET
SIBI · ET · LIB · LIBERTABVSQVE
POSTERISQ · EORVM

Descripsit de Rossi.

14976 tabula marmorea in hortis Campanae prope Lateranum.

D M
TI · CLAVDIO
CLAVDIANO
VIXIT · ANN IIII
MENSE I DIEB
XRVIII · TI
CLAVDIVS
ABASCANTVS
FILIO · DVLCIS
SIMO · FECIT

Descripsit de Rossi.

14977 cippus marmoreus. Apud scalptorem Pacetti MAR. — Nunc in museo Vaticano (*Pio-Cl. Belved.*).

in fastigio aquila contra serpentem dimicans

DIS · MAN
TI · CLAVDI
urceus CLEMENTIS *patera*
CLAVDIA · VITALIS
MATER · FILIO
PIISSIMO

Descripsi. Marini Vat. 9125 f. 74

14978 tabula marmorea. Reperta prope *Tor Sapienza* a. 1861 ACTA. — Nunc in museo Laterano in repositis.

TI · CLAVDIVS · AVG · L ·
CORBANVS · HOMO
SANCTVS · VIX · ANN · XLVII
FVRIA · C · L · CONDICIO
C · FVRIVS · C · L · FAVSTVS

Descripsit Bormann. Est etiam in actis curatoris operum publicorum et commercii, qui sub pontificibus fuit.

14979 in vinea Patrum congregationis Somaschae (coll. Clementini) ad S. Caesareum prope portam Capenam intra urbem VETT., similiter MVR.

D · M
TI · CLAVDIO
CORINTHO FECI
VALERIA DONATA
VXOR ET SIBI
CVM · QVO · VIXIT
ANNIS · XXXX

Vettorius misit Gorio d. 2 Iun. 1731 cod. Marucell. A, 63; Mur. 1327, 5, cui misit Henriquez.
2 TI· om. Mur. — 3 FECI ex. utrumque. — 4 litt. extantem habet Vett.

14980 tabula marmoris albi litteris pessimis. In quadam villa circum S. Agnetis via Nomentana AVAR.; ibi nunc in villa Crostarosa.

D · M ·
CLAVDIVS
CORINTHVS
CLAVDIAE
PROTOGENIAE
MATRI OPTVMAE
FECIT
HCHIA

Descripsit Bormann. Suaresius cod. Vat. 9140 f. 161.

14981 tabula marmorea. In vinea Sebastiani Lazzarini GIN.; *nelli orti di Montiati porta S. Paolo* GORI. — In S. Pauli via Ostiensi MAR. NIC. et adhuc in claustro.

· D · M ·
TI · CLAVDIO ·
COSMO · IVLIA
PRIMITIVA
COIVGI OPTIMO
FECIT · Q · FAB
EVIDES · FE TI · CLAVD
COSMO · COGNA · SVO
VIX · AN · XXXV

Contulit Forcella. Ginanni apud Muratorium ms. 21, 231, ed. 1328, 6; Gori cod. Marucell. A, 6 ex schedis quae extabant apud Stoschium solos vv. 1—6; Marini Vat. 9120 f. 184; Nicolai *bas. di S. Paolo* 124, 153.
Versus inde a 6 med. Q·FAB· videntur postea adiecti esse, fortasse post mortem Cosmi.

14982 apud Aloysium Arduinium effossa via, si bene memini, Latina non longe ab urbe DE ROSSI.

D *corona* M
TI · CLAVDI · COSMI
TI · CLAVDIVS
TELESPHORVS
COLLIBERTORVM

Descripsit de Rossi.
5 aut requiritur COLLIBERTO · D · M vel simile quid aut titulus mutilus credendus est adiungendumque *permissu* vel *decreto*.

14983 tabula marmorea. In museo Vaticano MAR. VISC. et adhuc (*Gall. lap.* incert. II).

corona
D · M
TI · CLAVDI
CRATIANI *sic*
VIX · MENS
· V · DIE III ·

Descripsi. Marini Vat 9124 f. 28; Visconti cod. Paris. 9697 f. 130, cod. 7 f 265.

14984 tabula TORR. In vinea cardinalis Carpensis ID., similiter CETERI.

TI · CLAVDIVS · CRESCES
SIBI · ET · LIBERTIS
LIBERTABVSQVE · SVIS

Manutius Vat. 5253 f. 375' manu ignota; Torrentius Brux. f. 5 missam a Nicolao Florentio; Knibbius Berol. p. 34 (inde Grut. 865, 11).

14985 tabula marmorea. Collocata a Ben. Passionei in aedibus ipsius Forosempronensibus PASS., ubi adhuc extat.

D · M
CL · CRESCENTI
VIX · AN · XXVII · M · VI
CL · CRESCES
ET CL · AGATHONICE
FILIO · PIENTISSIMO
FECERVNT

Descripsimus Bormann et ego. Passionei p. 168 n. 32 (inde Donati 356, 4).

14986 cippus marmoreus. In museo Capitolino GVASCO et adhuc.

D · M
TI · CLAVDIO · CR
ESCENTI · VIXIT
ANNIS · XXXXV ·
M · X · D XV · VAL
ERIA · NICE · COIV
BENEMERENTI · FECI
ET · Q · VALERIVS · LYSI
MACHVS · BEN · MER
FECIT

Descripsi. Guasco M. C. 513.

14987 tabula marmorea. Effossa extra portam Capenam, nunc in hortis Matthaeiorum in monte Caelio SVAR. VAT., ibidem PTOL. FABR. SEG.; Romae DONATI. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* patron. I).

a

D · M ·
TI · CLAVDIO
CRISPO · ACT · R · L
PHOEBE · LIBERTA
CONIVGI · B · M ·
FECIT · V · A · XXXV ·

b

D · M ·
TI · CLAVDIVS
CRISPVS ACT · R · L ·
ET · PHOEBE · MATER
FORTVNATO · FILIO
FECER · QVI · V · A · XV
MEN · V ·

Descripsi. Suaresius cod. Vat. 9140 f. 170 separatas; Ptolemaeus sched. 2, 27; Fabretti 125, 36; Seguier cod. Paris. f. 73; Donati a p. 390, 1, *b* p. 357, 11 missas a Gallettio.

14988 tabula marmorea. In hortis Montalto FIDL. MONTF.; in hortis Negroniis SEG. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* coniug. II).

D · M
CL · CYLONIS
CONIVGIS · CA
RISSIMI · ALE
XANDREA · CON
F F

Descripsi. Ptolemaeus sched. 1, 374 (inde Mur. 1327, 6); Montfaucon Paris. 1293 f. 119 et 170 manu Hispani; Seguier Paris. f. 28.
6 F F ego, F F priores; legendum esse *fe(cit)* coniecit Buecheler.

14989 tabula marmorea in vinea Virilia via Latina dextrorsum primo ab urbe lapide.

DIS | *manibus*
TI·CLAVDIVS·D
CALLIOPE·CO*niugi*
BENE·MERE*nti*
INTSG·I·PO
TIP·A·LAE

Descripsit de Rossi.

14990 in hortis Matthaeis PTOL. FABR. SEG. — S. I. DON.

ti. CLAVDIVS·AVG·L·DALVS
FECIT · MOSCHO · L · ET
VERNAE·SVO·ET·DELICIO
VIXIT · ANNIS · V

Ptolemaeus sched. 2, 26; Fabretti 43, 242; Seguier Paris. f. 71; Donati 417, 7 a Gallettio.

1 in. |DIVS Ptol., AVDIVS Fabr., TI·CLAVDIVS Seg. Don. supplentes. — DATVS Seg. — 4 ex. V... Fabr.

14991 cippus marmoreus in villa Aldobrandini.

corona
D · M
CLAVDIVS
DAMAS
FECIT · LIBERTAE
HSNEMSBSNTI
CLAVDIAE·NELPID
ET·FILIS · DVOBVS
FIEMIS

Descripserunt Kellermann, de Rossi, Bormann.

14992 tabella columbarii. Ex hereditate Gualterii, a me iam vendita, emi m. Aug. 1738 FIC. — In museo Capitolino OVASCO et adhuc.

C CLAVDIVS DAPHNVS·V·A·L
O
CONTVBERNALIS CONIVGI·FEC

Descripsi. Ficoronius misit eodem exemplo Gorio cod. Marucell. A, 6 f. 510' n. 214 et per Ramaginium Muratorio 1327, 10; Guasco M. C. 453.

14993 tabula marmorea. Reperta in vinea Casiniorum extra portam S. Sebastiani, extat in museo Rusconi MAR. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* suppl. patron.). — S. I. VISC. FEA.

DIS·MANIS
TI · CLAVDIO · DAO·
TI · CLAVDIVS · FELIX·
ET CLAVDIA FIRMA · LIB·
PATRONO·BEN·MERENTI·
FECIT

Descripsi. Marini Vat. 9125 f. 155; Visconti cod. Paris. 7 f. 54'; Fea sched. f. 315' manu Mariottii.

14994 *cassetta con due teste di ariete, un festone ed uccelli* PTOL. In palatio Camilli de Maximis patriarchae Hierosolymitani GVD.; in aedibus marchionis de Maximis ad quattuor fontes PTOL.; in hortis card. Maximi MONTF.

TI · CLAVDIVS · DECEMBER
HIC·QVIESCIT·VIX·A·XXVII
DECEMBER · ET ELEVTHERIS
PARENTES · INFELICISSIMI
FILIO·PIISSIMO ·FECERVNT
ET·CLAVDIVS·POLYDEVCES
HIC ·COQVIESCIT·V·A·VD

Gudius ms. 597, 3, ed. 232, 5 de visu; Ptolemaeus sched. 2, 179 (inde Mur. 1151, 7); Montfaucon cod. Paris. 1293 f. 16' manu Hispani.

6 et 7 litteris minoribus scriptos et postea adiectos esse adnotat Gudius. — 2 XXXVII Gud. — 6 POLYDEVCE Gud., POLYDEVCEC Ptol. — 7 HIC·QVIESCIT·V·AN·VII· Ptol. — 6 et 7 om. Montf. — Litteras extantes habent v. 2 Gud., 3 et 5 Gud. Ptol.

14995 tabula marmorea in museo Vaticano (*Gall. lap.* parent. 111).

D M
TI·CLAVDIO DEMETRIO
ET
CN OCTAVIO · PTOLEMAIO *sic*
CL·PRIMA ·MATER ·FIL· D·ET
PANTHERI·FRATR·ET SIBI FEC
ET LIB·LIS· POST·EORVM

Descripsi.

5. 6 lege *fil(iis) d(ulcissimis) et Pantheri fratr(i).*

14996 ara marmorea. Retro Pantheum ad ruinas thermarum Agrippinarum in domo latomi cuiusdam SMET.; *nella casa di Nardo Raphaello scarpellino, a piedi alle therme d'Agrippa, dove hora si dice la ciambella* LIG. — In aedibus Marii Delphinii, aut Delphiniorum TORR. KNIBB. BOISS., nunc Altieriorum, addit PTOL.

aquila
TI · CLAVDIO · VOL
DEMETRIO · ET
urceus CLAVDIAE · IANVAR· *patera*
TI · CLAVDIVS · VOL
ASTVTVS · ET
CLAVDIA · LVCANA
PARENTIB·SVIS·FECER
ET·SIBI·POSTERISQVE
EORVM

Smetius 130, 7 et 135, 4 (inde Grut. 725, 12), qui vidit; Ligorius Taur. 3 f. 50 s. v. Claudia (inde dedimus inter suspectas n. 1608*, errore); Torrentius Brux. f. 30 missam a Nicolao Florentio; Knibbius Berol. p. 7; Boissard Holm. f. 67', Paris. p. 235, ed. 5, 91; Ptolemaeus sched. 2, 205.

3 om. Lig. — 7 PARENTISVS Lig. Ptol. — SVIS Ptol. — 8 extr. Q Boiss. (ms.).

14997 in vinea Bernardi Oliverii extra portam Capenam.

D · M
TI·CLAV
DI·DIADO
CHO·AVCTA
COIVGI·B·M
V·A · XXXII

Amaduzzi anecd. litter. III p. 477 n. 34, qui vidit a. 1774.

14998 tabula marmorea in aedibus Alexandri Castellanii in vestibulo.

DIS · MANIB
TI·CLAVDIO · DIADVMEN
VIXIT·ANNOS·L
ANTONIA · SYMPHE
RVSA·CONIVGI·SVO
BENEMERENTI·FECIT

Descripsit Bormann.

14999 in aedibus episcopi Aquinatis.

D · M
TI · CL · APPAE · DIADVMENI
V · A · XV · M · XI · D · V
CLAVDIA · TEOPHIM*e* · ET
ABASCANTVS·PARENT·FECER
ET · SIBI · P · Q · E

Knibbius Berol. p. 61 (inde Grut. 676, 5).

2 APPAE si recte exceptum est, videtur fuisse alterum cognomen Ti. Claudii Diadumeni; *Appas* est etiam in titulo vol. X n. 5480, *Appaes* casu genitivo huius vol. n. 7793. — 4 TEOPHIMI, — 5 ABASCATVS — 6 SBI traditur.

15000 tabella marmorea reperta in vinea Venturiorum, nunc statione viae ferreae Tiburtinae.

DIS M
TI CLAVDIO·DIAG*eni*
VARIA · TYCES·CONIVGI
B · M · FECIT

Lanciani *notizie degli scavi* 1881 p. 50, *h*, *bull. comunale* 1881 p. 37 n. 485.

15001 tabula marmorea. In ecclesia S. Pantaleonis de Portugallo SAB., similiter CHIS. STAT. DON. — Catanae apud Benedictinos SCAMM. AM. FERR. et adhuc.

·D · M·
CL·DIOGENES·FE
CIT · CL · HYGIAS
CONIVGI· BENE
MERENTI · FECIT
CENTI *sic*

Descripsit Mommsen. P. Sabinus Ottob. f. 137; anonymus Hispanus Chisianus f. 248; Ach. Statius Vallicell. f. 187 (inde Donius Barberin. p. 102); Scammacca apud Gorium cod. Marucell. A, 77 f. 142; Amico et Statella *Catania illustr.* III p. 422 (inde Torremuzza XI, 16); Ferrara *storia di Catania* 420, 19. Cf. vol. X n. 1088*, 87.

5. 6 FECIT cum male geminatum sit, CENTI autem apte explicari non possit, errore quadratarium ita scripsisse pro ET·INNO|CENTI coniecit Buecheler.

15002 cippus magnus CITT.; ara sepulcralis SIRM. *Dietro S. Pietro alli scarpellini* CITT. — S. l. SIRM.

D · M
TI·CLAVDIVS·AVG·L·
DIOMEDES
SIBI · ET
5 LVSIAE · PRIMIGENIAE
CONTVBERNALI
PIAE·Q·VIXIT ANN·XX

Cittadinius Marc. p. 167, Vat. 5253 f. 248'; Sirmondus Paris. 1418, 150 (inde Grut. 1112, 11) et 1420, 310.

1 om. Sirm. — 2 LIB· Sirm. 1418. — 5 LASIAE Citt. (Marc.), IVSTAE Sirm. — 7 PIAE·Q.] HAEC Sirm. — VIXIT Citt. (Vat.).

15003 cippus marmoreus. Repertus prope *Tor Sapienza* a. 1861 ACTA. — Nunc in museo Laterano.

vir et mulier mutuo iunctis dexteris
DIIS · MANIBVS
urceus TI·CLAVDI·DIONYSI *patera*
FECIT·CLAVDIA·PREPONTIS
PATRONO·BENE·MERENTI
5 ET · SIBI

Descripsit R. Schoene, qui ed. *Lateran* p. 108 n. 184. Est etiam in actis curatoris operum publicorum et commercii, qui sub pontificibus fuit.

15004 cippus marmoreus. Repertus prope *Tor Sapienza* a. 1861 ACTA. — Nunc in museo Laterano.

mulier sedens *homo in lecto iacens*
DIS MANIBVS·TI·CLAVDI DIONYSI
FECIT·CLAVDIA·PREPONTIS·PATRONO
BENE MERENTI SIBI·ET SVIS
POSTERISQE EORVM *sic*

Descripsit R. Schoene, qui ed. *Lateran* p. 109 n. 185. Est etiam in actis curatoris operum publicorum et commercii, qui sub pontificibus fuit.

15005 tabula marmorea. *Stava incastrata per selce in una strada di Roma* (*sotto il Quirinale* add. AM. ad Lam.) *e di notte tempo andai a scavarla ed ora si trova appresso di me* AM. (ad Mar., similiter ad Lam.). — Apud Petrum Borghesium dono Amadutii PLANC., extat adhuc Savignani in aedibus Borghesiis. — Savignani reperta NARDI perperam.

D · M
TI·CLAVDI·
DIONYSI·
CLAVDIA·
5 VENEXIA·
CONIVCI·
BENEMER
ent FECIT·

Descripsit Bormann. Amadutii misit Marinio d. 5 Mart. 1764 in epistula inter Marini schedas Vaticanas, item d. 24 Mart. 1764 Lamio in epist. bibl. Riccard. vol. 2 (inde *Novelle Fiorentine* 1764 p. 236, ex quibus Donati 396, 7); A. Bianchi ms. n. 101 ex litteris Amadutii datis d. 29 Febr. 1764 et ex Planci *hodeporico*; Fiori sched. bibl. Gambalungae Ariminensis; Nardi *compiti* p. 98; Tonini *Rimini* 385, qui vidit. Cf. vol. XI n. 44*, *b*.

Versum ultimum Amadutius apud Marinium dat imminutum ut nunc est: plerique cum exhibeant integrum, suppleverunt coniectura.

15006 urna marmorea originis, ut videtur, urbanae. Parisiis in museo publico BOUILL. CLAR. et adhuc.

DIIS·MANIBVS
TI CLAVDI·DII
CLAVDIA
NELENE
5 CONIVNX

Descripsi. Bouillon *musée d'ant.* tom. III *cippes sépulcrales* tab. 2 n. 24 imaginem; Clarac *musée de sculpture* n. 536 et in tab. XVIII.

15007 tabula marmorea, in aedibus Merolli.

TI · CLAVDIO
SPVRI · F · QVIR
DIO·ANNOS NATO·XII
MENSES·III·DIES·XII
5 TI·CLAVDIVS·DIVS
PATER FECIT

Descripserunt Dessau et Gatti, contuli ipse.

15008 tabella marmorea. In foro Traiano.

D · M
TI · CLAVDIO
DORO
ABCVSINIA
5 DEMETRIA
CONIVGI·BEN
MERENT·FEC

Grut. 770, 4 acceptum a Schoppio.

15009 apud Horatium Vallaeum.

D · M
TI ·CLAVDIO
DORYPHORO
M ·LVCCEIVS
5 PRIMIGENIVS
FECIT·TATAE
SVO·B·M

Grut. 1035, 13 a Gatensteinio.

Haec non videtur suspecta.

15010 tabula marmorea. In vinea Guidii antiquarii FORC. — Deinde in museo Kircheriano, unde a. 1882 translata est in thermas Diocletiani.

ab una parte:
TI · CLAVDIVS · E
FECIT·SIBI ET·SV*is libertis*
LIBERTABVS PO*sterisque*
EORV*m*

ab altera parte:
Q · SEIVS
AMARANTHVS
SEIA · HYSTALE · L
PATRONO·SVO
5 BENE·MERENTI·FEC

Descripsit Mau, contuli ipse; solam partem anteriorem descripsit etiam Forcella a. 1864.

15011 tabula marmorea. Reperta prope *Tor Sapienza* a. 1861; prope *Tor de' Schiavi* VISC. — Nunc in museo Laterano in repositis.

TI · CLAVDIVS · E
NATIONE · PANON *sic*
FILIO·SVO · SDRICIONI · V
MONVMENTVM FECIT SIBI·ET·S *sic*

Descripserunt C. L. Visconti et Bormann. Est etiam in actis curatoris operum publicorum et commercii, qui sub pontificibus fuit.

15012 cippus in villa Strozzia nunc de Merode in Esquiliis.

D M
CL · ADANI
EVTI ////
SATVRN
///////
///////
///////

Descripsit de Rossi lapidem evanidam.

15013 tabula marmorea in museo Laterano in repositis.

TI C*laudi*
EG
CL*audia*
ET V

Descripsit Detlefsen a. 1861.

15014 tabula marmorea in vinea Casaliorum.

D · M
TI·CLAVDIO
EGLECTO
OPPIA · ITALIA
5 CONIVGI·DE SE
BENE · MERENTI
POSVIT

Descripsi.

15015 tabula marmorea in museo Laterano in repositis.

*ti. cl*AVDIO · AVG·L
ELENCHO
VERECVNDA
CONTVBERNALI · SVO
5 BENEMERENTI·FECIT

Descripsit Detlefsen a. 1861.

15016 apud marchionem Bentivoglio.

D · M ·
TI · CLAVDIO
ELEVTHERO
TI·CLAVDIVS
MITHRES
COLLIBERTO
SVO B M F

Lupi Vat. 9143 f. 47', qui vidit.

15017 ara rotunda marmorea. Reperta ad Turrim Sapientiae AM Nunc in museo Vatic. (*Pio-Cl. Gall. de' Cand.*).

DIS
MAN
TI·CLAVDI
AVG · L
ENTELLI

excerpium, quod a duobus geniis sustinetur

Descripsi. Amati Vat. 9748 f. 110 et 9734 f. 91', cui dedit Vescovali.

15018 in fundo *Torre nuova* via Labicana.

D · M
CN · CL · ENTIMVS · ET · CL · FEAPIS · HVNC · LOCVM
PERTINENTEM · AD MONIMENTVM · SIC · VTI
TITVLVS · INFIXVS · DECLARAT · EADEM · VOLVN
PTATE · EADEM · CONDICIONE · VIVI · TRADIDIMVS
ADSIGNAMVS · DONAMVS LIBERIS · LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE EoruM · ITA · VT · RELIQVIAE TAM
PRIOBVM · QVAmposTEA · NOSTRAE PR /// V ///
EVENERV ///////VR

Descripsit Garrucci.

8. 9 supplementum Garruccii *qua[m pos]tea nostrae pr[opriae] u[bi] eveneru[nt, ibi servent]ur* cum parum latine loquatur, proposuit Mommsenus *qua[m pos]tea nostrae, pr[o]u[t fata] eveneru[nt, hic condant]ur*, probabiliter.

15019 in S Maria Monteronis SAB., *a S. M. di monte Nerone, tra le Agrippine et i Copranichi* MANVT.

LIBERTIS · ET
FAMILIAE
TI·CLAVDI·QVI
EPAGATHIONIS

P. Sabinus Marc. f. 116' (inde, ut videtur, Mazochi f. 128, non vidit auctor emendationum; ex eo Grut. 936, 1); Manutius Vatic. 5241 p. 56 solos vv. 2—4 litteris minoribus; emendationes ms. in exemplo Mazochii Metelliano, nunc Vaticano.

Praemisit D·M Maz. Fractam dat Manutius supra et perperam, ut videtur, in fine versuum. — 3. 4 QVI·ET·P·AGATHIONIS Sab., Q·ET·AGATHIONIS Maz., Q·FI·AGATHONIS Met.

15020 tabula marmorea. In hortis Iulii III pontificis ROISS. GRVT.; in hortis cardinalis Medicei, alias vinea pp. Iulii III CHIS.; in vinea Ursinia prope arcum obscurum PTOL. — In vinea Ilaig MAR.

D · M
TI · CLAVDIO
EPAGATHO
VIX · AN · XVIIII
LICINIA
VITALIS · FILIO
F · F

Descripsit Marucchi. Anonymus Hispanus Chis. f. 14; Boissard Holm. f. 79, Paris. p. 308, ed. 6, 63; Grut. 1121, 9 a Sirmondo; Ptolemaeus sched. I, 342.

15021 cippus apud Horatium Pacificum statuarium in via Flaminia.

DIS MANIBVS
TI · CLAVDI · TI · F
EPAPHRODITIANI
VIXIT ANNIS
XXI DIEBVS XXXXVI
TOSSIA L·F·PELAGIA
FIL PIISSIMO

Donius cod. Marucell. A, 293 f. 219.

15022 cippus marmoreus in villa Pamfilia in sepulcreto.

D · M
TI · CLAVDIO
EPAPHRODITO
Q · AEMILIVS CLS
MENS ET FLAVIA
HILETE FILIO SVO
BENEMERENTI FECE *sic*
VIXIT ANN VI M VII D XIII
SIBI ET SVIS · POSTERISQ EORVM
IN F P X IN AG P XII

Descripsi.

15023 tabella ex urbe allata, in castello Warwickcastle Britanniae.

TI·CLAVDIVS·EPAPR *editur et*
CLAVDIA · HEL
CLAVDIAE · HYGIA*e filiae*
CARISSIMAE
VIXIT · ANNOS · X
MESIBVS · IIII · DIE*bus*
XII

Misit Huebner exemplum ab alio acceptum.

15024 tabula marmorea. In aedibus Rondininiis MAR. et adhuc.

D M
CL · EPAPHRODITVS · ET
CHARA SIBI ET LIBERIS
SVIS ET LIB LIBERTABVSQ
POSTERISQ · EORVM
FECERVNT

Descripsit Reifferscheid. Marini Vat. 9126 f. 132.

15025 in vinea Bosii vel Caesarina DON. PTOL.

D · M
TI · CL · EPICTETO
FILIO DVLCISSIMO
QVI VIXIT AN·XXII·CL
EPICTETVS B · M · F·

Donius cod. Marucell. A, 293 p. 199; Ptolemaeus sched. 1, 281 (inde Mur. 1151, 9).
1 om. Ptol. — 4 XXD Ptol., XX·TI Don.

15026 tabula marmorea litteris calce oblitis Reperta in coemeteriis subterraneis, est in bibliotheca Vaticana in repositis.

D M
TI · CLAVDI
EPICTETI
TI·CLAVDIVS
TROFHIMVS
PATRONO
BENE
MERENTI
FECIT

Descripsit de Rossi

15027 urna effossa extra portam Capenam, nunc in hortis Matthaeiorum in monte Caelio SVAR.; ibidem PTOL. FABR. SEG.

DIS · MANIBVS
TI·CLAVDI·AVG·LIB·
EPICTETI · ACTEANI
VIXIT·ANNIS·LXXXV
CL · ZOSIME · PAT·
BENEMERENTI·FECIT

Suaresius cod. Vat. 9140 f. 171; Ptolemaeus sched. 2, 29; Fabretti 125, 33 et 319, 422 (inde Orelli 2755); Seguier Paris. f. 75; Mon. Matth. III p. 136 n. 33.

V. 1 DIS·MAN Fabr., D·M Seg. — 2 litteram extantem Suar. Ptol. — CLAVDIVS Suar. — 3 'ah Acta Neronis amica' Orelli recte.

15028 apud S. Basilium in domo Laurent Particappe.

D · M
CLAVDIO · EPIGONO
EVTHYCIA · LIBERTA
PATRONO
BENEMERENTI FECIT

Mazochius f. 49, non vidit auctor emendationum (inde Grut. 936, 3).

Vv. divis. incerta. — 3 ET·LIBERTA traditur: quod si erat in lapide, ante et videtur excidisse CONIVX. — Mazochius ad finem adnectit huius vol. n. 3498.

15029 tabula marmorea. Reperta in vinea Moroni a. 1703—170 VIGN. — Cortonae in museo academiae Etruscae, Roma allata GORI. Ibi extat.

O · M
TI · CLAVDIO
EPITROPO · VIR
ANN · VII · MENS
VII DIE·XVII·MAG
NA·FILIO·DVLCIS
SIMO FECIT

Contulit Bormann. Vignoli cod. Anton. 240 (inde Mur. 1151, 10) a Ficoronio; Gori Marucell. A, 198 parte 9, manu ipsius, I. E. 2, 389, 38 datam a Phil. Venuti.

15030 in pilla marmorea cipo antiquo, ubi est aqua benedicta CHIS., similiter SMRND. MS MAZ. In S. Andrea in Nazareno MAR. CHIS., similiter PINO, apud aulam (cortem CIACC.) Sabellam adduut MAN. 41 CIACC.; *presso corte Savella in S. Bobone overo S. Andrea* MAN. 181.

TI · CLAVDIO
SPITYNCHANO
V · A · LX
TI·CLAVDIVS
ALEXANDER · F
PATRONO·OPTVMO

Mazochius f. 106, corrigitur in emendationibus (inde Grut. 936, 4); emendationes ms. ad Mazochium; Pighius Taur. f. 49'; Manutius Vatic. 5241 p. 41 et 181; anonymus Hispanus Chisianus f. 126; Ciacconius Raff. f. 89'.

Vv. divis. servarunt Ping. et posteriores. — 1 TITO Ciacc. — 2 SPITYCHANO Chis.

15031 *vigna dell' Albertino per andare a S. Lazaro* (locus est extra portam Angelicam via quae in montem Marium ducit; cf. Martinelli Roma ex ethnica sacra p. 162).

TI · CLAVDI · ·XASTI
TI·CLAVDIVS·CLEMENS·ET
CL·ARBVSCVLA·COGNATO
B·M·DATO·EI·LOCO·SACO
PHAGI·DE·SVO POSVERVNT

Ach. Statius Vallicell. f. 20.

1 FRASTI, — 4. 5 SACROPHAGI traditur.

15032 urula marmorea. In monasterio S. Silvestri in Quirinali BRIN. — In Palatino a. 1873 MOMMS. — In museo Kircheriano EGO. — Inde a. 1882 translata in thermas Diocletiani.

anthema

O · M · S
patera CLAVDIO · EROTIS *ab urceus*
CLAVDIA·HAGNE·L

Descripsimus ego et Mommsen, contulit Mau. Reinesius 16, 16 'vidit Bartholinus'.

15033 tabula marmorea in museo Laterano in repositis.

OSSA · SITA
M·CLAVDI·MARCE
L · EROTIS

Descripsit Detlefsen a. 1861

2 videtur legendum *Marcel(li)* et intellegendus Augusti sororis filius.

15034 urna marmorea forma aediculae: sedet mulier caput taeniis redimita, s. facem, d. pateram tenens qua nescio quid porrigit: supra avis corbem uvis plenam appetit: infra titulus litteris parum bonis. Apud Malatestam FEA. — Parisiis in museo publico BOVILL. CLAR. FROEHNER et adhuc. — S. l. VISC.

D · M ·
TI · CLAVDIVS EROS·
SALLIAE·DAPHNE·T·S·
B · M · FECIT·

Descripsi. Fea sched. f. 311, qui vidit; Visconti sched. Paris. 7 f. 146; Bouillon *musée d' ant.* t. III *cippes sépulcr.* tab. IV n. 60 imaginem; Clarac musée de sculpture n. 537 et in tabula L; Froehner *sculpture antique* vol. I p. 223 n. 203.

15035 cippus marmoreus fastigio ornatus in villa Borghesiorum (*alla capanna*).

TI·CLAVDI
urceus AVG·L *patera*
EROTIS
VERNAE

Descripsi.

15036 ara magna litteris pulchris. In vinea Cremaschi extra portam Latinam AM. — In via *de' Crociferi* n. 47 SARTI.

TI · CLAVDIO · EVCLI
MAGNETI · A MASANDRO
TI·CLAVDIVS·POLYDEVCES
SORORIS·ILLIVS·VIR
BENEMERENTI FECIT

Amati Vat. 9761 f. 16; Aem. Sarti in schedis.

15037 tabula columbarii apud Ficoronium.

CLAVDIVS
L · L
EVGAMVS
SIBI ET PATRO..

Mur. 1614, 13 a Ficoronio.

4 PATRO traditur.

15038 in hortis ad aquam Virginem OBVT. — Apud Angelum Breventanum repertum 1591 WINGH. — In hortis Sabantianorum DON. MOR. — In hortis de Vecchiis trans Tiberim PTOL. — S. l. MAN. CITT. SIRM. — Parisiis in museo ducis Blacas MOMMS. — Exemplum novicium Perusiae in coenobio S. Petri vidit GAL., ibidem in museo universitatis litterarum VERM.

D · M · S
TI · CLAVDI
EVGENETIS
VIR·AN·XI·D·IX
TI · CLAVDIVS
ANICETVS
PATER · FEC

ΑΠΛΗΡΩΤ ΑΙΔΗ ΤΙ ΜΕ ΝΗ
ΠΙΟΝ ΗΡΠΑΣΕΣ ΑΦΝΩ
ΤΙ CΠΕΥΔΕΙC ΟΥ COΙ ΠΑΝ
ΤΕC ΟΦΕΙΛΟΜΕΘΑ

Descripsit Mommsen. Manutius Vatic. 5253 f. 315' om. Graecis; Cittadinius Marc. p. 189; Winghius Brux. 2 f. 38a'; Sirmond ad Ennodii epp. l. 4, 26 (ed. 1611) om. Graecis; Grut. 676, 6 acceptam ab Ursino et Castalione (inde Orelli 4854); Donius 10, 45 'ex ms. Ursini'; Ptolemaeus sched. 2, 500; Morone cod. Vat. 9139 f. 251' om. Graecis; ex prioribus C. I. Gr. 6227 et Kaibel n. 578. — Exemplum novicium Galassi *pitture di S. Pietro* n. 58 aeri incisum; Vermiglioli *iscr. perug.* ed. 2 p. 563 cl. XI, 1 ut genuinum.

Ἀπλήρωτ' Ἀίδη, τί με νήπιον ἥρπασας ἄφνω;
τί σπεύδεις; οὐ σοὶ πάντες ὀφειλόμεθα;

15039 s. l.

D I S · M A N I B V S ·
TI CLAVDIVS EVHODVS FECIT SIBI ET ARRI
AE TRYFAENI COIVGI ET LIBERTIS LIBERTABVSQ
VE POSTERISQVE EORVM
IN AGRO P XVII IN FRO P XXX

Zaratinus Castellinius Vallicell. R, 26 f. 258'.

15040 in domo Bernardi Cerratani, prope. apud SAB. (Marc. Ott.). — In S. Maria rotunda ID. (Chis.).

D · M
TI · CLAVDI · EVHODI
PATRI · PIISSIMO · B · M
TI·CLAVDIVS·MARCIANVS·FIL

P. Sabinus Marc. f. 212, Ottob. f. 109, Chis. f. 110.

Vv. div. incerta. — 4 T·CLAVDIVS traditur. — MARETANVS Ott.

15041 tabula marmorea. In domo quondam Francisci Porcari IVCVND., Iulii GAMM. MAX. SNTAB., similiter LIPS. PTOL. — In domo Pauli de Alexiis SAB. — S. l. MANVT. (in via Flaminia fuisit LIGOR.). — Bononiae in *casa Malvolj* OVARN., similiter SEG., in typographia PP. Praedicatorum MVR. Nunc ibidem in museo publico.

TI · CLAVDIVS · AVG · L
EVLALVS
C · ASINIO · EVLALO
FILIO · CARISSIMO · QVI
VIXIT·ANNIS·XVIII·MENSES·VI

Descripsit Zangemeister. Iucundus Veron f. 89', Magl. f. 26' (inde Mazochius f. 141, vidit auctor emendationum), et ex fonte eodem P. Sabinus Marc. f 110 et Gammarus f. 178; Manutius orth. 159, 47 (inde Ligorius Taur. vol. 3 f. 49' s. v. Claudia); Knibbius Berol. p 46; Lipsius ms. f. 51', auct. 50, 11 (inde et a Knibbio Grut. 610, 4); Ptolemaeus sched. 2, 246; Guarnieri sched Bonon. f. 10' n. 28 et f. 34 n. 109; Seguier Paris. f. 312; Mur. sched. Mut. 21, 231 descriptam a Gherardo

15042 in Sancti Pancratii.

D · M
TI · CLAVDIO
EVPORO · FECIT
CLAVDIA · PRIMILLA
FRATRI · CARISSIMO
BENEMERENTI · QVI · VIX
ANNIS·XXXV M·VIII·D·XII

Accursius Ambros. D, 420 f. 68 (inde Mur. 1452, 6 'e schedis Ambrosianis'), qui vidit.

15043 rep. in coemeterio Callisti via Appia die 13 Ianuarii 1898.

D · M
CL · EVPRETI
FIL·B·M·FECIT
CL · MYRSINE
MATER ET SIBI
VIXIT · AN · XI
MEN · V · DI · XI

E libro inscriptionum lipsanothecae Pontificiae.
2 requiritur EVPREPETI.

15044 urna VISC. Reperta in vinea Billieria extra portam Maiorem mense Ianuario 1775 AM. — S. l. VISC.

D · M
TI·CLAVDIVS
EVPREPES · FEC
SIBI · ET
PINARIAE · FELI
CVLAE·CONIVGI
B · M

Amaduzzi sched. Savinian. f. 18, anecd. litterar. vol. IV p. 536 n 41, a Riccomannio; Visconti cod. Paris. 9697 f. 172.

15045 *in casa di M. Mario Delfini* SNTAB., similiter CAST., nunc Altieriorum, addit PTOL.

DIS · MANIBVS
TI·CLAVDI·EVBYTI·VIXIT·ANNIS·VI
MINSIBVS · VIII · DIESVS · III
FECIT·CLAVDIA EXTRICATA·MATER
FILIO·BENE MERENTI·ET SIBI·POETERIS
QVE · SVIS

Knibbius Berol. p. 8 (inde Grut. 676, 7); Castalio de ant. puer. praen. p. 5; Ptolemaeus sched. 2, 201.
1 om. Castalio. — 4 EXTRACTA Cast. — 5 fin. POSTER|QVE Ptol.

15046 in D. Laurentii in Lucina OMNES.

D · M
TI · CL · EVTYCHETI
QVI · VIXIT · ANNO · VNO
M·VIII·D·XXVIII·CLAVDIVS
EVTYCHES·FILIO
DVLCISSIMO

Manutius Vatic. 5241 p. 266; Cittadinius Marc. p 43 parum accurate, Vatic. 5253 f. 163 et 270; Castalio de ant. puerur praen. p. 14 (inde Grut. 676, 8); Sirmond Paris 1420, 244.
1 om. Cast — 2 EVTYCHE·TI·F Citt. Vatic. 270 Cast. — 3 ANNIS·VIII Citt. Vatic. 163. — Sprevi quae perperam refert Citt. Marc.

15047 arca cineraria duplex. In hortis Iustinianeis PTOL., *gallerie Giustiniani* SEG. Adhuc in aedibus Iustinianis in cubiculo sub scalis.

a	b
D · M	D · M
TI·CL·EVTYCH	T·F·APOLLON
ETI·FL·APOLLO	IVS·T·F·DIAD
NIA CONIVG	VMENO PA
B · M · FEC	TRONO·B·ME

Contulit Huelsen. Ptolemaeus sched. 1, 92 (inde Mur. 1328, 7); Seguier Paris. f. 98 solam *a* exhibens.

15048 in hortis Matthaeiorum.

SE VELLIT VEL SI QVI VOLVPTATI MEAE CONTEN
*der*IT *inf*ERET · IN ERARIO POPVLI POENE NOMINE
M·N·EECEPTO DARI DOLO TI·CLAVDIO EVTYCHETI
*alu*NNO BENEMERENTI ET L · VALERIO HERMETI
*a*MICO OPTIMO IN FRONT·P·XXVIII·IN AGRO P XX
CVM PORTICO SVO

Malvasia 229 (inde Mur. 1452, 7).
2 in. . . . IT . . ERET traditur.

15049 tabula marmorea. Ad D. Laurentii extra muros FABR. — In vinea Moroni TIGN. — Cortonae in museo academiae Etruscae GORI. Ibi adhuc extat.

D · M
TI·CLAVDIO EVTY
CHIANO ALVMNO DVL
CISSIMO·Q·V·A·VII·M·
VI·IVLIVS·EVTYCHES
ET CLAVDIA FILETE
PARENTES PIENTIS
SIMI·FECERVNT

Contulit Bormann. Fabretti 351, 39; Vignoli col. Ant. 249 a Ficoronio descriptam; Gori Marucell. A, 198 part. 9 manu ipsius, I. E. 2, 386, 18 a Ph. Venuti datam.

15050 urna anaglyphis ornata in hortis Campanae prope Lateranum.

C·CLAVDI·EVTYCH
ET
CLODIAE·FAVSTAE
CONIVGVM·

Descripsit de Rossi.

15051 in S. Agnetis et Constantiae.

TI·CLAVDIO · EVTYCHE
CLAVDIA·LITE·FEC
PATRONO·B·M
IN F·P·VIII·IN A·P·V
ET·SIBI·POSTERISQ·SVIS

Iucundus rec. 3 Ciogn. f. 105'.
Vv. divis. incerta.

15052 cippus in hortis Matthaeiorum OMNES.

DIS · MANIBVS
TI · CLAVDI
EVTYCHI
ABRIA·THEAGENIS
CONIVGI·BENE
MERENTI · ET
CLAVDIAE·ONESIME·ET
CLAVDIO · THEOGENI
FILIS·PIISSIMIS · FECIT

Gudius ms. 552, 1, ed. 269, 1, qui vidit; Ptolemaeus sched. 2, 28 (inde Mur. 1328, 8); Seguier Paris. f. 75; Mon. Matth. III p. 127 n. 41.
Pro v. 3. 4 EVTYCHENIS Seg. — 7 ONESIMAE Mon. — 7. 8 ONESIME |ET Gud. — 9 FILIIS idem. — P·FECIT Ptol. — Litteras extantes v. 1 et 9 habent Gud. Ptol. Mon.

15053 cippus magnus marmoreus. In villa Miollis KELL.; in eadem villa nunc Aldobrandini extat adhuc.

D M
DVOBVS CL · CL · FAVSTINO
ET · HERMOGENI · FILIS · DVL
CISSIMIS · ET · CL · METTICO · AVO
EORVM · ET · FIRMIAE · PHILOLOGIDI
QVAE·ET·IVLIAE·AVIAE·EORVM·ET
urceus PARENTIBVS · SVIS · IVLIA · TATIN *patera*
MATER · ET · SIBI · ET · SVIS · ET · CL · HERMINO
PATRI · EORVM · CONIVGI · SVO · PIENTISSIMO
ET · POSTERISQVE · SVIS · ET · POSTERISQVE
EIVS · ET · POSTERISQVE · EORVM · QVORVM
NOMINA · SVPRA · SCRIPTA · SVNT · ITEM
LIBERTIS · LIBERTABVSQVE SVIS·ET · EORVM · QVI
SVPRA · SCRIPTI · SVNT · POSTERISQVE EORVM
VTRIVSQVE·NOMINIS · FAMILIAEVE · QVIVE EX
NOMINE · DOMOVE · EORVM · OMNIVM · ERINT
IN F · P · XXII IN A · P · XVI

ab altera parte

litteris magnis et pulcherrimis

T I · C L A V D I O
H E R M O G E N E
F I L I O

Descripserunt Kellermann et de Rossi, contulit Bormann. Jahn specimen epigraphicum p. 83 ex schedis Kellermanni.

15054 fragmentum sarcophagi marmorei. In villa Pamfilia MAFF. — Velitris in museo Borgiano CARD. — Nunc imminuta in museo Laterano in repositis.

D M
TI·CLAVDIO · FEL*ici*
PATRONO·OPTIMO
TI · CLAVDIVS
T H R E P T V S
B · M · F

Descripsit Detlefsen. Maffei M. V. 286, 6 pessime; Cardinali *effem. lett. di Roma* 1821, IX p. 379 n. 5 — *iscr. ant. ined* n. 346.

Quae nunc desunt, dedimus inclinatis. 2 L·CLAVDIO·EPLO, — 4. 5 ET·CLAVDIAE | TREPTVS Maff.

15055 tabula marmorea. Roma advecta Florentiae apud Guicciardinios DON. — Florentiae in aedibus principis Corsinii GORI et adhuc.

D · M
TI · CLADIVS *sic*
FELIX · FECIT ·
TI·CLAVDIO· FELICI·
F I L I O · S V O ·

Descripsi. Donius Vat. 7113 f. 63' descriptam ab Alexandro fratre; Gori I. E. I, 161, 100 (inde Mur. 1151, 11).

2 CLAVDIVS Don.

15056 tabula marmorea utrimque scripta, nunc in duas partes dissecta. In monte Ianiculo SIRM. GVD — Florentiae apud Guicciardinios Roma advecta DON.; deinde apud principem Corsinium GORI. Extat adhuc Florentiae in hortis urbanis Corsinorum.

ab una parte:

D · M
TI·CLAVDIO·FELICI· PATRI · SVO
TI·CLAVDIO·TROPHIMO·CONIVGI
CLAVDIAE·MAXIMAE·F · SVAE
SIBI·POSTERISQVE·SVIS OMNIBVS·FECIT
CLAVDIA · FELICVLA

ab altera parte:

IVRIS · HVIVS · MONVM
C · RAMMI · CONOPIS
ET · MVSIAE · LIBADIS
DIMIDIVM·ET·DVODECVM
ALLONIAE · C · F · POTITAE
PARS · QVARTA
PROCVLEIAE · C · L · MA
PARS · VI · SIBI · ET · SVIS

Descripsi partem utramque. Eas exhibet Gori I. E. I, 164, 114 (inde Mur. 1253, 6). Solam posticam Sirmondus Paris. 1419, 261; Gudius ms. 129, 4 manu ignota, ed 143, 2; Donius Vat. 7113 f. 42' (inde Fabretti 159, 280 'e schedis Barberinis', ex eoque Orelli 4505) manu ipsius, a Menestriero acceptam, iterum f. 62' ab Al. Donio descriptam.

Nota computationem partium in titulo posticae: $^{7}/_{12} + {^{3}/_{12}} + {^{2}/_{12}} = 1$.

15057 cippus marmoreus. Romae loco accuratius non indicato FERR. LIGOR. BARB. VISC. — In domo d. Francisci Albarini IVCVND. SAB, Iacobum appellat MAZ., similiter MANVT. BOISS. — In aede quondam card. de la Valle cet. SMET. — In vinea Gregorii Ammiani extra portam Flomentanam DON. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* intranti a dextra).

corona
D · M
TI · CLAVDIO
FELICI · PATRI · ET
urceus CLAVDIAE *patera*
PRIVATAE · MATRI
TI·CLAVDIVS·AVITVS
FILIVS · OPTIMIS
PARENTIBVS

Descripsi. Exhibent Ferrarinus Paris. f. 153'; Iucundus Veron. f. 78, Magl. f. 77'; P. Sabinus Marc. f. 132; Mazochius f. 132', vidit auctor emendationum; Metellus ad Mazochium suum nunc Vaticanum 'Mart(inus Smetius) exscr.'; Smetius 132, 12 (inde et ex Maz. Grut. 725, 13), qui vidit; Manutius Vatic. 5253 f. 360', schol. in Caes. (bell. Hisp.) ad p. 582; Ligorius Taur. vol. 3 f. 50; Boissard Holm. f. 43', Paris. p. 87, ed. 3, 131; Donius 12, 13 (inde Mur. 1250, 2), qui vidit; cod. Barberinius 31, 26; Visconti Paris. 9697 f. 70 ab alio pessime descriptam.

15058 originis sine dubio urbanae. Romae DON.; s. l. GORI. — Venetiis in aedibus Maninianis MAFF. GRIS. — Zarae in museo Danielli GVR. CVP.

D M
TI CLAVDIVS FELIX
ASELLIAE SECVNDAE
CONIVGI·SVAE
BENEMERENTI
TITVLVM · POSVIT
CVM · QVA · VIXIT
ANN · XXXXIIII

Gori cod. Marucell. A, 6 ex schedis quae extabant apud Stoschium; ex iisdem, ut apparet, Donati 398, 8; Maffei M. V. 372, 5; Grisellini inter schedas Gazzerae Taurinenses; descripserunt Dalmatae Gurat et Cupilli-Ferrari. Cf. vol. III n. 178*, i.

1 om. Gori Don. Gris. — 3 ASELLIAE Maff. Gris., ASELIAE Gur., ASELLAE Cup. m. 1, ASERIAE id. corr., ASTILIAE Gori Don. — 8 ex. XXXXIII Maff.

15059 tabula marmorea in hortis Columnensibus.

TI CLAVDIVS AVCTVS · IVLIAE
FELIX SCINTILLAE·L·V·A·XII
CLAVDIA C·
HELENA

Descripsit Reifferscheid.

15060 tabula marmorea. Cesarini hortis WINGH. — In villa Borghesiorum MAN. GVD. PTOL. MONT. VISC. — Parisiis in museo BOVILL. CLAR. et adhuc.

D I S M A N I B
T I C L A V D I
F E L I C I S
V I X A N L X V I
S I N E M A C V L A
P A L P I A A T A L A N T E
F I L I A
C·PALPIVS·SEVERVS
N E P O S
D I A D V M E N V S
L I B
P · A · P · B · M

Descripsi. Winghius Brux. 2 f. 38'a; Manilli *villa Borgh.* p. 90 (inde Reinesius 13, 61); Gudius ms. 573, 2; Ptolemaeus sched. 1, 157; Montelatici *villa Borgh.* p. 260; E. Q. Visconti *scult. del pal. della villa Borghese* I p. 52; Bouillon *mus. d'ant.* tom. III *cippes sépulcr.* tab. 2 n. 23 imaginem; Clarac *musée de sculpture* n. 538 et in tabula V.

12 intellegendum esse *p(atri) a(vo) p(atrono) b(ene) m(erenti)* vidit Buecheler.

15061 urnula aquae lustralis in villa Scarlatti *in sagrestia di S. Filippo.*

D M · TI · CLAVDI
FELICIS · V · AN · XVIII
M · VI · D · XXIII·
CLAVDIAE ROMANAE
V·AN·XXII·CLAVDIA
ANTITINA MATER R *'sic videtur'*

Fea sched. f. 59 manu Mariottii.

6 ex. intellege *mater* [*p(osuit)*].

15062 s. l.

D I S
M A N I B V S
TI · CLAVDI · AVGVSTI
LIB · FELICIS · TADIANI
VIXIT · ANN · XXXIII
IN FR·P·II·IN AGR·P·II

Donius cod. Vat. 7113 f. 24' manu ignota (inde Fabretti 319, 423 'ex schedis Barberinis').

3 in. T Don., TI correxit Fabr.

15063 tabula marmorea in hortis Campanae prope Lateranum.

rosa
TI · CLAVDIO
NERITI · L
F E L I C I ·
FANNIA · PRIM
C O N I V G I ·
S V O ·
BENE·MERENTI
FECIT

Descripsit de Rossi.

15064 tabula marmorea in museo Vaticano (*Gall. lap.* suppl. incert.).

D M
TI · CLAVDIO
F I D O
V·A·XIIX M·VII
D · XXII · FECIT
CLAVDIA·HELIA

Descripsi.

15065 tabula marmorea. In museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall. lap.* incert. II).

corona
D ' M '
TI · CLAVDI'
O F I S M O
B E N E M E R E
N T I F O E V I T
G E M E L L A
VIBIT · AN
NIS XXX DI
E B V S XLVI'

Descripsi. Marini Vat. 9129 f. 45'.

15066 tabula marmorea effossa in vinea Villani via Ostiensi miliario fere secundo.

D M
TI · CL · FLAVIANI
VIXIT · ANN · VII
MENS · X · DIEB · XII·
TI·CL·TI·LIB·PVDENS·
ET · CL · QVINTILLA
FILIÒ DVLCISSIMO
E T S I B I

Descripsit Gatti ediditque *bull. arch. comun.* 1878 p. 51

15067 tabula marmorea. *Nella biblioteca di S. Ambrogio di Milano, venuta dal museo dell' abbate Menatti di Firenze, che l'ebbe in Roma* MAR. Extat adhuc Mediolani in peristylio bibliothecae Ambrosianae.

D M
TI · CL · FLAVI · PATRIS·
QVI·VIXIT·A·LVI · M X·
D · I · TI · CL · FORTVNA
TVS · PARENTI · DVLCIS
IMO · BENE MERENTI *sic*
FECIT

Descripsimus Kellermann, ego, Mommsen. Marini sched. Vat.; Osann syll. p. 554. Cf. vol. V n. 672*, II, 23.

15068 Florentiae apud Donium DON. Origine videtur fuisse urbana, sicut pleraeque musei Doniani.

D · M
TI · CLAVDI
FLORENTINI
NARCISSVS
L I B · E T
F R A T E R
B · M · F

Ex schedis autographis Donii excerpsit Gori cod. Marucell. A, 196, ed. I. E. 1, 131, 142 et 2, 450, 63 (inde Mur. 1452, 8).

15069 in ecclesia Montis Iordani CYR., accuratius 'in S. Maria de Monte Iordano' SAB., similiter MAZ.; 'prostat etiamnunc in pavimento ecclesiae sanctorum Simonis et Iudae in monte Iordano' FABR.

DIIS · MANIBVS · SAc *TI·CLAV*
DIVS·FLORVS· MVRD*IAE*
TROPHIMAE·CONIVGI·*KARIS*
SIMAE · BENE·MERENT*I·SIBI*
SVISQVE·POSTERISQ *VE·*
IDEM · MVRDIANIS

Integram Cyriacus Parm. f. 95', Angelic. f. 28'; P. Sabinus Marc. f. 102' (inde Iucundus rec. 3 cod. Cicognae f. 130, et Mazochius f. 88', ex quo Grut. 1040, 5, non vidit auctor emendationum); imminutam Fabretti emend. Grut. p. XII.

Vv. divisionem servarunt Cyr. et Fabr. Quae non habet Fabr., dedi inclinatis. — 1 D·M Sab. — SAC om. Cyr. Sab., SA Fabr. — TI om. Sab. — 2 MVDRIAE Cyr. (Parm.). — 3 T·ROPILIME Cyr., TROPHIMB Sab. (TROPHINAE Maz.). — 3. 4 CARISSIMAE Cyr. (Parm.), KARISS· Cyr. (Ang.) Sab. (CHARIS· Maz.). — 4 B·M Sab. — SIBI om. Sab. — 6 MVRDIANVS Iuc. (MORDANVS Maz.).

15070 fragmentum tabulae marmoreae. In vinea Amendola RITSCHL. — Nunc in museo Laterano in repositis.

CL·FO
CL · IA
CL · GE
F I L
F I E N T I S
V·A·VI·M·X

Descripserunt Ritschl et Detlefsen.

15071 cippus marmoreus ornatus in coemeterio Germanorum prope S. Petri.

D I S *manibus*
urceus C L*audio* *patera*
F O R*tunato*
VIXIt *a*NN XVII
C L *audi*A TYCHE
DELICIO SV*o*
caput Medusae

Descripsit Bormann.

15072 tabula marmorea Parisiis in museo ducis Blacas.

dis M AN
*cla*VDIO
*fort*VNATO
ANN·XXXIII·
IV·

Descripsit Mommsen.

15073 tabula marmorea. Ex hereditate Gualterii, a me iam vendita, emi m. Aug. 1738 FIC., apud Ficoronium SEG. — In museo Capitolino GVASCO et adhuc.

D · M
CL·FORTVNATO
LIB·B·M·QVI·VIX
ANN·XXII·M·II·
D·XXII·CL·SPE
RATVS·PAT·FEC

Descripsi. Ficoronius misit eodem exemplo Gorio cod. Marucell. A, 6 f. 509 n. 178 et per Ramaginium Muratorio 1149, 1; Seguier Paris. f. 251; Guasco M. C. 565.

15074 tabella marmorea in museo Laterano in repositis; repertam esse, cum fundamenta iacerentur fabricae herbae nicotianae narravit custos musei.

CLAVDIVS·FORTVNATVS
FECIT·
MARIAE·FELICITATI
CONIVGI · SVAE

Descripsit Dessau.

15075 in domo episcopi Torcellensis.

D · M
CLAVDIVS · FORTVNAT
NEBRIDI·CONIVGI·SVAE·B·M
VIXIT·MECVM·ANN·XXV·M·III
FVIT · ANNOR · XXXX

P. Sabinus Marc. f. 133, Ottob. f. 103'; OR eo Iucundus rec. 3 Cicogn. f. 122' (inde Piccart 130, ex quo Reinesius 14, 43).

Vv. divis. incerta. — 2 FORTVNATVS Picc. — 4 ANNOS Sab. Ott.

15076 in domo d. Ioannis Baptistae de Piccardinis canonici S. Petri IVCVND. — S. l. POMP.

D · M
M · CLAVDIVS
FORTVNATVS
FECIT·SIBI·ET·SVIS
LIBERTIS·LIBERTA
BVSQVE·POSTERIS
QVE · EORVM

Iucundus Veron. f. 81', Magl. f. 80' (inde Mur. 1657, 9 'misit Gorius'); sched. Pomponii n. 44 apud Gammarum f. 62.

Vv. divis. incerta

15077 ara capitibus arietinis sertis avibus ornata. In domo Iohannis Zampolini IVC. BELL., Ciampollini SAB. AMBROS., prope campum Florae, addit CHOL.; ad aedem Nicolai campi Florae ORVT. minus accurate — Florentiae in viridario simplicium magni ducis Medicis PAR, in palatio seren. card Medicis ad S. Marcum, vulgo *il Casino* GORI; ibi in museo Mediceo adhuc servatur.

TI·CLAVDIO
FORTVNATO
EREPTO·FATIS
INIQVISSIMIS

repat Medusae

Descripsi. Iucundus Veron. f. 208', Magl. f. 10'; P. Sabinus Marc. f. 174', Ottob. f. 64'; ex Iuc. aut Sab., ut videtur, Mazochius f. 109, vidit auctor emendationum (inde Grut 906, 14); — Belliévre Paris. f. 188'; cod. Ambrosianus A, 55 inf. f. 45'; Choler f. 7'; Ormanicus sched. in bibl. Brixiana D, VII, 24; cod. Paris. Lat. 6012 Peirescii f. 155'; Gori I. E. 2, 412, 27.

15078 tabula marmorea. Ex hereditate Gualterii, a me iam vendita, emi m. Aug. 1738 FIC., apud Ficoronium SEG. — In museo Capitolino GVASCO et adhuc.

HAVE · FORTVN
DIIS · MANIBVS
TI · CLAVDIO · FOR
TVNATO · VIXIT·
ANNIS · XXXVII·
POSITVM · PERMISSV
delphinus COLLIBERTORV·

Descripsi. Ficoronius misit Gorio cod. Marucell. A, 6 f. 508' n. 161 et Muratorio 1578, 5; Seguier Paris. f. 257 = 263; Guasco M. C. 774.

15079 tabula marmorea. Effossa via Appia ultra locum qui dicitur *Roma vecchia* AN. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* omne genus IV).

D · M
TI · CLAVDI·
FORTVNATI
Q·V·ANN·XXI
MENS·VIII·D·V

COCCEIA·FELICI
TAS · AVG·LIB
ALV*mna*

Descripsit de Rossi. Amati Vat. 9765 f. 31'.

15080 tabula marmorea. Reperta pone apsidem basilicae S. Pauli in vinea monachorum a. 1707 in pavimento sepulcri (quod videtur fuisse aevi recentioris) BIANCH; in S. Pauli GIN. NIC. MAR. et adhuc in claustro.

D · M ·
TI · CLAVDIVS · FORTV
NATVS · FEC · SIBI · ET MAS
CILIAE·TVNDARIDI·CONIVGI
KARISSIMAE·ET·LIB·LIB·P
EORVM·NE·DE·NOMINAE
MEO · EXEANT

Contulit Zangemeister. Bianchini cod. Veron. 347 f. 45; Ginanni sched. n. 25 et apud Mur. ed. 1328, 9; Marini Vat. 9120 f. 279, qui pauca correxit *Arv.* 500; Nicolai *bas. di S. Paolo* p. 80 n. 44.

15081 urnula MAR. Reperta est in pariete frontis sepulcri (eius ad quod pertinuit inscriptio quae praecedit) BIANCH. — In S. Pauli GIN. MAR.

TI · CLAVDIVS · FOR
TVNATVS·FECIT·SIBI
MASCILIAE · DVNDA *sic*
RIDI·CONIVGI·B·ME
ET · LIBERTIS LIBER
TABVSQ · POSTERIS
Q · EORVM

Bianchini Veron. 347 f. 45; Ginanni ms. n. 19; Marini Vat. 9120 f. 279.

15082 ara marmorea capitibus caprinis, sertis, aquilis ornata. Florentiae apud Niccolinios DON. STROZZI GORI OS.; *nella guardarobba del gran duca* GVD. errore. Extat Florentiae in museo Mediceo.

DIIS · MANIBVS
TI CLAVDIO · AVG · L
FORTVNATO·
EPAPHRODITIANO
FVNDANIA · ZOSIME
CONIVGI · SVO · FECIT

DIIS·MANIBVS
P·FVNDANI · POLYBI · VIXIT
ANN·XXV·FECIT·FVNDANIA
ZOSIME·LIBERTO·SVO
BENEMERENTI
CARISSIMO

Descripsi. Strozzi cod. Florent. f. 86; Donius cod. Marucell. A, 6; Gudius ms. 856, 8, ed. 194, 8 vv. 1—6, ms. 857, 1, ed. 344, 4 vv. 7—12; Gori I. E. 1, 279, 2 (inde Mur. 998, 3); Orsato syll. 532, 10.

15083 in domo domini Iuliani de Datis.

D · M
CLAVDIVS·FRVGI·PATER
CLAVDIO · FELICIONI
FILIO·BENE·MERENTI·ET
CLAVDIAE · TROPHIME
CONIVGI · EIVS · FECIT

P. Sabinus Ottob. f. 118.
Vv. divis. incerta

15084 sarcophagus DVD. In domo d. Bartholomaei del Cambio apud apothecas obscuras IVCVND., ubi Pomponius habitabat, addit ID. (Veron.). — In domo Benedicti Farensis SAB. — Iuxta templum Iesu RYCQ.

D M
TI·CL·GEMEL
LINVS TI·CL
GEMELLINO
FIL·B·M·F
Q·V·AN·V

Iucundus Veron. f. 38', Magl. f. 63 (inde Mur. 1151, 12 'e schedis Iucundi misit Gorius'); P. Sabinus Marc. f. 124' (inde Mazochius f. 145, corrigitur in emendationibus); Rycquius apud Godium ms. 68, 3, qui vidit.
Vv. divisi ad exemplum Rycquii. 3 pro T·CL Sab. habet FECIT. — 5 in. F pro FIL Iuc. — F post M Sab. — Quae inclinatis dedi, non habet Rycquius.

15085 ara marmorea operosissima SMET. In base cuiusdam columnae in ecclesia S. Ioannis de terano (sic) MARCAN.; in portica S Ioannis Laterani IVC., similiter MAZ. SMET. MANVT. 5241 LIGOR. CIACC.; lapis columnae extremae sinistrorsum affixus, quae porticum extra ianuam aedis D. Ioannis Lateranensis fulcit, qua ad Coelium portam tenditur MANVT 5253. — Apud Camillum Rusticum CAST. — In villa Medici CITT. WINGH. PTOL. SEG.

DIS · MANIBVS
TI·CLAVDIO·TI·F
urceus QVIR · GEMINO *patera*
IVLIA · GEMELLA
MATER · FECIT

Marcanova Mut. f. 74'; Iucundus Veron. f. 43, Magl. f. 67 (inde, ut videtur, Mazochius f. 34, non vidit auctor emendationum); Smetius 111, 3 (inde Grut. 676, 10), qui vidit; Manutius Vatic. 5241 p. 215 et 298, 5253 f. 339; Ligorius Neap. l. 39 p. 195, Vatic. 3439 f. 138; Cittadinius Vat. 5253 f. 137; Ciacconius cod. Raff. f. 101; Winghius Bruxell. 2 f. 2'; Castalio adv. assert. praen. fem. p. 27; Ptolemaeus sched. 1, 465; Seguier Paris. f. 61.
Vv. divis. servarunt Smet. et posteriores. — 1 litt. extantem solus Smet., DIS·MANIB Marcan. — 2 T·F Wingh. — 5 MATER·FILIO Manut. 5241 Citt. Cast.

15086 tabula marmorea. In villa Negroni KIESSL. — Deinde in museo Kircheriano amplificato. Inde a. 1882 translata in thermas Diocletiani.

d M
*cla*VDII
*ge*NETLI
*clau*DIA
AGLAIS
ET · GENETLIVS
PARENTES
FILIO·DVLC

Descripserunt Kiessling et Mau, contuli ipse.

15087 cippus marmoreus repertus in vinea Adelmi Aragni ad pontem Marranellae via Labicana 2500 p. extra portam Maiorem.

D M
CLAVDIO GENIALI
CLAVDIA
SYMPHERVSA
CONIVGI · SVO
BENE MERENTI
VIX · ANN · L̄
ET·LIBERTIS·LIBERTAB
POSTERISQVE
SVORVM · FECIT
IN·FR · P · XIII·
IN·AGRO·P·XIII·

Lanciani apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1878 p. 166.
2 traditur GENALI, videtur fuisse GENIALI.

15088 tabula marmorea. Apud Ficoronium LVPI; s. l. GHEZZI. — Catanae apud Benedictinos SCAMM. et adhuc.

·D· ·M·
TI · CLAVDIO
GLYCERO
PATRI·KAR
CLAVDIA · SE
DATINA · FIL
FECIT

Descripsit Mommsen. Ghezzi sched. Angelic. f. 7; Lupi Vat. 9143 f. 18' a Beretta; Scammacca apud Gorium cod. Marucell. A, 77 f. 143. Cf. vol. X n. 1088*, 89.

15089 s. l.

ti·CLAVDIVS·TI·L·
HELIADES

Cod. Barb. 38, 100 f. 137 manu, ut videtur, Moronii rubrica scriptam.
Datur ut integra.

15089a *sotto un capitello di colonna*, sine loco.

D M
HIC SITVST·C·CL
HELIVS·QVI
VIXIT ANNIS
XVII·L~~ MENSIBVS
SEX · DIEBVS ~~
//V CLAVDII·
HELIVS ET ////
HERMIONE
PARENTES
FILIO DVL
CISSIMO

Amati Vat. 9767 f. 33'.

15090 tabula marmorea. Reperta a. 1825 in vinea collegii Clementini ad Aventinum MELCH. — Nunc Porto in aedibus episcopi.

D
TI · CLAVDIVS HER
SIBI · ET CLAVDIAE
ET SVIS·LIB LIBERQ
EORVM H·AD·M·D·

Descripserunt de Rossi et Dessau. Melchiorri ms.

15091 tabella marmorea. In villa Altieri MAFF. DE ROSSI. — Nunc in aedibus I. B. de Rossi

C · CLAVDIVS
MARCELLAE·L·HERACLA
HOSIS · MARCELLAE
LIBERTA

Descripserunt de Rossi et Kaibel. Maffei M. V. 272, 7.

15092 urna marmorea originis ut videtur urbanae Parisiis in museo publico BOVILL. CLAR. et adhuc.

DIS · MANIBVS
TI·CL·AVG·L·HERACLAE
CONIVNX · PIISSIMA
BENE·MERENTI·POSVIT

Descripsi. Bouillon *musée d' ant.* t. III *cippes sépulcr.* tab. 3 n. 38 imaginem; Clarac *musée de sculpture* n. 539 et in tab. XVIII.

15093 tabula marmorea. In museo Vaticano VISC. et adhuc (*Gall. lap.* parent. II).

D · M
TI · CLAVDIO·
HERAE·FIL·
CLAVDI·HERAS
ET·NICE·PAR·
VIX · AN · II ·
M · III D·XX·
FEC·ET
POSTERISQ·
SVIS
IN AGR·P IIIS
IN FR·P IIIIS

Descripsi. Visconti sched. Paris. 7 f. 124'.

15094 urnula SEG. In villa Pamfilia SEG. MAFF.

DIS MAN
TI·CLAVDI·HERCELLI
VIXIT · ANN · XIIII
CLAVDIA · FAVSTINA
MATER · INFELICISS

Seguier Paris. f. 25'; Maffei M. V. 286, 8, qui vidit.

15095 *nel cortile della casa de' Caposucchi* SVAR., similiter DVD.

D · M
TI·CL·HERENNIANI
L·VOL·IANVARIVS
FEC
A · H · V · S ·

Suaresius cod. Vat. 9140 f. 123; Gudius ms. 374, 3, ed. 301, 6.

15096 tabula marmorea in coenobio S. Pauli via Ostiensi.

D · M ·
TI·CL· NERMA
DIONI · PATR\
PIENTISSIMO
CL DAPNNE·F·
LIA ...ET·CI

Descripsit Bormann, contulit Gatti

15097 in aedibus D. Antonini Phrygepanis, regione Capitelii.

TI CLAVDIVS HIRM · ET
SEX·POMPEIVS PHOEBVS
FECER · SIBI · ET · SVIS

Accursius Ambros. D, 420 f. 55' (inde Mur. 1658, 1 'e schedis Ambrosianis'), qui vidit.
Vv. divisio incerta.

15098 tabula marmorea origine, ut videtur, urbana. S. l. FABR. — Maceratae apud Florianos COMP. Ea domus hodie est Caradoriorum.

ab una parte:	*ab altera parte:*
TI·CLAVDIVS	TREBONIA THALLVSIA *sic*
NERMA SIBI ET	V·A·XXX F·APOLLONIVS
CONTVBER	FRATER·BENE·MERENTI
SVAS	
CLAVDIAE·FELICLÆ	

Contulit Mommsen solam priorem. Eam exhibent Fabretti 316, 403 'ex schedis Barberinis' nescio quibus; Compagnoni *Regg. Pic.* p. 41 (inde Colucci ant. Pic. 3, 237); Mur. ms. 18, 224 a Camerinio; Lancellotti ms apud Raffaellium et *diss. epist. in difesa del Sarti* (1752) p. 33 n. 70; Lupi Vat. 9143 f. 48'; Amati in schedis Vaticanis non numeratis. Alteram (nam ad eam videtur haec adnotatio pertinere) repperit Mommsen adscriptam a Pompeio Compagnonio iuniore ad avi librum, qui ait repperisse se a. 1771 cum aedes reficerentur. Vv. divisio in hac incerta. Cf. vol. IX n. 607*, 2. 3.

15099 reperta in vinea Casini extra portam S. Sebastiani.

CL · HERMES
FECIT · CL · CALLI
OPE CONIVGI BE
NEMERENTI
ET SIBI ET SVIS · E
PTV LOCV·P·VI·P III
SN C C N

Marini Vat. 9126 f. 249'.
[Extrema videntur significare *e(m)ptu(s) locu(s longus) p(edes) VI (latus) p(edes) III (sestertiis) CC n(ummis).* Th. M.]

15100 tabula marmorea. Effossa ad Turrim Sapientiae AM. — In hortis Campanae prope Lateranum DE ROSSI.

· D · M ·
M·CLAVDIVS·NERMES
PREPVSAE · CONIVGI
SVAE · KARISSIMAE
B · M · F

Descripsit de Rossi. Amati Vat. 9764 f. 5, cui dedit Vescovalius.

15101 prope S. Laurentiolum MAZ. — *Presso il sig. d'Este* AMATI.

D M
TI·CL·HERME
TIS·Q·V·A·LXXVI
M·VIIII·D·XV
RE VIDO FE
· CIT ·

Mazochius f. 22', non vidit auctor emendationum (inde Grut. 921, 10); Amati Vatic. 9762 f. 31.
Vv. divisionem servavit Amat. — 2 TICI Maz. — 3 Q·M·A Amat — LXXI Maz. — 4 VIIII] VII/// Amat. — 6 foliola omisit Maz.

15102 Reate in aedibus Sonantiorum NAVII. Extat ibi in curia

D M
TI CLAVDIVS NERMES·
CLAVDIAE IANVARIAE
CONIVGI SVAE BENEMEREN
TI FECIT SIBI ET SVIS LIBERTIS
LIBERTABVSQVE POSTE
RISQVE EORVM

Descripsit et contulit Mommsen. Naudaeus apud Donium cod. Marucell. A, 188 f. 2; Brocchi ms.; Schenardi *antiche lapidi Reatine* p. 43; Garrucci inscr. vet. Reat. n. 48.
Edita est inter Reatinas vol. IX n. 4711; sed origine potius videtur urbana, ut ceterae Naudaeo apud Sonantios visae.

15103 cippulus sive urna quadrata, a. l.

D · M
TI · CLAVDIVS
NERMES · L·
TI CLAVDI·MENANDRI

Visconti sched. Paris. 7 f. 148'.
2. 4 in T· pro TI traditur.

15104 tabula marmorea, Roma advecta, Florentiae apud Guicciardinios DON; Florentiae in hortis Corsiniis STROZZI GORI et adhuc.

D' MAN'
TI · CL · NERMES·
NVTRICIVS
ET · CL · PATERNA
M · LICINIO·
NERMETI · AL
VMNO · DV *sic*
CISSIMO · M · LI
CINI · IANVARI
ET LICINIAES AGA
THENIS · F · QVI VIXIT
ANNO·II· DIES XXXIIX

Descripsi. Donius Vat. 7113 f. 61 et 65' descriptam ab Alexandro fratre (inde Fabretti 143, 157 'ex schedis Barberinis'; Malvasia 231 'ex schedis Fabrettii'); Strozzi cod. Florent. f. 76 n. 2 (inde Gudius ms. 815, 3, ed. 301, 8); Gori I. E. 1, 143, 46.
Vv. 10—13 nunc desunt. In eis referendis consentiunt fere exempla Gudii et Gorii, nisi quod ille v. 10 ita dat L·LICINIAE·SACA. Donius habet LELCINIAES (HLLCINIEAEE 61) A·C·X | THENIS (IHENES 61)· EA(FFV 61) VI VIXIT (VIXII 61) | ANNO· II DIES XXXIIX. — Infra X solitarium addit Gori.

15105 tabula marmorea reperta a. 1819 in sepulcreto ad viam Aureliam, extat in villa Pamfilia.

corona
D · M
TI · CLAVDIO
HERMAE
ARTEMIS
CONIVGI
EVD · E · M·
FECIT

Descripsi. Amati Vat. 9735 f. 7', ed. *Giorn. Arcad.* 5 (1820) p 147; Melchiorri ms.

15106 tabula marmorea litteris bonis. *Ritrovata il 1 febbraio 1746 in occasione che scavandosi nel cimiterio comune, nel lato occidentale fuori della basilica di S. Maria in Trastevere, per ampliare un sito sotterraneo, . . . fu ritrovata una cassa di terra cotta con le ossa di persona defonta e senza dubbio cristiana, ma ricoperta con questa iscrizione gentilesca* MARANG. — In S. Mariae Transtiberinae in porticu MARINI et adhuc.

TI · CLAVDIVS HERMES
CLAVDIAM·TI·F ILIADEM·POSVI·IN LOCVM
PARENTIVM SVORVM PATRONAM OPTIMAM · ITEM
CONIVGEM · FIDELISSIMAM · CVM · QVA · VIXI
ANNIS XXII·M·4·D·II·SINE·VLLA·AEMVLATIONE
INDVLGENTIA · EIVS · CVIVS · BENEFICIO · FIDE · ET
OPINIONE MIHI · ADQVISIVI · QVAM DIV · VIXERO
TV·AVTEM OPTIMA DOMINA·SANCTISSIMA·OPTAREM
DEOS·VT·TALE EXSITVM MEVM ALIQVI MEORVM FACIAT
VIXIT · ANNIS · XXXXVII M · I · DIES · II

Descripsit Forcella, contulit Gatti. Marangoni *anfiteatro Flavio* p. 76 (inde Donati 398, 14, ex quo Orelli 3021); Marini Vat. 9121 f. 113.
[4 seq. lege: *cum qua vixi... sine ulla aemulatione indulgentia eius; cuius beneficio fide(m) et opinione(m) mihi adquisivi, quamdiu vixero.* Scilicet libertus magis patronam praedicat, quam maritus uxorem. Th. M.]

15107 cistula GVD. In aedibus Francisci Mazzantis GVD., similiter PTOL. — Exemplum novicium extat Catanae apud Benedictinos.

D · M
TI · CLAVDIO · NERMETI
MINVCIA·AGELE·COIVGI
BENEMERENTI · FECIT

Gudius ms. 342, 4, ed. 268, 14 ut sumpsit ex schedis quae postea fuerunt Cameli, et corr. ad lapidem; Ptolemaeus sched. 2, 281.

3 CONIVGI Gud. Exemplum novicium descripsit Mommsen sic: D M | TI CLAVDIO HERM ETI MINVCIA·AGE|LE COCOIVGI BENEMERENTI FECI. Cf. vol. X n. 1089*, 66.

15108 urna cineraria in museo Vaticano (*Pio-Cl. Gall. de' cand.*). — S. I. VISC.

DIS · MANIS
TI · CLAVDIO · NERMETI
FECIT · VMBRIA · NELPIS · CON
IVGI·KARISEIM·ET·SIBI ET
TI·CLAVDIVS ZOSAS COLLIB·SVO
BENE · DE SE MERENTI

Descripsi. Visconti sched. Paris. 7 f. 146.

15109 tabula marmorea. Apud Franciscum Ficoronium MAFF. — In museo Capitolino GUASCO et adhuc.

DIS · MANIBVS
TI · CLAVDIO · HERMETI
AMICO·BENE MERENT
VIXIT ANN·LXXV
Q · FABIVS · FIDELIS
T · F

Descripsi. Maffei M. V. 298, 10; Guasco M. C. 791.

15110 in S. Maria de Monte Iordano SAB. (Marc. Ottob.) cum IVC., in domo Io. Bapt. Ursinii ID. (Chis.).

D · M
TI · CLAVDIO · AVG · LIB
HERMETI · CAENIDIANO
TI · CLAVDIVS · IVSTVS FIL
ET·FLAVIA·AVG·LIB TYCHE
B · M · F

P. Sabinus Marc. f. 104, Ottob. f. 16', Chis. f. 59'; inde Iucundus rec. 3 Cicogn. f. 131 (unde Piccart 182, ex quo Reinesius 9, 13).

Vv. divis. incerta. — 3 HERMESI Sab., corr. Iuc. (Picc.). — 6 F om. Iuc. (Picc.).

Hermes servus olim fuerat Caenidis libertae Antoniae Augustae (sc. Antoniae matris Claudii) concubinae postea Vespasiani Aug. (cf. *bull. dell' Inst.* 1864 p. 25; Suet. Vesp. 3), deinde in familiam Claudii Aug. translatus est.

15110a tabula marmorea litteris rudibus. In hortis Nigroniis MAFF. — Nunc Neapoli in museo publico.

D M
CLAVDIO
HERMIAE
ACHILLEVS
FRATER
BENEMEREN
TI FECIT

Descripsit Mommsen I. N. 6972. Maffei M. V. 266, 10, qui vidit; Fiorelli catal. n. 282.

15111 arcula marmorea boni operis. Ex hereditate Gualterii, a me iam vendita, emi m. Aug. 1738 FIC.; apud Ficoronium SEG. — Nunc extat in Britannia in museo Disneiano.

TI·CLAVDIVS·HERMI·AS
FECIT · IVLIAE ANTHIDI
CONIVGI · EVAE
CARISSIMAE · ET
SIBI VIXIT ANN·XXXVI

Contulit Huebner. Ficoronius misit eodem exemplo Gorio cod. Marucell. A, 6 f. 502' n. 41 et per Ramagginium Muratorio sched. 18, 224, ed. 1327, 11; Seguier Paris. f. 222; Mus. Disneianum (Londin. 1846) p. 121.

15112 tabula marmorea. In hortis Matthaeiorum GVD. PTOL. — In museo Kempiano KEMP. — Nunc Londinii in museo Britannico.

TI·CL·ERMOGEN·QVI VIXIT ANN·III
M·X·D·XI F·CAT·THEODOTE·ET
CASSIVS SPECTATVS · ALV · BE
M B

Descripsit Huebner. Gudius ms. 567, 6, ed. 301, 5; Ptolemaeus sched. 2, 49 (inde Mur. 1452, 5); Mon. vetusta Kempiana p. 40 n. 14 (inde Mur. 1454, 5 missam a Thom. de Mazaugues).

15113 ara GVD. *Sig. Martio Colonna: horti suoi doppo il tempio della Pace* CITT. (Marc.), *del cardinale di Fiorenza* addit ID. (Vat.); — in hortis Mediceis suburbanis CAS.; *nel giardino dell' arcivescovo di Siena dalla banda del coliseo* BARB. — S. I. CAST. — In hortis Matthaeiorum in monte Caelio GVD. FABR., lapis effossus extra portam Capenam, errore addit SVAR. — In via Nomentana DON. errore.

TI · CLAVDIVS · HESYCHVS
FECIT · SIBI · ET
CLAVDIAE · ODE · CONIVGI
ET · CLAVDIAE · VERAE · ET
CLAVDIAE · CIVITATI · F
ET · CLAVDIO · VERO · F
POSTERISQVE · EVIR
ET RVFRIAE REPENTINAE·VXORI

Cittadinius Marc. p. 130, Vatic. 5253 f. 203'; Castellinius Vallicell. B, 26 f. 258'; Casella de primis Italiae incolis p. 73; ex eo aut ex fonte eodem Donius Barberin. p. 128 acceptam a L. Holstenio (inde Malvasia 309, errore, ut videtur, pro schedis Barberinis citans Vaticanas); cod. Barberinius 30, 89 f. 548 manu Terrigii; Suaresius Vat. 9140 f. 171; Gudius ms. 550, 2, ed. 268, 13; Ptolemaeus sched. 2, 27; Fabretti 346, 176.

Casella cum Donio aliter exhibet haec: 1 Q. CLAVDIVS·HESYCHIVS, — 3 ODAE, — 4 . . . ERAE Don., recte Cas., — 5 extr. om. F, — 6 om. totum, — 8 RVFFRIAE. — Ceterorum v. I. nota haec: 1 T Barb. — HESVCHVS Fabr. — 8 T Suar. Gud., litteras contignatae Fabr., ET ceteri. — RVFIAE Citt. (Marc.) Barb. — REPENTINAE Gud. — Cum titulo infra edendo *Iulius Apollo* (Mur. 1177, 2) male coniungit Gud.

15114 tabula marmorea. In domuncula trans aedes nobb. de Acorumbonis FARR.; in cavaedio privatae domus in vico dicto . . . . (*sic*) qui est inter Burgum Pium et S. Angeli MAR. 9126 (significari videtur viculus *del Farinone*). — Apud Cardellium MAR. 9125 FEA. — Parisiis in museo publico BOUILL. CLAR. et adhuc. — S. I. VISC.

DIS · MANIBVS
TI · CLAVDIO · EP · FILIO
HONORATO
VIXIT·ANN·III·MENS·VI
CLAVDIA·THEOPHILA·ET
ANTHVS · CAESARIS
FILIO · CARISSIMO

Descripsi. Fabretti 46, 264; Marini Vat. 9126 f. 170 et descriptam a Zoega Vat. 9125 f. 86; Fea sched. f. 283 descriptam a Dufourny; Visconti Paris. 9697 f. 63; Bouillon *musée d' ant.* tom III *cippes sépulcr.* tab. 2 n. 22 imaginem; Clarac *musée de sculpture* n. 540 et in tab. III.

15115 operculum arculae marmoreae litteris pessimis. In museo Capitolino.

D · M ·
TIB · C L ·
HONORATI ·
EL·XVETICIANVS FRATER

Descripserunt de Rossi et Hormann.

15116 cippus. In villa Albani OMNES et adhuc.

DIIS
MANIBVS
TI · CLAVDIO
urceus HONORATO *patera*
FRATRI
CLAVDIA
COSMIA
SOROR·FECIT

Descripsit de Rossi. Marini Vat. 9120 f. 101, ed. *iscr. Alb.* p. 79 n. 71; Fea *villa Albani* p. 88 n. 33; Visconti *villa Albani* p. 202 n. 48.

15117 originis incertae, Hortae in villa Nuptiana.

D · M
TI · CLAVDIO
HYACINTHO
TI · CLAVDIVS
AGRIPPA
PATRI·PIISSIMO
FECIT

Fontanini antiq. Hortanae p. 154 n. VII* (inde Mur. 1250, 3).

15118 ara marmorea; superne puer recubat innixus cubito sinistro, attollens bracchium dextrum ad caput SAB.; superne genius in rupe iacet, aviculam sinistra tenens SMET., similiter MAR. In domo (in qua morabatur D. Girinitis [sic] addit ANGELIC.) apud forum Iudaeorum CYR. — In domo D. Gentilis Baffi IVCVND., in domo Petri Romani SAB.; in domo de Tebaldescho COD. AMBROS. — In vestibulo domus Albertini in reg. Campitelli ACCVRS. — Apud cardinalem Caesium CASTRO, similiter POSTERIORES excepto MARINIO, qui apud sculptorem Cavaceppinum extare tradit. — S. l. BEMB. SANL.

DIIS · MANIBVS
CLAVDIO · HYLLO
VIX · ANN · XX · MENS · VII
DIEB · V · CLAVDIVS
TAVRISCVS · PATER · FILIO
KARISSIMO

Cyriacus Parm. f. 94, Angelic. f. 26 *bis*; Iucundus Veron. f. 41, Magl. f. 65; P. Sabinus Marc. f. 135; cod. Ambrosianus A, 55 inf. f. 34'; Accursius Ambros. D, 420 f. 57; Io. Bembus f. 31'; Gaspar Castro apud Metellum Vat. 6040 f. 12 (ab eodem, ut videtur, Metellus Vat. 6039 f. 267 'ex ipsis saxis a. 1535' et f. 220 'ab Alfonso Castro'); Petrus Varondellus apud Metellum Vat. 6039 f. 220 in margine; Smetius 125, 10 (inde Grut. 676, 13), qui vidit; Pighius cod. Barb. 29, 215 f. 5; anonymus Hispanus Chisianus f. 276; Kuibbius Berol. p. 53; Sanloutius f. 257 inter Hispanicas quas dederunt Augustinus et Galebus; Ciacconius Ruff. f. 110'; Boissard Holm. f. 35', Paris. p. 32, ed. 3, 69; Seguier Paris. f. 22; Galletti in schedis Gorii cod. Marucell. A, 77; Marini Vatic. 9121 f. 141.

1 D M Cyr. Sab., apicem soli habent Varondellus et Pighius. — 2 HYLEO Maruc. — 3 MENS · VI Ambros. — 4 D · V Sab. — 6 RARISSIMO Boiss. ms. — Litteram extantem notant cod. Ambros. Castro Varond. Smet. Pigh. Kuibb. Gallett. Marin.; vv. div. iidem servarunt.

15119 tabula marmorea olim Parisiis in museo ducis Blacas.

D · M
CLAVD · IANV
CLAVD · FELIC

Descripsit Mommsen.

15120 Romae, intellegendum apud Ciampinium.

D · M · FECIT CL ·
IANVARIVS
FILIVS

Mur. 1249, 9 a Ciampinio.

15121 tabella alta pedem dimidiatum TORR. In vinea cardinalis Carpensis, aut similiter OMNES.

D · M
TI · CLAVDIO
IANVARIO
F · A ☉ LXV
ADNIA · TYCHE
CONIVGI · B · M
FECIT

Ligorius Neap. l. 39 (inde Mur. 1328, 11); Manutius Vatic. 5253 f. 380; Torrentius Brux. f. 13 missam a Nicolao Florentio; minus integram Kuibbius Berol. p. 30 (inde Grut. 770, 7).

Quae non vidit Kuibbius, dedi inclinatis. — 5 ADNIA Torr.

15122 rep. a Ficoronio a. 1733 ad S. Caesarei (?) MARVC.

D M ·
TI · CLAVDI
IANVARI · D · XII
TI · CLAVDIVS
SECVNDVS
LIBERTVS

A Ficoronio missam Gorii cod. Marucell. A, 6 f. 476' et Mur. 1528, 16.

3 IANVARII Mur. Ante D · XII videtur excidisse annorum numerus. — 6 LIBERTVS Fic. Maruc. addito 'sic', LIBERTVS Mur.

15123 tabella marmorea reperta in sepulcro ad viam Aureliam sito, extat in villa Pamfilia.

TI · CLAVDIVS ·
TI · F · IANVARIVS ·

Descripsi ego, contulit Bormann.

15124 cippus. Repertus prope *Tor Sapienza* a. 1861 ACTA. — Nunc in museo Laterano in repositis.

D M
TI · CLADIO · IANVARIO sic
VIXIT · ANNIS XV
MENS · X · DIEB XIII
H · III ·
CLAVDIA · SPECTATA · VIR
ET · LIB · BENEMERENTI · FE
MIS · MAT · MIS · FILIVS

Descripsit Bormann. Est etiam in actis curatoris operum publicorum et commercii, qui sub pontificibus fuit.

Peccavit opinor quadratarius scribens *vir*(*o*) *et lib*(*erto*) pro *fil*(*io*) *et liberto*; hoc praeter annos etiam clausula requirit *mis*(*era*) *mat*(*er*) *mis*(*er*) *filius*.

15125 in S. Pauli via Ostiensi in repositis NIC. Nos non invenimus.

D · M ·
TI · CL · IANua
rIVS · FLORo
FILIO
piENTISSimo
pATEr
B · M ·

Nicolai *basilica di S. Paolo* 178, 310.

15126 in vinea Bosii.

DIS MANIB
TI · CLAVD · IANVARIO
FECIT · MANLIA · MARCEL
LA · COIVGI · B · M · DE QVO
NIHIL · DOLVI · NISI MORS

Donius 12, 44 (inde Mur. 1328, 10), qui vidit.

4. 5 DE QVO | DE QVO (*sic*) traditur apud Don.; alteram om. Mur.